UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

BD215
.N5
1631
c.1

# IOANNIS EVSEBII
# NIEREMBERGII
## EX SOCIETATE IESV,
# DE ARTE VOLVNTATIS, LIBRI SEX:

*IN QVIBVS PLATONICÆ, STOICÆ, & Chriſtianæ diſciplinæ medulla digeritur, ſucco omni politioris Philoſophiæ expreſſo ex Platone, Seneca, Epicteto, Dione Chryſoſtomo, Plotino, Iamblicho, & aliis:*

Quorum ſenſa ſubtiliora artificioſius ordinantur; nonnulla emendantur; plurima adduntur nouè, & argutè.

*Accedit ad calcem* HISTORIA PANEGYRICA *de tribus Martyribus eiuſdem Societatis, in Vragai pro fide occiſis.*

46337
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Rollo 33 MICROFILMADO 8/7/83

Sumptibus Iacobi Cardon.

M.DC.XXXI.

CVM PRIVILEGIO.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1080045395

ILLVSTRISSIMO,
REVER.^MO^QVE ANTISTITI,
AC DOMINO,

# D. IOANNI PEREDÆ,

EPISCOPO OVETENSI,
ET COMITI NORENENSI,
ſacræ Scripturæ, & ſcholaſticæ Theologiæ primario olim Profeſſori in Complutenſi Vniuerſitate, & eiuſdem Collegæ maiori, atque Conchenſis Eccleſiæ Canonico Magiſtrali.

HANG Artem Volũtatis, eiuſdem voluntatis pignus, exiguum magnæ, tibi mitto, Illuſtriſſime, ac Reuẽrendiſſime Antiſtes: diu enim



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

animum meum meruiſti, cùm
Compluti, vix vndecimo ętatis
anno, philoſophicis initiabar,
magnum in illa Vniuerſitate
Theologiæ luminare fulgebas,
& Marte ſuo affectus
meus tibi militabat. Diuiſa
enim Academia duos Phœbos
ſimul adorabat, & ſua
quiſque impetrauerat hemiſpheria.
At in tua luce gratiſſima
mihi libenter apricabar,
& fidiſſimus fui perinde, ac
deinceps inutilis. Nec enim
iſtarum rerum memoratione
de te aliquid mereri volo, niſi
cómendare ſenium mei amoris,
& obſeruantiæ; atque gratulari
mihi in partibus fortunæ

næ

næ fuiſſe ſemel prudentis, ſemel
reconciliatæ virtuti. Lætor
nunc vota mea, oracula
fuiſſe. Te ſuſpiciebam Solem,
ſuſpicabar ſolum, & tandem
fulgentiſſimum Eccleſiarum
Hiſpaniæ Sydus præſentiebā.
Cui ergo magis ancillari debuit
Philoſophia quàm Theologiæ,
quæ in te, velut in throno
ſuo, & aula enituit, auguſtiſſimo,
& inſociali Iubare?
Quotuſquiſque enim tibi
comparādus eſt? Tanti Theologi
gremium humilitas meæ
Philoſophiæ ambiebat. Deinde,
vt idem mihi ſis Patronus,
& Cenſor, quis meliùs æſtimabit
priuatas animi ſui leges,

* 3 ges,

ges, quàm qui alienos publicis quàm optimè moderatur. Promulgauit facilè fama officioſo tibi omnium fauore prudentiam tuam, integritatem, vigilias, miſericordias in tuas oues, in alienas, quia omnes Chriſti. Teſtis fui, neminem ad te fruſtrà acceſſiſſe: neminem à te triſtem receſſiſſe; ſed omnes manu ipſa tua ſolatos munere. Nec enim res eſt beneficentia, quæ delegari debet: nec dulcis ille ſapor Chriſti præſentis, aut præſentati in paupere, alteri committendus. Ergo ingenij tui, & doctrinę lumen emicuit pridem, nunc, & prudentiæ, atque



virtutis Numen ſe explicuit. Omnibus modis admirãdum te præbes, te ſuſpicio; ſuſpiciunt omnes, mirãtur, amant. Nec contemnes meæ voluntatis ſinceritatem in ſua Arte, qui omnium voluntates, & ora vindicaſti tibi. Vale pro Eccleſiæ bono.

R. D. T.

*Seruus inutilis in Chriſto,*
IOANNES EVSEBIVS
NIEREMBERGIVS.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SVMMA HVIVS OPERIS.

*IN hoc Opere de Arte Voluntatis, quod nucleus Philoſophiæ, ſiue Mimus Senecæ dici poſſet, propoſitum eſt Authori, oſtendere eſſe artem aliquam gubernandæ voluntatis, & docere modum ſuæ directionis. Quemadmodum ſaltandi ars ab antiquis inuenta, vt decenter membra corporis tractarentur: & gladiatoria ars, & fabrilis, vt peritè gubernarentur manus ad feriendum, vel dolandum; & aliorum inſtrumentorum vſus ſuas requirit induſtrias: ſic eſſe aliquam methodum, & artem membrorum animi, & potentiarum ſuarum. Ad hoc,*

## IN LIBRO I.

*Probat Author ſufficientiam animi ſine rebus externis; gaudium non pendere ab illis; vnumquemque ſatis eſſe ſuæ lætitiæ, & paci; gaudium proinde factitium eſſe, & ſub induſtriam cadens, voluntatiſque opificium eſſe. Deinde generales aliquas aſſignat regulas voluntatis, affectuum, & amoris pro ratione obiectorum.*

## IN LIBRO II.

*Addit aliqua, quæ ad idem iuuent, & magis probat dicta. Mox præceptiones aliquas commendat ad tollenda impedimenta facilioris gubernationis huius inſtrumenti animi. Subiicit tandem regulas aliquas ad illud exercendum ex parte ſui quoad modum, & conatum, &c.*

## IN LIBRO III.

*Cùm voluntas pendeat ex rerum cognitione, docet, quo pacto informandus animus ſit in alia ſua potentia, ſcilicet, intellectu, vt faciliùs voluntas flecti ſinat. Admonet in primis iudicandi peccata, & opinionis damna: mox adhibet remedia: vſum commodum potentiæ intellectiuæ monſtrat: præcepta ad id commendat nonnulla: modum inuenit præuertendæ in bonum opinionis: idoneum memoriæ vſum demonſtrat: alia docet, quæ iuuent faciliorem veritatis captum.*

## IN LIBRO IV.

*Iam ad ſingularia deſcenſurus probat, idoneum eſſe & naturalem aliquem affectuum vſum: docet ſpecialiter genuinum amoris vſum,*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*vſum, & quę ſine à natura datus, & quibus rebus.*

## IN LIBRO V.

*Pergit ad aliarum affectionum vſus, lætitiæ, ſpei, deſiderij, odij, iræ, timoris, triſtitiæ. Omnes hos affectus probat vtiles, & à natura datos ad tuendam animi lætitiam. Demonſtrat cuinam vſui, & rebus ſinguli quadrent.*

## IN LIBRO VI.

*Informat ſpecialiter mentem circa legitima & vera rerum iudicia, ne opinio obſtet naturali affectuum vſui. Deſcendit ſingillatim ad bonorum omnium & malorum examen & comparationem, diuitiarum & inopiæ, voluptatis & doloris, honoris & ignominiæ, vitæ & mortis: vt ita optimè inſtructa mens non obſit legitimo & naturali voluntatis artificio.*

*Diuiditur opus in libros, & capita ad marginem annotata: Diſſertationum tamen, quæ per aliquot capita tractantur, tituli præfiguntur.*



## *R. P. PROVINCIALIS, Societatis* IESV, *in Prouincia Toletana, Facultas.*

FRANCISCVS AGVADO, Societatis IESV, in Prouincia Toletana Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro MVTIO VITELLESCHO, Præpoſito Generali, facultatem facio, vt Liber inſcriptus, *De Arte Voluntatis, Auctore Patre Ioanne Euſebio Nierembergio, noſtræ Societatis Theologo*, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has Litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Matriti in noſtro Imperiali Collegio, quinto Kalendas Martij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimonono.

FRANCISCVS AGVADO.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *FACVLTAS R.P. PROVINCIALIS Societatis* IESV, *in Prouincia Lugdunenſi.*

STEPHANVS BINETVS, Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunenſi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis, Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV. 20. Decembris, 1606 & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij, 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne Libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque Superiorum permiſſione imprimant: permittit IACOBO CARDON, Lugdunenſi Bibliopolæ, vt Librum, cui inſcriptio eſt: *Ioannes Euſebij Nierembergij: ex Societate* IESV, *De Arte voluntatis, Libri ſex*, &c. ad ſex primos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni 29. Decembris, 1630.

STEPHANVS BINETVS.

## CENSVRA OPERIS.

NOS infrà ſcripti ſacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, legiſſe, ac perlegiſſe Librum, cui inſcriptio eſt, *Ioannis Euſebij Nierembergij, ex Societate* IESV, *De Arte Voluntatis, Libri ſex*, &c. nihilque in eo Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ fidei contrarium reperiſſe. Lugduni die 8. Octobris, 1630.

FR. CL. COCHET.

FR. BERNARDINVS MOLLIASSON, Lector in Conuentu S. Bonauenturæ.

*R.D.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

**R.D.D. THOMAE DE MESCHATIN** *la Faye, huius Libri imprimendi Facultas.*

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Liber, qui inſcribitur, *Ioannis Euſebij Nierembergij, ex Societate* IESV, *De Arte Voluntatis, Libri ſex*, &c. vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 3. Ianuarij, 1631.

MESCHATIN LA FAYE.

SVMMA

## *SVMMA PRIVILEGII à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.*

LVDOVICI XIII. Galliæ, & Nauarræ Regis, auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus Literis cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos octo, à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione conetur, Librum, qui inſcribitur, *Ioannis Euſebij Nierembergij, ex Societate* IESV, *De Arte Voluntatis, Libri ſex*, &c. præter IACOBVM CARDON, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem Librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quenquam, vbicunque fuerit, ad id agendum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti IACOBI CARDON. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Lugduni, die duodecima Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

*De mandato Regis,*

Signatum.

RENOVARD.

IOAN



# IOANNIS EVSEBII NIEREMBERGII, EX SOCIETATE IESV,

## LIBER PRIMVS, *De Arte Voluntatis.*

### PROLEPSIS I.

*Nec fortuna, nec maiori cura naturæ indigemus.*

PROCVRARE fidem fortunæ, tueri pietatem naturæ, expiare nomen vtriuſque infamatæ, &, quod inde ſequitur, domeſtico & parabili remedio humanis calamitatibus mederi, (quid enim promptius? quid magis ſine apparatu, ſine impenſa, quàm mutare cupiditatem?) irritæ, nec maiori, quàm hactenus repetendæ, felicitate, potiùs quàm inutili- *Cap. 1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti IACOBI CARDON. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Lugduni, die duodecima Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

*De mandato Regis,*

Signatum.

RENOVARD.

IOAN



IOANNIS EVSEBII

# NIEREMBERGII, EX SOCIETATE IESV,

## LIBER PRIMVS, *De Arte Voluntatis.*

### PROLEPSIS I.

*Nec fortuna, nec maiori cura naturæ indigemus.*

PROCVRARE fidem fortunæ, tueri pietatem naturæ, expiare nomen vtriuſque infamatæ, &, quod inde ſequitur, domeſtico & parabili remedio humanis calamitatibus mederi, (quid enim promptius? quid magis ſine apparatu, ſine impenſa, quàm mutare cupiditatem?) irritæ, nec maiori, quàm hactenus repetendæ, felicitate, potiùs quàm inutili *Cap.1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pretium erit operæ. Nexa licet inuicem iſta ſint: nunquc, vt excuſent ſe mortales, quorum duntaxat inerti, & auiæ libidini, felicitatis inuentum miſeriæ debetur, vt æquiùs quàm Aruntius, & Thraſius proprio damnentur ingenio, accuſant nõ tantum iniurij fortunam, ſed impij naturam. Vtraque innocens eſt humanæ conditioni: inſuper & hæc prouidentior; illa liberalis; neque ſine affectu: nam nobiſcum duntaxat munifica eſt, adeò publica & vnicè amica, fida, æqua, cuiuſque noſtro generi, tametſi inſimulent perfidiæ, vt bona ſua in nullos, niſi in homines, diſpendat, & ſolùm non dilapidat: quia non ſine conſilio, cùm omnibus non ſufficiant, diſtribuit per vices, ad diem commodat, vt quiſque, aliquo ſaltem tempore, aliqua ſaltem particula eius guſtet indulgentiam. Imperatorum liberalitas ab omnibus adoratur: etiamſi non omnes congiarium capiant, ſufficit poſſe. Cur damnatur ordo indulgentia fortunæ, cùm ita diſtribuat, vt nemini non tribuat? Quid ampliùs ab illa requiſes, quam viſcera materna, quàm curas naturæ, quàm mores Philoſophiæ? Pia mater panem inter liberos diſtribuit, vt frustum veniat ſingulis; & minus dat omnibus, vt det omnibus. Sollicitior natura tranſmutat rerum vices, vt ſuas vitæ opes degustent omnia, & vt Syneſius ait:

*Vt etiam ima pars in mundo ſortiatur vicem alternam.*

Ἵνα καὶ [illegible]
Μοῖρ᾽ [illegible]
Ἀλλάξῃ ζωὰν

Ἐπα-



Ἐπαμειβομένα.

Ipſa conſtantiæ magiſtra, Philoſophia, non ſolùm inconſtans, vaga, omne ſolum peruadit, ne vni ſoli benefica eſſet. Quæ ciues mundi facit, vniuerſi peregrina errat de vniuerſis meritura benè. Ad Bactrianos, Chaldæos, Phœnices, Ægyptios, Atlanticos, Phrygas: leuiter deinde relictis Barbaris Græciam appulit; procedenti mox gradu Romam. Sentit quandoque & in patria ſua frigus in Anacharſi Scytha, in Abari Hyperboreo: vidit & in incunabulis ſuis recctos exigilantis Solis ignes in Dandami, & Calano: exulauit aliquando in Euxino; ſed extorris priuilegium municipij mundani ſuo Diogeni dedit. In vnũ ſolum beneficia cogere, nequit ſine maleficio, & coactione fieri, iam hoc ipſo ſine liberalitatis laude, quia ſine libertate. Vnum ſolum attẽdere, vnum reſpicere, ſeruire eſt, non liberalem eſſe. Libera liberalitas eſt, & regium quid, propterea commune bonum, & ad omnes. Neceſſitatis eſt ad vnum eſſe. Non gratis dat, qui non alij dat: ſibi enim puto magis dediſſe, cui non placet homini dediſſe; ſed conſanguineo, aut adulatori, aut reddituro, &, vt vno verbo dicam, qui cum ſpe dederit. Dat alij, qui dat aliis, qui omnibus: magis enim liberalem credo, qui pluribus, quàm qui plus largitur. Non alio nomine fortuna iniqua eſt, niſi quia cunctis æquè candida, ſcilicet, maieſtatis æmula pietatis, diſcipula naturæ, ſectatrix Philoſophiæ. Pia eſt, impia dicitur, dum perfuncta commodatis ſuis repe-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tat aliqua, vt aliis quoque ſatisfaciat, & affabilem ſe præbeat. Hoc conſilium magis meretur gratiam. Propenſiorem cunctis ſe oſtendit, prouidam communis boni, & neminem ſibi placere, niſi vno titulo hominis. Quid ergo accuſamus, quòd det omnibus? Non, inquies, ob hoc: ſed, quòd det malis. Atqui & hoc laudi aliis vertitur. Ariſtoteles reprehenſus, quòd homini non bono dediſſet ſtipem, negauit dicens, ſolùm humanitati dediſſe. Humana fortuna eſt: homini dat, non homini iniquo.

*Cap. 2.* Cùm omne infortunium noſtrum imputamus illi, iniquam calumniantes, iniqui in illam. Quæ apud nos commodauit, recuperare nequit ſine querela, nequit ſine maledictis volentium retinere aliena contra fidem contractus. Sed in hoc excellentis ſpiritus eſt, quòd æſtimet plus beneficentiam, quàm beneficium, quod vult perdere, vt faciat. Fateor, dona ſua fictilia, & vngue vtilitatis: affectum tamen damnare non poſſumus, niſi ingrati, quem gratum exhibet, & ſanum. Inſons ſaltem eſt, & de nobis meretur, ſi non euentu, ſtudio: licèt malè, quod forſitan commendatio eſt, apud vulgus improborum audiat, paſſi ſe non modò trahens eruditiores, brutam, perfidam, luſcam, inconſtantem compellantes; ſed & probos, & pios. Abbas Philippus maximam omnium, vulgaribus maiorem, in illam iaculatur calumniam:

*Fit rea, ſed non pudet eſſe ream.*

Culpam tribuit, verecundiam negauit, culparum

amu



amuletum, morum ſalutem. Illud ſcelus, de quo cætera ſperes, imputauerat, periuram ad ſcelera dixit:

*Promiſit fortuna magnum, mentitur.*

Mox, quod peius ſcelere omnium eſt, non erubeſcere. En meretricium fortunæ ingenium, impudentiam, & perfidiam amoris. Nullum amat; ſed fingit, imitatque amare. Impunitatem periurij dat impudentia. Palam & hoc conuitium obiecit Georgius Piſides:

*Ἡ μαχλὰς ὄντως, ἢ σοβὴ μὲν ἰδεῖν*
*Ἐρᾶν δὲ πάντας σχηματίζεται πόθῳ.*

*Verè meretrix, homini quæ quamquam amet, amore fingit firmâs ſe corripi.*

Nos quoque libenter, alioqui aduocati fortunæ, adulabimur interdum, vulgò conſentientes eius conuitiis, ne conſentiamus vitiis. Malumus conſulere fortunatis, quàm fortunæ. Vtiliſſima hæc inuidia fortunæ foret, ſi noſtras inuidias tolleret. Vtiliſſimum odium eius, ſi nos, noſtráque bona faceret amare, non ſua dona. Illud eſt mirabile, & miſerabile, cùm omnes maledicant fortunæ, quòd omnes ament fortunas: præterquàm non refert accuſare excuſandam.

*Cap. 3.* Maior culpa aliquorum Philoſophorum fuit, culpare naturam, quaſi homines non agnoſcat filios, ſed priuignos, quos, ſi non odium, faſtidium nouercarum negligit. Cætera animalia diligentiùs dices curaſſe: conſentanea vnumquodque ſupellectili, & portione cognatæ hæreditatis ab ipſo donauit ortu:

*Armauitque manu, cornu, pede, dente, veneno,*
*Atque aliis, quibus artis inops, animique minoris,*

 Et

*Et rationis carens animal ſe protegat, & ſe*
*Seruet ab aduerſis rebus.*

Solum hominem imbellem, nudum, indigum reliquit. Exhæredem credes, vel ſolum fideicommiſſum fortunæ. Cum venia & hunc crimẽ iſtud (ſi aliquod eſſet) poſſet adijci potiùs, quàm beneuolæ imponi parenti. Satius fuiſſet calumniari vim fortunæ. Non grauiter poſt tot calumnias, iſtam etiam appendicem toleraret. Innocentius eſſet, caſum matris, quàm negligentiam putare conditionem humanam; infortunium naturæ fuiſſe, non inuidiam; abortiuum filium ſine genitricis ſcelere, infectum hominem, rudémque effuſum, non vt priuignum contemptum, infenſúmque faſtidiuiſſe. Quid iam mirum, ſi in humanum genus fortunatiſſimè præualeant infortunia; ſi auſpicata, & erudita in ipſa communi parente; ſi homo ante fortunam expertus, quàm naturam?

*Cap. 4.* Sed nec minor cognatio pietatem minorem fecit, quòd minus pignora ſua, & ex præcordiis nos natura agnoſcat: non enim ſe totus homo debet naturæ; minor, & deterior portio, donum eius eſt; altera, quæ ſublimior, & dos, & gloria humana, non ex beneficio naturali, & imis cauſis venit; proximè dexteram Dei matrem habet. Diuina pars eſt animus, diuino proinde natali illuſtris, nobiliſſimus. Quidnamne homini, quia diminutus, ſeu dimidius naturæ ſit filius, conſuluit natura diminutè, & auarè? aut relinquit omnia officia parentis, cùm non totum ſui fœtum





tum videat? Innocentia, & integra viſcera illi ſunt; nec talia eſſent, niſi in eum etiam, qui ex ſuis viſceribus non totus eſſet. Maxima pietas fuit naturæ in hominum genus, ſcilicet, paterna, virilis. Aſſentior in hoc illis, qui negarunt illam matrem hominis; diſpliceant licet, quòd putarint nouercam: niſi, vt Phauorinus dixit de quartana, ſit ſemel nouerca, & bis parens. Maior illius prouidentia eſt, quàm ſegnioris, & muliebris ſexus. Pater hominis eſt, mater aliorum animalium. Atque ſi meliorem partem hominis extraneam dicam, non mater, non nutrix, ſed nutricius animi eſt. Nimirum ſolicitat diſciplinam noſtram, non mulcere, non fouere, non blandiri. Erga alia animalia officia materna coluit, erga hominem paterna. Ne quid illis commoditatis deeſſet, veſtit, fouet, mulcet, pleno & muliebri affectu. Hunc erudiri mauult, virilius tractat, negligentior commoditatis, pleno & ſalutari conſilio. Spartæ indumenta, atque alimenta negabant filiis, vt neceſſitas extorqueret induſtriam, & efficax magiſtra viuendi eſſet, compenſante arte curas & officia pietatis: morſus enim irritatæ neceſſitatis (vt Portius dixit) grauiſſimi ſunt & acutiſſimi. Acuminat inopia ignauiam, erudit paupertas mentem. Neque crimini data hæc prouida crudelitas parentum; ſed pietate publica admiſſa, & legitimè conſecrata fuit. Ita natura negauit homini plura, vt neceſſitas meliora daret. Remunerat egeſtas quandoque in hoc moleſtiam ſuam, & pretio



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tio compenſat deſiderium: tum ne vacaret animus; etſi quidem iſtum non dediſſet natura nobis, edere vult, & exornare, vt quo poteſt modo, ſi non genitrix mentis, bene merita eſſet. Auſim dicere, dediſſe mentem, negando omnia, dando ſolùm neceſſitatem. Eleganter dictum:

*Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.*

Si ineptum neceſſitas ſapientem facit, iam pars mentis cum neceſſitate venit.

*Cap. 5.* Si omnia nobis dediſſet natura, quid daret nobis ratio? Hoc maius beneficium illi debemus, quòd noluerit liberalis eſſe, (ne irrita mens, vacans arbitrium iaceret,) hoc ipſo iam liberalis, & virtutis ſuæ memor. Plauſibilior & comprobata naturæ laus, virtus liberalitatis eſt, cuius honos & lex intereſt media auaritiæ, & effuſioni; nec diſpendere, cùm ſupervacui ſumptus ſunt; nec, cùm neceſſarij, retinere. Non prodiga, non auara eſt; nulli inuidet, quod neceſſe eſt; nulli, quod non eſt neceſſe, erogat. Quare, quoniam ſolo animo & virtute cætera ſuperfluunt homini, negauit, quæ reliquis dedit inopibus dote mentis, arma genuina, & indumenta cognata. Non dentes homini falcatos dedit, vt apris; non vncinos, vt leonibus, vngues; non ſolidos & miſſiles, vt equis, quibus funda calces ſunt; non pellicea tela, vt hyſtricibus, quibus arcus & pharetra cutis eſt; non translatiles domos, vt teſtudinibus, quod fuit Momi votum & conſilium; non loricas cuticulares, vt teſtaceis; non muros ſpiculatos, vt echinis: non denique amicit ſetis, ſpinis,

plumis,



plumis, corticibus, cruſtis, teſtis, pilis; ſed exermem, exutúmque reliquit. Solum cerebrum, capútque inter humanos artus nudos protexit, & induit, reuerita in arce ac Capitolio ſuo animum, quo integro & curato, omnia in tuto ſunt, cuncta incolumia manent. Nec auarè illud perornauit, nulli animalium locupletius; potius inde prouidit cætero corpori, vt veluti ſub papilione natiuo prolixa caſtrametaretur cæſarie. Ab animo omnia proteguntur. Hic præponderat ſolus tot illis illecebris, tot blandimentis, tot curis, quibus fœtus reliquos mulcet, & procurat. Oportebat alterius ordinis, id eſt, nobilioris, admoneri hominem, ne falleretur, comparem ſe brutis ratus felicitate cætima, & ſeruienti. Proinde plebeius cenſus, & par ſupellex quadrupedem dedecebat. Non dignitas cenſu conſtat, nec honos ſupellectili menſuratur. Præſtat homo inops ipſis animalibus locupletibus, armatis, amictis, quibus ipſe egenus imperat, & ſibi ſeruire facit. Poteſt gloriari, vt ille triumphator de Sabinis, Samnitibus, Pyrrho, qui plures triumphos habuit, quàm ſeruos, (duo tantùm in caſtris calones Manio Curio fuerunt,) & ad minus pares, tertius ſibi ſeruus ipſe Curius fuit, niſi quòd iam & hic quartus, & maior triumphus: triumphauit de ſe triumphatore. Hic frugalitate, rapiſque contentus, ingens auri pondus recuſans reſpondit offerentibus, malle ſe imperare locupletibus, quàm locupletem eſſe. Præſtat nudum, & ſolo animo dominium eſſe naturæ, & fortunæ.

 Dum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Cap. 6.* Dum homo exutus manſit, & tam pauper, vt nec veſtem haberet, felici animalium regno, & incontrouerſa obedientia fuit potitus. Nudum Pœmenem feræ ſunt veneritæ, veſtitum, velut purpura tunc denudatum, non agnoſcentes deſpexere: tam talione ab ipſo ſublimi viro prædicto, credo etiam impetrato, aut tranſacto, quòd peregrinum aliquando non liberaſſet canum laniatione. At, dum exutus fuit, ſuſpenſa vindictæ irreuerentia, priſtinam hominis maieſtatem in nuditate ſuſpexere bruta officioſa. Leoni incumbebat. Pro molli ſtramento habuit aſperam feram. Quando magis dominus, quàm cùm ſecurus? & quando magis ſecurus, quàm cum anius dormiret? Tam officioſa beſtia fuit homini, ſuo, inquam, Regi, vt ad cubitum ſtragulum, ad ſecuritatem ſatellitium ſe exhiberet. Pachonem item nudum coluerunt hyænæ; & expectantem etiam pro voto ſuo deuorari, ſolùm ſunt auſæ venerari oſculis nuditatem; ad officia hoſpitalitatis, (erat in ſpelunca ſua,) lingebant pro ablutione hoſpitali, vt nudior adhuc eſſet ſudore & puluere. Adeò placuit nuditas, vt affectaretur. Fauſtinus ſecurus fuit quatuordecim inter feras annos, ſyluarum & montium ciuis. Nudus erat, hoc priuilegio ſecurus. Didymus comprimens pedibus colubros, licet ipſa conculcatione ſtomachatos ad virus, non innocuos tantùm, patientes expertus fuit. Illam pedum nuditatem ſuſpiciebant, & regia ſuſtinebant fide, velut barbari ſuos Principes humeris. In vniuerſum ſerpentes revereri exutos



exutos homines, inuadere veſtitos, ferunt, niſi Epiphanium excipias. Sciunt & brutæ vicò obſequi, & inexpectata ſeruitia exhibere nudis. Miramur expoſitos infantes exceptos ab animalibus ſæpiſſimè, & alitos, Cyrum à cane, Semiramin à columbis, Ionem à capra, Telephum à ceruà, Aineam à penelopenſibus, alios à lupis, alios à ſuibus. Abiecti plerumque nudi fuerunt, & ſuæ reuerentiæ & obſequij titulum monſtrabant nuditatem & innocentiam. Rata his brutorum obſeruantia, fides, officioſitas, ad miraculum ſanè, ad exemplum. Paraſium & Lycaſtum partos, propriis rejectis catulis, lupa nutriuit: maluit perdere filios, quàm Imperatores. Non minor fidelitas erga Habidem ſæpè à brutis lactatum, mox etiam procuratum. In anguſtum abiectum ſemitam conculcandum armentis; poſteà famelicis, & multorum dierum excruciatis abſtinentia canibus, deinde ſuibus porrectum, vt vorarent: maluerunt fame mori, quàm Principem ſuum non viuere. Defuit potiùs ſibi natura, quàm in illum reuerentia. Defecit vitæ ſuæ miſericordia, non in nudum charitas, quemadmodum etiam vberibus nutriturn. Fides maior humana, ne dicam, fide, ſed pietate. Citiùs inueniemus matres, quæ in anguſtia annonæ proprios manducaſſent filios, quàm alienos aluiſſent.

Cæterùm nuditatis loco paupertatem adorant, vt proximam humanæ dignitatis purpuram, atque ex cognata noſtri generis inopia regium *Cap. 7.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

giunt insigne. Neminem cum ſatellitio nouimus, cui belluæ vltrò paruiſſent. Vidimus multos ſine decore, multos cum paupertate, exermes multos. Heleno, & Pachomio paruêre crocodili; Beno etiam hippopotami; Antonio, & Machario onagri; Geraſimo, Sergio, Helladio, Ioanni, & Simeoni Priſco leones; Philippo, & Ammoni dracones; Alexandrino Machario hyænæ; Theophilo, Sergio, & Hygino columbæ; Heliæ, & Benedicto corui; Nicephoro Petenenſi vrſi, & anates; Adamo Firmano lupi, & hirundines; Ioſepho Anchetæ, noſtris ſæculis, quod non obſtat admirationi, tygrides; Paulo ſcorpiones, & cornutæ aſpides; Hilarioni boas vſque ad mortem, & mortem ignis paruit, immanis coluber, cui bos pro bucella fuit. Illud imperium non opulentia facit. Quid? Inquies, etiam diuitibus animalia ſeruire, equos ad inſidendum, boues ad arationem, iumenta ad vecturam, canes ad cuſtodiam: ſed & hoc non diuitiis, ſed gloriæ priſcæ authoritatis debetur. Reſtat illius hoc veſtigium: non totum regnum eſſe rebelle ſolet: domeſticis ſaltem diuturnior eſt fides, & ſuperſtes diademati. Manſerunt nobiſcum domeſticiores famuli, Aliqua etiam reuerentia debebatur ſimplici & nudæ natiuitati, morti denudatæ: naſcimur, & morimur, quales viuere non peius oporteret. Non refert, ſi opponas leones Reginæ alicuius Berenices, & Hannonis; aut dracones Thoæ Aetolici, & Heraclidæ. Non hos famulos, ſed familiares puta: ſocietatem, non obſequium præſti-



terunt: nec ex fide, ſed ex gratitudine. Nuditas, & paupertas ſolum eſt ſacramentum hominis, in quas iurarunt animalia. Hæc nos authoritate imperatoris præpoſuit, locupletauit quę natura, nec ſeruitio irrationalium ſatis donaſſe putat libertatem rationis, quam quodammodo non dederit: quia non potuit, tentat, quia poteſtate, & viribus. Satis dedit impotens, ſi dedit votum; nimis, ſi conatum. Conatur natura libertatem dare etiam in his, quæ non dedit, ne illa neceſſariò haberemus.

Cap. 8. Quin & his, quæ dedit, per ea ipſa pauca & egena, quibus ſeruit nobis, & ad mentis nos liberæ recordationem vellicat, parte ſui iuris exemit, nec proprio neceſſitatis notauit charactere: ſigno potius quodam rationis prærogauit, atque inſigni libertatis: ad vnum noluit coarctare. Æmula, non inuida animi in ipſo imitatur corpore libertatem eadem: non vnus omnibus hominibus guſtus, non ſimplex cupiditas, non cibus idem. Cuique animalium generi ſuum diſpertit alimentum, cunctis ouibus herbas, leonibus carnes: rigidas & limitatas leges non promulgant hominibus. Alij nutriuntur, vt feræ, alij, vt mites & cicures; alij carnibus; alij ſtirpibus. Non omnibus victus idem: conſpiratur ſenſus humanus quodam veſtigio libertatis liberior, quem non ad idem conſtringit, nec vt bruta vrget: adeò circumſpectè cum rebus noſtris agit, adeò ſplendidè indulget. Adorat arbitrij gloriam, & cauet violare, vt ſe quiſque, prout liber, fingat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fingat. Sic hominem infectum, vaſtúmque dedit, vt quod magis dediſſe videatur, materia ſit. Hæc iniuria putatur, hic liuor, hæc contumelia; fauor tamen eſt naturæ, fortaſſe & reuerentia. Noluit ſe nimis humanis rebus miſcere. Quare? Quia liberos non agnoſcit, velut filios colit, cùm liberos ſeruet. Vult, quod ſumus. Satis hoc eſt, vt calumnia inuidiæ falſa ſit: & ſiquidem libertatem nobis non dediſſet, copiam libertatis fecit. In ſolatium, ſi non fuit liberalis, officioſa eſt.

*Cap. 9.* Anne maior gratia, ſi hominem fabricaſſet protectum ſquamis, aut veſtitum pilis, aut loricatum cruſtis, aut armatum ſpiculis, aut receptum hoſpitio, domeſtica ſarcina, aut innato carcere, quàm nudum, inermem, depilem, vt omnia poſſet eſſe, & mutare tegumenta & domicilia? Noluit diuinare natura, noluit præuenire humanum guſtum, incertum, liberum. Multi homines gauderent, vt gaudent modò, nudi incedere, alij veſtiti, alij armati, alij exermes, alij ſine domo, alij intra latibula; ideò non ſe introduxit, nec vſurpauit ius totum noſtræ conditionis, vt qui amictu gauderent, poſſent habere; qui ſecus, carere. *Non omnia omnibus placent*, nec eadem eidem omni tempore. Præmoleſtum eſſet ſemper veſtitum eſſe, ſemper armatum, ſemper manentem domi, aut onuſtum ſua caſa, vt teſtudines, & oſtreæ. Arma belli tempore conueniunt; poſſunt tunc arripi. Pelles, & veſtitus, in hyeme; poſſumus tunc protegi: nuditas quoque



que ſuo tempori, & quieti, & balneis placet; tunc nos inueniemus eſſe ſine labore, quod volumus: votum erit natura, & ſemel gratis aliquid accipiet cupiditas. *Domicilia* contra nimbos tuentur; poſſumus tunc condi: nec hoc remedium graue, & ſeruile habemus cum onere perpetui oneris, aut carceris. Sæpe ſub dio iuuat eſſe, & tunc cælo perfrui in terra licet, & paſſim exonerati: cælum tunc videmus, & totos nos cælum videbit. Dedit omnia nobis natura, cum nihil dederit: omnium animalium dotes indulſit, cùm negauit, veſtimenta armentorum, murium, nuditatem ranarum, (non eſt, cur queramur, ſolos naſci exutos, ſiquidem ſunt, & quæ naſcantur, & viuant,) domeſticitatem teſtudinum, ruſticitatem ferarum. Suas vices reliquit rationi, ſuum arbitrio ius. Permiſit animo omnia, vt hic excolatur & formetur. Incultum, informémque hominem fecit, arte refectum, & meliori conditione, in quibus defecit ipſa.

Corpus animi cauſâ eſt: nec aptius animo libero & ſolerti poſſet eſſe, quàm iſtud corpus ſine maiori arte, nudum, expeditum, ſine obſtaculo, ad omnia. Abſque magno apparatu habet homo, quæ omnia habent. Parum refert rudes artus habere, ſi eruditur mente. *Cap. 10.*

*Αἱ χάριτες γυμναί, οὐκ ἐν τοῖς ἱματίοισι.*

Quid iuuat bimembres Centauros eſſe, ſi careant mente? Quid Gratias impedit nudas eſſe, ſi ſolùm veſte? Vnum animi pignus, cunctarum diuitiis animantium æquiualet: proinde homo locuple

cupletior. Ad huius imitationem præcipuum diuinatum titulum vſurpauit pecunia: quia æquiualet cunctis rebus. Qui illam habet, licet careat omnibus, omnia cenſetur habere: quia cum illa poteſt, cùm velit; & præſtat habere illam, quàm ea, quæ habentur per illam, cùm per illam habeantur omnia. Inter ipſas pecunias, inter ipſas diuitias hoc nomen præripuit aureus; quia ſimplicius plura continet: per imitationem enim paupertatis, & ſimplicitatis adſtruunt ſe, & magnificiunt diuitiæ: eò maiores ſunt, quò in minori conſtant. Adeò opulentiæ norma, ſimplicitas eſt, ſubinde opulentior: adeò diuitiarum idea, paupertas eſt, ſubinde ditior. Ita nobis in ſimpliciſſima re ſuperfluunt vniuerſa, hoc ipſo locupletiores: quia habemus omnia, & quia in vno.

*Cap. 11.* Accedit, quòd in vno, & dupliciter: ſimplici enim animo bifariam hoc bonum obtinemus pro gemina eius dote, mente, & voluntate. Alterutra occurrere licet, & medicari infirmitatem noſtram, & præuertere cognatam inopiam; tametſi alterius firmius ſit remedium, ſi remedium eſt, & non potiùs ſanitas. Mente ſolùm poſſumus habere, quæcunque habemus opus. Potior & ſana opulentia eſt, non habentis neceſſitatem, quàm potentis ſubuenire. Bona valetudo optimæ medicinæ præſtat. Mens artes parturit in remedium naturalis orbitatis, cum quibus non inuidemus brutis ornamenta, & opes: non tamen adeò præualent, etſi compenſent





donanda à natura, vt valeant contra fortunam. Supplent naturam, non ſuperant caſum; imò nec naturam omninò. Quantumuis probata, validaque medicina ſit, non omnem morbum, nec ſemper debilitat. Hoc ſolùm poſſunt facere, & ſatis eſt, ne inuideremus animalibus, ne iuſte calumniaremur communem matrem.

Verùm poſt tot artium adminicula reſtat, quid adiuuandum ſit: adhuc miſeros nos inuenimus, & miramur, cùm tamen nosmet faciamus ſuperfluarum ſolicitudinibus rerum, neceſſariarum pœnitentia, & impatientia intolerabili fortunæ tolerabilis quidem. Poſt inuenta ſolertiæ, reſtant curæ; poſt rerum affluentiam omnium, reſtant deſideria: & tam oblitos queri de natura nos adoriuntur ærumnæ, hoc ipſo nequaquam culpabili; quia vbi dona eius non deſideramus, damna aliunde timemus, aut lugemus. Non itaque ſolum ingenium expiat miſeriam, nec per mentem duntaxat arcem exulant acria & moleſta. Hic labor, hoc ſtupendum opus eſt voluntatis: nam non ſine remedio miſeria eſt. Quod alia non concedunt artificia, dabit voluntas ſana, hoc eſt, voluntas ſine voluptate. Voluptatem tamen maximam, id eſt, ſine fæce, & cum fide; vndique iucundiſſimam, vndique conſtantem talis voluntas creat: cuius & quædam ſua ars eſt, cui ſi nomen indere velit, virtutē dixerit cum Hippodamo Pythagoreo, cuius opificium gaudium eſt, & inter pila fortunæ pax mētis pretioſiſſima. Prudẽtes inquit Prudentium *Cap. 12.*

*Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum,*
*Pax belli exacti pretium eſt, pretiúmque pericli:*
*Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace:*
*Nil placitum ſine pace Deo.*

Ad rem tantam eſt quædam libertatis methodus. ( Gratiam Dei ſemper deſidero, ſine qua omnis noſtra ad honeſtatem via, deuia eſt: ſed ſuppoſita illa, commode erudire licet voluntatem; quia libertati accommodatur gratia. ) Eſt & quidam ſcitus voluntatis vſus, ne nobis abutatur fortuna. Cadit ſub diſciplinam aliquam, cupiendi, faſtidiendique modus, vt fabricemus columen in diſcrimine, fortunam in infortuniis, tranquillitatem in tumultibus, gaudium in tormentis.

*Cap. 13.* Tot, tantorúmque officiorum proximum organum, vna voluntas eſt, ſi ordinata ſit, certis, ſalutaribúſque conſentanea canonibus. Sunt artificia, quæ vnici & paruuli motione inſtrumenti plura & magna facillimè, vnóque digito commouent. Machinas, quæ vires ſuperant, ars exiguo cum paxillo domat. Sic vnius voluntatis gubernatione totam felicitatis molem dirigere licet, machinas miſeriæ diruere, & fortunam immotam raro miraculo figere. In vſu inſtrumentorum aliarum artium, curioſitas meretur diſciplinam: cur iſtud gaudij organum gubernare non diſcimus, nec inertiam pellit vtilitas? Non minor eſt, quàm funus fortunæ acerbæ, & calamitatum interitus. Varia excogitare poſſumus, quibus



quibus tantiſper obſtemus triſtitiis, quibus fallamus infortunia: tollere de medio non licet, niſi ordinata voluntate. Ludi, ſpectacula, muſica, infirma ſunt artificia dolori & affectibus placandis, innatis tortoribus. Hæc & alia exhilarandi organa, obſtacula ſolùm poſſunt eſſe ad tempus, non pharmaca: ſuſpendere ægritudinem poſſunt, non tollere: ea ipſa mœror animi violatus nō vinci, ſed mitigari poteſt dubia fide. Quod ad momentum lenitur, mox recrudeſcet, & reſurget roboratius. Frigidæ aquæ poculum febricitantes ad præſens recreabit, mox ardentiùs exuruntur: ipſe humor in præcordia diffuſus flagrantia, fax eſt incendio adiecta. Non eſt ſolius ingenij gloria, triumphus fortunæ: modeſtia voluntatis laude iſta præcipuè perfungitur. In eadem ſtatuo imbecillitate quæcumque alia inuenta, & adminicula aduerſus miſeriam, quæ præteriacent nos. Intus ſolùm latet nobis remedium efficax & tam ſalubre, vt ipſa ſalus ſit. Ipſum remedium, valetudo eſt.

Præſtò, ſubque manu, imò ſub ſinu, ſubque corde pharmacum eſt miſeriæ. Præcordialis eſt medicina angoris, & triſtitiæ: ſed parabile remedium cōtemnimus, difficilia, inefficaciáque perquirimus. Quidni? Efficacia ſunt alia, & in procinctu: limitata ſingula ſunt, nec tot, vt æquentur ægritudinibus animi, nimiſque circumfrendentis miſeriæ. Vix deeſt in vita penuria alicuius rei, iactura multarum, ( non prout nos egemus, ſed cupiditates noſtræ. ) Pericula, iniuriæ, *Cap. 14.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

contumeliæ, mala affectio corpuſculi huius, quod vita afficimus, ſexcentáque alia incommoda, vt nequeant tot eſſe medicamenta, quot medicanda. Quin, ſi totidem eſſent, & paria pharmaca malis, illud malum nequit abeſſe, ille importunus vitæ labor, auferendi labores, & medicandi paſſim. Illa cura ſine curatione erit curandi curas vitæ. Ad hæc, pleno ore, & manu arrideat alicui fortuna integra, ſana, nullis vitæ remediis egens: illa iam ægritudo animi reſtat, venire poſſe ægritudinem, timor inconſtantis felicitatis, conſcientiáque volubilis ingenij. Non igitur ſingulis malis ſingula reſpondere poſſunt pharmaca, nec per partes mederi, niſi vniuerſali ordinatæ voluntatis præmuniamur antidoto: alioqui perinde eſt ac ſi aliquis, cùm plueret, nudus in agrum prodiret, & nollet madeſieri: ſed ſingulas ſperaret poſſe guttas vitare. Pluunt in vita ærumnæ: ſingulas impedire nequimus, niſi ad remedium ſumamus, quod reſiſtat cunctis, veſtimento, aut tecto protecti. Demens eſſet, qui exutus in aciem prodiret, & volantium, pluentiúmque telorum cuſpides omnes præſumeret effugere; quia vnum, vel alterum ictum eludere valeret: thorace valido ſe oporteret munire, vnde cunctæ obtunderentur. Humana vita non modò militia eſt, ſed prælium: niſi pectus armemus valido animo, exermes, nudóſque obruent ſtatim moleſtiæ; ſi non vi, numero. Quæcumque alia ſolatia non ſunt tam valida, vt omnem miſeræ ſortis ictum retundant.

Tanta



Tanta virtus ſolius virtutis eſt, & voluntatis ſua præoccupantis vota.

Inſtrumentum inſtrumentorum, mânus eſt. *Cap. 15.* Ipſam dixit Ariſtoteles organum ante organa: quia ſine manu noſtra manca ſunt cætera, & inutilia, quippe inertia, exanimia, niſi artis ſpiritu & motu viuificet humana dextera. Tranſtulit iſtam laudem ad mentem potiſſimè Galenus; quia artificia inuenerit omnia; quia dirigat, ipſámque manum manuducat; præcipuè quòd ſola mens paret ac ſuperet omnem naturæ indulgentis cenſum. Verùm vſurparunt gloriam iſtam voluntati. Vna hæc dici inſtrumentum inſtrumentorum ſuo iure poteſt: ſupplet, quæ dare natura deberet, aut poſſet, & quæ ingenium dedit. Plus donat parcitate & quiete ſua, quàm liberalitate natura, quàm prodigalitate fortuna, quàm ſolicitudine induſtria. Dedit omnia; cùm dederit nullis egere: dedit plùs, quam poſſit dari. Sine pompa ſupplet apparatum indolis, ſine cura ſolertiam ingenij, ſine additamento ſuperfluitatem fortunæ. Inſtrumentum inſtrumentorum eſt; non, quia efficiat, quæ conditio irrationabilibus largitur, quæ ſuppleuit in hominibus aſtutia, quæ ſuperfundit felicibus ſors: ſed, quia auferat, opus eſſe ope. Iam iterum excuſo naturam prouidentem cuique paria felicitati ſuæ arma. Irrationabilium forinſecam proſperitatem, tributariam exteriorum, & alieno cedentem arbitrio ornauit armis, vario adſtrinxit præſidio, vt eam aut vindicarent, aut potirentur: at, quia hominis

 minis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

minis arcanum peculium, intimáque proſperitas eſt, quid opus erat extimis grauare, ineptiſque gaudij officinis? Leoni robur datur, ceruo pernicitas, paſſeri pennæ, cuniculo latebræ; ad ſuæ incolumitatis fideiuſſionem: negatæ homini vires, velocitas, alæ, ſpecus, non modò laceſſito, ſed quæſito; ſtaturo ſuæ, dum velit, fixo ſecuritati. Conſultius cum illo cautum, dum non de periculis modò, ſed de timore. Non eſt tuta ſecuritas, immunis diſcrimine, niſi ſit & metu. Tanti intereſt inter animalium, & hominis columen, vt illa prouiſa ſolùm ſint, hic ſecurus. Nulla itaque negligentia naturæ fuit, inopia & nuditas humana, ſi nudo & inopi ſufficiat apparatus gaudendi: imò ſui penè dimidium ſuperfluat, cùm nec artubus eius felicitas & gaudium egeat in voluntate nuda ſeſſurum & ſecurum.

*Cap. 16.* Abutimur tamen hac machina euertendi totius infortunij, ad euertendum nos; & ipſam voluntatem maligno & indulgenti amandi, abominandique vſu in noſmet armamus, & ferocite facimus. Non aliud in cauſa eſt, quare humanam conditionem, fabricatã curis noſtris miſeriã, defleuerit Menander miſerabiliorem, quàm ferarum. Non derelictio parentis naturæ, falsò exiſtimatæ nouercæ, cùm iam non deſideret ingenium fauores alienos, nec maternas curas: ſibi præſumpſit plus, quàm poſſet illa dare, ſine dubio quàm vellet, ſi nos amat. Sed, vt ſcitè temperata cithara imperiti muſici manu amœnat

omnes;



omnes; at ſi abſona & inordinata occupet digitos ignaros artis, punit audientes: ita temperata, ſibique concinna voluntas iucundum gaudij inſtrumentum delectat; incompoſita & diſſidens offendit. Quiſque artis ſuæ inſtrumenta optima quærit, aptare diſcit, ſcito gloriatur vſu, nauclerus gubernaculi, muſicus lyræ; cur humanæ artis organum gubernare peritè negligimus? Nihil vſitatius homini eſt, quàm velle: nihil inuſitatius, quàm benè velle. Cui ſemper aſſueſcimus, numquam diſcimus: cur noſtræ vitæ, felicitatiſque inſtrumenti, cuius vſus continuus eſt, numquam vſu proficimus? Fructum eius hactenus indicaui, deinceps aſſeram, verúmque monſtrabo. Et quia hæc gloria voluntatis non eſt, abſque ſeruitio & ſubuentione intellectus, huius quoque modum erga officia eius monebo.

---

## PROLEPSIS II.

### *Gaudium alienum eſt rebus.*

PRiuſquam ad doctrinam pacis, ad fabricam lætitiæ veniamus, explorare iuuat, numquid hæc donum ſit rerum, & qualis patria gaudij. Si cordis noſtri vernacula eſt, tunc fortaſſe non inutilis erit libertatis aliqua methodus, & ars tranquillitatis. At, ſi rerum beneficium ſit, nec gaudium nobis ædificare poterimus, ſicut nec ipſas res, nec exitus manu facere. Non ita vt cor no- *Cap. 17.*

 ſtrum,

ſtrum, in manu habemus fortunæ cerebrum mobilius, quàm Zoroaſtricum; indicium, dices fortaſſe, non ſcientiæ, ſed inſaniæ. Non ita naturę vterus, & ſinus in ſinu noſtro eſt, vt pectus proprium. In fortunæ libidinem, & naturæ neceſſitatem nullum, niſi patiendi, ius habemus. Haud opus tunc alia præceptione eſſet poſſeſſuro lætitiam, quàm iis rebus hærere, quæ fœcũdæ eſſent oblectando; iis abſcedere, quæ matrices mœroris. At, qualem dabis conſtantem regulam? Quomodo hæc certò poſſunt dignoſci, vt in vnam claſſem digeramus iucunda, in alteram redigamus mœſta; vt illis iungi, his ſeiungi liceat? Quod ſtatum documentum huius deſignabit? Ancipites quotidie agimur, ideò angimur. Quod modò me delectat, cras faſtidio: hodie placet, diſplicuit heri. Illud ipſum, quod vni eſt gaudium, alteri fit tædium. Archilochus ait:

*Ἀλλ᾽ ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται.*

*Cur alij de alio moueantur gaudio.*

Maior variatio quàm palati eſt. Guſtantium quibuſdam dulcia, aliis nonnihil acida arrident. Huic ſtomacho eſt abominatio, quod alteri appetitio. Cibum, quem puer vel nare non ſuſtinebas, auidè adoleſcens excipis & gratulanti ventriculo. Plures facies oſtenduntur voluntati, quàm ſaporum guſtui. Hæc rerum malignitas, [illegible] vitios. Nulla tam experta, tam docta diſcernendi, decernendique mens eſt, vt ſtabilem valeat regulam præſcribere, & cribrare placida à moleſtis. In omnibus confuſio eſt: & nihil tam certum, quàm incertitudo gaudendi.

Omnes



Omnes res ambidextræ ludunt nobiſcum, ita illudunt: æquè enim ſiniſtra manu doloris verberant, ac dextera placiditatis permulcent.

At, ſi adhuc tentare libeat rerum æſtimationem, & quoſque inconſentaneos ſibi colligere ordines, ſtatim nos ſeductos inueniemus. *Cap. 18.* Ecquis vitam non admittet in exoptabilium ſerie; non abiiciet mortem in claſſem terribilium? Quis non accenſebit in delectabilium catalogo diuitias; & in cenſu moleſtorum, pauperiem? Quotuſquiſque non adſcribet inter placida honores; & in matricula triſtium ignominiam? Quis non computabit inter amœna voluptates; & non apponet dolores ſub calculos horribilium? Errorem tamen in ſuis rationibus reperiet. Opus erit expungere plura. Mors multis placuit; pleroſque offendit vita. Plures triſtes, alios miſeros, nonnullos infenſos, omnes ſolicitos opulentia fecit; multos exhilarauit inopia. Quidam, non aliter ac peſtilentis aëris flatum, fugerunt honores; alij corriſêre inglorij. Nonnulli inter delicias triſtes: alij in tormentis lætabundi & iocoſi. Quid patentius, quàm gaudium, & triſtitiam, alienigenas rerum eſſe; non illis inſidere, aliunde naſci? Res ipſæ eædem ſunt, euentus diuerſi. Permanentibus rebus variatur affectus. Conſtantem eandem ſedem nunc dolor, nunc lætitia occupat. Si rerum ſupellex, gaudium, & mœror fuiſſent; ſicut res ſunt eædem, eadem ſua ipſis dos comitaretur; eadem, delectatio, aut mœſtitia hæreret. Anne conditionem

 ſuam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſuam mutauit mors, aut aliquando amiſit æquitatis ſuæ laudem, vltimum ſolatium inæqualitatis fortunæ, imò æqualitatis ſuæ, vt non eadem ſit omnibus: Quomodo, quam omnes timent, contempſit Socrates, riſit Theramenes, iocatus Canius, qui vitta conſtantiam, & illuſionem mortis habuit curioſitatem; & quam contemtibilem ex ſe putauit, voluit diligentia obſeruationis ſuæ pretioſum facere? Anne alterius ingenij ſunt diuitiæ, quas recuſauit Curius, quas formidauit Crates; & ne naufragaretur ipſe, ipſas humanæ vitæ procellas naufragas fecit? Aut alterius eſt naturæ paupertas, cui ſtuduit Antiſthenes? An alia facies honoribus, quos excuſauit Fabritius? Aut ignominiæ diuerſi ſunt geſtus, quòd in illis artiſiſſet Ariſtides? An voluptates mel ſuum inuiderunt, vt amaricarent Cynicum? Aut dolores & tormenta quo ſe imbuerunt ſacchato, vt in illis feſtiuus eſſet Anaxarchus? Mors vna eſt, & ſi fortè diſſimilis, illa quæ contempta, illa quæ accepta, quæ optata, aut iniquior fuit, aut crudelior, aut violentior, cicuta Socratis, pila Anaxarchi, ferrum Deciorum. Opulentia, & inopia non ſunt aliæ. Similes ſunt ſemper honores, ſimiles ignominiæ: eadem voluptas, idem dolor.

*Cap. 19.* Et vt noſtros conueniamus: quem magis oblectauit vita, quàm Apollonia præoptauit mortem; impatienti, diuinàque concupiſcentia præripuit? Nemo diuitiis lætior quàm Serapion Sindonita paupertate, ſine ære, ſine pera, ſine pelle



pelle lætus; & ne quid poſſideret, nec ſe, ſe vendidit; & ne vel non ſuus aliquid ſuum haberet, pretium ſeruitutis reſtituit. Gratis eſſe alienus voluit. Bis ſe vendidit, vt mercaretur dominos. Nemo hilarior gloriatione, quàm Alexius opprobriis. Non ſatis duxit pro ambitione ſuæ contemtionis à quibuſlibet deſpici; ſed à quibus ſuſpiciendus erat. Quid de voluptatibus dicam, quarum diligens faſtidium præcurrit ſatietatem, confundit famem? Nullæ ita inſerſerunt humanum cor, vt cruciatuum helluo fuit Laurentius. Ipſum latus, quod non ita obſonauerant incendia, petiit accommodari, vt condiret flamma gratum pulmentum doloris. Nec exigua tormentorum gula Emano fuit. Domiturus concupiſcentiam, & voluptatem, ad extinguendam ſitim aqua ſalſa vtebatur. Haud ſimplici auſteritate contentus, tam delicati fuit palati, vt nollet ſine ſale affligi. Peregrinis cruciatuum inuentis irritabat voluptatem dolorum, quemadmodum coqui exquiſitam ciborum gulam. Nec fuit ſatis libidini patientiæ ſuæ quoduis tormentum, elegantiam curabat, & exquiſita acerbiùs arte. Conradus iucundioris abſtinentiæ auidus ſeruabat, donec putreſcerent, dapes.

Ex quo fonte hoc diſcrimen? Quod arcanum *Cap. 20.* iſtud, vt in eodem alueo iam exundet gaudium, iam ſuperfluat mœror; nunc refrigeret, quod nuper adurebat? Sunt omnia ancipitia, perinde vt rupes Gonia, iam aquas fundebat, iam flammas, tam citò fons, quàm fornax. *Hæc diuerſitas* non ineſt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ineſt rebus, cùm eædem ipſiſſimæ ſint: at, ſi illis non inſidet, neceſſario in affectione latet voluntatis. Duo tantum ſunt extrema, inter quæ iaceat hoc diſcrimen, res ipſæ, & voluntas noſtra: ſi illis ſedes abſit gaudij, mœroriſque; erit in iſta. Reliqua ſeruili quadam naturâ neceſſitati parent, nec pro libidine mutare vultus valent. Neceſſariæ res ſunt, eædem proinde omnibus. Voluntas ſola immunis, ſola ingenua, libera, arbitrari potis, &, qua facie libet, induere cuncta. Quapropter hæc differentia non venit à rebus non differentibus ſibi: à voluntate potiùs ad vtrumuis indifferenti diſtribuitur, ſuóque potitur à iure & priuilegio libendi. Decolores ſunt res, donec illas purpuret, & illuſtret affectus: inſipidæ ex ſe ſunt, donec voluntas ſaliat: iuxta huius condimentum, aut dulceſcent, aut acerbabunt. Dicebatur olim ignis, optimum condimentum: igni enim omnia condiuntur. Idem voluntati vſurpo: ipſa eſt pulmentum, ipſa condimentum rerum: prout obſonauerit, ſapient: ipſius fiet ærumnæ ſalſamentum: ab ipſa erit abſinthium delibutum melle: ipſa, ſi perſpergat aloen, ſaccharum amareſcet iuxta taxationem ſuam, pretium omnium eſt.

*Cap. 21.* Quid ſolicitamur de rebus ex ſe ſterilibus? Cur hæremus illis, & amplectimur, velut hederæ ſaxa duriſſima, haud conſtanter verſaturi? Viriorem hederæ, non rupes, ſed humor proprius alit. Citò tamen noſtrum exſiccatur gaudium, quod è noſtro nutrire nolumus: malumus de ſcopulis

ſcopulis



ſcopulis exprimere, malumus allambere extrinſecùs. Non ſunt res fœcundæ lætitia, niſi aliunde adnaſcatur: nec fertiles dolore, quamuis vel ingrata humus tribulos non neget. Ferax & puerpera gaudij dumtaxat voluntas eſt. Ad ſummum, res erunt obſtetrices: iuuant, non edunt. Cor eſt, quod elucubrat lætitiam. Quid corpus, ſiue potiùs animum eludimus, effugamuſque à paupertate & patientia, cùm hæc ſint conſecrata aſyla fortunæ? Quid animam colludimus, ponè diuitias, deliciaſque mittentes, duplici damno, ineptis, deinde irritis votis? Æque inopiæ, atque opulentiæ, fucus & fraus certa abeſt. Æquales ſunt: nulla inter æqualia prælatio eſt, minùs electio. Æque citò moratur gaudium in paupertatis caſa, fortaſſe ſecuriùs, & certè libentiùs, ac in prætorio opulentiæ. Fortuitò fit, quòd placeant hæc, & diſpliceant illa. Dolor, & mœror non innaſcuntur rebus, non ſunt indigenæ regione in iſta extranea. Vagi oberrant, nec vt viatores, in incertum vadunt: non eunt, ſed luſtrant: pariter diuerſantur in tuguriolo inopis, & in aula locupletis: vbi nox occurrit, ibi conſiſtunt, manè diſcedunt: peregrini vbique rerum. Nulli rei concatenatum eſt gaudium: nulla compes lætitiæ. Solum cor noſtrum poteſt felicitatem in vincula conÿcere. E nulla re exul dolor, nec triſtitia proſcribitur. Quæ inſania eſt, velut in aliquod certum pergere, quæſituros gaudium, vbi ſolùm certum eſt, poſſe mœrorem præeſſe, & eſſe incertum, alterutrum

prius

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

priùs incurſaturum? Quis, vt emat panes, ad tonſtrinam vadit? aut, vt emat veſtem, ad cauponam? Æquè delinquit, qui gaudium in rebus veſtigat, quod ex ſe non habent, niſi ex fortuita voluntatis occurſatione. Quàm demens eſſet, qui immenſum metiretur Oceanum, tranſiliret regna, requireret non vrbes, ſed Orbes, ſine laboris induciis quæſiturus, quod domi ſeruabat? Procul quærimus, quod propè habemus: per alienas ianuas mendicamus ſtipem eius, quod in manu noſtra comprehendimus, quod nobis dare licet. Cur per ambages, & Syrtes perſequimur, quod in nobis compendiosè latet? quod perſonam ſequitur, non res? Magna hæc felicitas felicitatis veræ, quòd perſonalis ſit, non realis, nec pereuntium appendix rerum. Cuſtoditum eſt gaudium in corde noſtro.

*Cap. 22.* Hunc vnionem non decet, nec capit alia theca, niſi animus: omnes tamen velut rem perditam inquirunt: tranſuertunt Orbem, vt in illum incidant; peruertunt omnia; euertunt ſe. Quid tanti inueniri poſſet, vt compenſaret ruinam ſui? Quantò plus eſt collabi animo, quàm corpore? corruere mente, quàm pede? Dum gaudium quærunt, perdunt gauiſuros. Quandoque obtingit, vt eius, quod in manu habemus, obliti, quæramus. Interdum, quia nimis cuſtodita eſt gemma, amiſſam putamus: fatigamur, vt inueniamus: nulla magis moleſta, nec irrita diligentia: conſcientia enim impoſſibilis iacturæ obtorquet, dum ſolicitiores agit: cùmque ibi, vbi quæritur,



ritur, impoſſibile ſit eſſe, quia ſeruata alibi eſt, diuturnior & deſperata inquiſitio plus deuexat. Ita nos trãquillitatem, & gaudium, quod in manu noſtra habemus, quod in pectore cuſtoditur, dum per externa quærimus, internè amittimus, caſſo inquiſitionis conatu, certo cruciatu. Idem nobis euenire video, quod Ægyptiis. Apin, Deum ſuum, quem ſecum habebant, enecabant in Sacerdotum fonte, rurſus factitio quæſituri luctu alium adorandum bouem: laceratis enim veſte & crinibus, occiſum à ſe plangebant: deinde lugubri habitu, flebilibus oculis circumcurſabant, vt alium inuenirent. Ita nos gaudium domeſticum, imò præcordiale extinguimus; mox mœſti, & lugubres eximus ad quærendum. Felicitatem, quam adoramus, domi ſeruare poſſumus: (quiſque ſuæ lætitiæ patria, & pater eſt:) afflicti tamen, & triſtes perquirimus exteriùs.

Experimur perfidiam lætitiæ promiſſæ ab iis *Cap. 23.* circumforaneis; & tamen non diſcimus experientia. Solius fortunæ rude, hebéſque periculum eſt. Cùm totiens noſtrum naufragetur gaudium fortunæ fluctibus, iterum pelago nos damus quæſituri nouum: cùm paululum ſedatam videmus, fictam putamus. Quid mirum, ſi fatigata curſu irrequieto, cùm per humanas res,

*Ceu flamma per tædas, vel Eurus*
*Per Siculas equitauit vndas,*

aliquando quieſcat? eſt, vt recreata recurrat. Pauſam fortunæ ex laſſitudine potiùs, quàm ex fide putare tutius eſt. Improbè (dixit probè Syrus)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Syrus) Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit. Improbè dico, fortunam damnat, qui bis luget infortunium. Siculus quidam mercator, cùm ficos veheret, fecit naufragium: poſteà ſedens in littore, placidum pelagus conſpiciens, ad illud inquit: Noui, quid velis, ficos vis. Vrbanè dixit, prudentiùs fecit: noluit ſe rurſus fluctibus confidere. Oporteret iocari pariter, ſed diffidere fortunæ: non calumniari illam, ſed nos accuſare. Qui fructus, & remedium famis quæreret ab vlmo, non iſtam, ſed ſe accuſet. Nemo prodiget, quod mendicat. Nemo poteſt dare, quod non habet. Debet petere ab habente. Si non habent res gaudium, ſtultum eſt, illas flagitare importuno voto. Non itaque res nostri angoris ſunt, quas abſque iure criminantur. Ipſæ innocentes à damnis nos vexantibus: ipſæ illiberales bonorum, quibus perfruimur. Non valent beneficere, nec ſciunt nocere: ſatis licèt in hoc beneficæ; præterea ineptæ, niſi noſtra erudiat, opémque ferat voluntas, nóſve prodat. Nec gratiam merentur, nec bilem. Nihil dare poſſunt, quod ſibi cor non præcipiat.

Cap. 24. Nihilominùs noſtras illis imputamus moleſtias, & contra omne culpamus fas. Sumus vt ſceleſtiſſimi, quorum nequitia, non vt communis & vulgaris, excuſatione augetur; ſed accuſatione geminatur. Patrant ipſi facinus, cuius, vt ſe diſſimulent reos, inſimulatores ſe faciunt. Accuſant, imponúntque inſonti vicino, quod ipſi commiſêre. Ita inſimulamus res eius criminis,



minis, quod nos tenet. Quæ culpa tabulæ eſt, ſi pictor vultum imaginis obliquet, & erret: Crimen iſtud artis eſt, & imperitæ manus. Nulla obliquitas, nulla iniuria eſt vitæ, cuius non ſit reus amor vitæ. Nullum malum contra voluntatem accidit, cuius non ſit auctor voluntas, non complex modò. Noſtromet iugulamur gladio, diſtringendo in fortunam. Crimen noſtrum eſt, theriacen calamitatum corrumpere in virus felicitatis. Sola voluntas fons eſt, cætera innoxia, immò inde indulgent. Iam innocentia pro beneficentia eſt: vndique læuigatæ ſunt, & rotundæ: nec vnde gaudium eminet potiùs, quàm mœror. Non ita eſt, vt putauit Epictetus, duplici omnia exornari anſa; vnâ delectationis, tolerabili, & leui; aliâ doloris, importabili, & graui; & prout ab alterutra comprehenderentur, aut lætari nos, aut triſtari: meliùs diceret, duo eſſe voluntati brachia; (res ſine obice ſunt, & æquabiles,) vnum, quo grauëſcunt, quæcumque contigerint; alterum, quo alleuiantur: illud architectatur dolorem, hoc fabricat lætitiam. Non ſunt in rebus duo manubria, ſunt duæ in voluntate manus: vna facem, alia aqualem geſtat. Dixerim de illis:

[illegible]

Alia loquens, & inauſpicata; alia habilis, & tam perita, vt illinc etiam corripiens, vnde videntur ſollicitare & alarere res, calleat indemnis alleuiare: atque ex iis, quæ aliis ſunt inſtrumenta torquendi, extorquet alacritatem. Quidquid contigerit,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tigerit, transformant in gaudium. Maior hæc gratia, quàm Midæ, cuius digiti fodinæ erant auri; cuius palma, India, aut Arabia aliqua. Non minus manualis eſt lætitia, manum habet voluntas conuertendi omnia, ſi non in aurum, in id, quod auro non emitur. Ipſa eſt ſibi felix Arabia, ipſa India, ipſa aurifodina, & vena locupletis pacis, non indiga rebus lætitiæ.

*Cap.25.* Ad hæc, ex nuntio falſo acquiſitæ hæreditatis, ex opinione mendace diuitiarum etiam ingenioſiſſima delectamur. Non ergo nos delectant res, non hæreditas, non diuitiæ, quæ tunc abeſſent. At, ſi ſeductio alterius tanti foret, vt nos exhilararet, cur ratio propria, & cognitio veri tandem non erit? Valeat reſipiſcentia, quod inſipientia poſſit: ſapientia, quod ignorantia. Facile eſt ſeductis gaudere, quòd fidem adulationi prodigant: ad ea enim, quæ pro noſtro dicuntur guſtu propenſi ſuademur, nec alium magis veritatis teſtem, & vadem expectamus, niſi commodum. Ex hoc iam gaudere poteras, aut credere nuncianti ditiſſimum fundum, tibi eſſe te ipſum. Falſas diuitias, & falsò annunciantibus credimus, & exultamus: gaudeamus ſaltem hac opinione vera opulentiæ veræ. Demus quòd falſa ſit fide digna eſt, quia vtilior, quia percommoda.

PRO



# PROLEPSIS III.

## *Quiſque ſufficit lætitiæ.*

QVidquid igitur fortunæ, felicitatiſque poſſidet nomen, voce & aure tenus illo defungitur. Faciem boni ſi obtendat, eſt ad ſecuritatem, &, vt ſic dixerim, fortunam infortunij, ſub perſona aliena prouiſi, & feliciſſimi. Nemo hoſtilius vulnerat, quàm amabili manu: nemo magis ſine pietatis ſpecie, quàm qui ſine ſuſpicione: ferit ſine timore is, de quo non timetur: *Cap.26.*

*Ira, quæ tegitur, nocet:*
*Profeſſa perdunt odia, vindictæ locum.*

Non aliæ inſidiæ pernicioſiores ſunt, quàm ſecuritatis. Diuitiæ, honores, voluptates, inſidiæ calamitatis, velamenta malitiæ, latebræ, & propugnacula miſeriæ, vnde graſſatur auſpicatiùs, iniuſtum felicitatis titulum vſurparunt, eò magis alienum, quò nihil infelicius ſit, quàm videre felicem, & non eſſe. Hoc ipſo, quo perſuadent felicitatem, ſuam non eſſe. Iis tamen fidem damus, non minùs inſani, quàm ſi dicenti ſe eſſe mutum, crederemus. Quis crederet verberanti, non lædere, ſed demulcere? Quam tranquillitatem, quæ beatitatis, ſiue baſis eſt, ſiue corona, dabunt diuitiæ, ſemina curarum, matrices timorum, illecebræ diſcriminum, officina fortunæ ſæuitiæ? Fere potius, qui nullas habet diuitias, in numerato felicitatem habet. Quo-

 modo

modo atcam nummis aggrauant alleuiabit eos? Honores, ac voluptates, qua arte placabunt voluntatem, ſi irritant? Honos non implet animum, ſed inflat, & ſpatium ambitioni laxat: & denique, vt egregie Georgius Piſides:

[illegible]

*Ruinoſa eſt felicitas ſpurias gloriæ, ſed ſapienti omnis terra eſt prima felicitas: communis enim eſt terra ad theſauros & ad tumulos.*

Voluptas potius obruet appetitum, quam ſatiabit. Res & ſubſtantia felicitatis, non aliis organis conficitur, quàm voluntate ſecum cooptata. Qualis amor, & affectuum vſus, talis fortuna. Huius monumenti ſimulacrum coluit Achaia, fortuna amplexante amorem. Optima felicitas eſt factitia propria manu. Hoc opus eius conditionis eſt, vt nulli ſatisfaciat, ſi aliena elaboretur dextera; niſi amor cuiuſque excudat. Prout gubernatur cor, imperatur fortuna.

*Cap. 27.* Cuique ſua magis placent: & quò magis propria placidiora, eò magis cuiuſque ſunt propria, quæ facit. Nemo non afficitur erga ea, quæ efficit. Ea opera magis à ſe facta habet, quò minus aliis ad faciendum habet opus. Si ergo, quod ſummopere nobis placet, eſt felicitas, proprium cuiuſque debet eſſe, & opus cuiuſque ſolius, ſiue indigum aliena peremnium rerum opera, aut materia. Solum igitur gaudij auctor, quiſque ſibi ſufficiet, non diuitias, quæ noſtræ non ſunt, nec opus noſtrum, ſed fortunæ. Procul ſunt, vt eas procul habeamus, cùm nos alienent. Eadem voluptatum iniuria eſt ambæ prætertunt conſi-

lia



lia naturæ, in contrarium deflectentes. Ad corporis vſum exteriora dedit; ipſum corpus in ſeruitium animæ; ipſam animam in obſequium Dei. Hunc ſanctiſſimum ordinē abrogat vnaquæque inordinatio animi: voluptatum affectio ſubigit animam corpori. Sceleſtior eſt amor diuitiarum, qui vtramque tertio prodit; & animam, & corpus vili tradit metallo, & iis, quæ extra nos ſunt. Si alienant nos, quomodo vſurpant gloriam felicitatis rei propriæ? Illi, qui alienus eſt, nihil proprium remanet. In hoc non tantum refutatur hæc ſpuria fortuna, ſed iam excluditur à ſocietate, & amore nummi, legitima & vera; priuatorum, ſcilicet, cuiuſque bonum & donum, pax. Non poteſt ſibi aliquid dare, qui ſe non retinet. Quid de honoribus dicam, præterquam alieniſſimi ſint, & nos alienant? Alieniſſimi ſunt: quia minùs poſſunt eſſe opus noſtrum, quam voluptas, & diuitiæ. Voluptatem ſine operatione noſtra non cupimus, diuitias ſine operatione alterius ſeruamus: at honos non eſt opus noſtrum, ſed eſt alterius. Non eſt honorari opus, ſed honorantis: hoc ipſo alieniſſimus, & quia non noſter, & quia alterius. Satis hæc repulſa, vt deleantur è cenſu felicitatis, quæ opus cuiuſque eſt. Alienant quoque nos, dum noſtros nos faciunt, non Dei: (nec enim ſuæ mentis, id eſt, ſanæ eſt, qui non ſit, & pareat diuinæ.) Scientiſſimam, ſcilicet, rerum methodum in cardine corrumpunt.

Pro amoris itaque gubernaculo adnauigat *Cap. 28.*

 fortuna,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fortuna, ſine diuitiarum, & exteriorum armamentis. Quiſque ſecum vehit expeditam gaudij officinam. Deus, & homo, ſolitarij ſatis ſunt: quiſque ſufficit ſibi: cuique, inquam, ſufficit, quod ſuum eſt. Vnum puto ex omnibus felicem, qui in ſe vno ponit omnia. Nihil ſe amiſiſſe reſpondit Stilpo reſtituenti Demetrio, quidquid ablatum fuiſſet militari iniuria, cum Megara cepiſſet. Digna Chriſtiano vox: ſed neque indigna eius, qui conditionem ſplendidam, muneráque Ptolomei recuſauit, qui ingenitam intemperantiam domuit. Cum gula & vinoſitate, fortiſſimis euertendo animum pugilibus, fortem illum Virum natura commiſit, ad experimentum virtutis: ſed eos non debilitauit modò, ſed vicit; ſed deleuit ſine veſtigio, ad monumentum victoriæ. Totus regius Philoſophus Prienenſis, cùm capta patria, onuſti rerum ſuarum ſarcinis vniuerſi fugerent, nihil ſuſtulit: rogatus cauſam: Omnia mea, inquit, mecum porto. Nouerat rem portatilem, ſine onere tamen, felicitatem eſſe. Ille alter, Ariſtippus aliquis, poſt naufragium nudus, venit locuples Rhodum; cæteris iacturam ſuam lamentantibus, ipſe alacris: quia ex fluctibus detulerat ſua omnia, dum ſe. Adde, in ipſo naufragio, velut in arido, ſapiens ſtat, conſtat. Pectus ſecum portat, ſecurum portum, non modò maris, ſed etiam in terra, procelloſæ fortunæ. Iſta laus Chariberti Regis à ſancto viro Venantio:

*Qui portum in proprio pectore ſemper habes,*





*Tempeſtas nullo penetrat tua corda tumultu:*
*Ne ſenſu nubes, anchora mentis adeſt.*

In Neptuni vlnis iactatus, ſi tranquillo corde, omnia in litus miſit. Rectum cor omnia ſeruat, quæ ſeruanda ſunt; nimirum, quæ ſeruari oportet, & ſeruata ſufficiunt aduerſus pericula terræ, aduerſus minas cæli, aduerſus furias Inferorum. Non aliis armis, quàm externis animi, audax, niſi arrogans, Epictetus prouocauit fortunam: O Iupiter, inquit, plue calamitates: ſtationem meam ſeruabo, non amittam bona mea, non pacem. Plue labores, plue pericula, plue dolores, plue ignominias, plue inopiam: nec importunitas laborum, nec timor diſcriminis, nec ſenſus cruciatuum, nec pudor opprobrij, nec incommoda paupertatis incommodabunt me, non obruent gaudium, non turbabunt quietem domeſticam cordi, non munitam modò, ſed ſecuram. Ipſa pace dimicatur fortiſſime. Omnia prælia vitæ vincit. Nihil ita aduerſus fortunam, atque pax præliatur animi. Non iracundia opus eſt; ſed læto, blando, iuſto tamen amoris modo.

Maiorem fiduciam pacis, & amoris ordinati, *Cap. 29.*
nobis præſter exemplum, & diſciplina Pauli, ſola amoris ordinatione armati, & nedum prouocantis, ſed iactantis, & certi, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poſſet illum ſua dimouere à voluntate, ſuo ſeparare ab amore, quem ſeparauerat à ſe-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

patabilibus. Non exiguè fortis, non exiguè tutus erat, qui parum, & contemptibile dixit, certamina tribulationis, anguſtiæ, famis, nuditatis, periculi, perſecutionis, gladij: aduerſùs maiora audebat. Valentiores æmulos contemnens, non vim modò terrenam, & hæc vulgaria fulmina fortunæ, inopiam, diſcrimina, dolores, calumnias; ſuper cæleſtes copias, & Spirituum exercitus vnus ſolus fidentiſſimè præſumebat. Quo gladio? quo clypeo? niſi voluntatis charitate, & pace ordinata? O quanta vis pacis! o quanta vis inermium potuit eſſe! Reſiſtit fortunæ, mundo: reſiſtit Cælo. Parum hoc: neque creaturam aliam dixit poſſe ſeparare. Fortaſſe meminerat infimarum, ignobiliſſimve creaturarum? Angelos, Principatus, Virtutes, Cæli robur, ac decus memorauit. Cur aliam creaturam laceſſit, nouam prouocat, creandam valentiorem deſiderat? Adeò ſuper omnia eſt animus ritè, & aptè amantis, vt id, quod non eſt, laceſſat; cum id, quod ſit, iam vicerit. Macedonis ardor ſolum vno minor: victoriis enim & iſto mundo maior nouos expetiuit. Ita Paulus non aliis ordinibus, & phalangibus, quam ſuæ ordinatione voluntatis, & trutinæ amoris, parem æmulum non agnoſcens mundum, vltramundanum mediabatur: tam ſufficere ſibi valet, valens commiſſione Dei animus, vt ſolus ſuperſtat cunctis, quæ ſunt, & quæ eſſent; iis, quæ ſunt, & quæ non ſunt; iis, quæ ſunt, & quæ poſſent eſſe; iſto, & alio mundo, id eſt, duplici maior. Secum locuples,



locuples, & pollens, diſcipulus Diuinitatis.

Nulli Deo theſauri ſunt: omnia bona ſecum habet, ipſe eſt. Nullus ſuæ felicitatis apparatus, niſi ipſe. Frugalis beatitas eſt, & ſine ſumptu. *Cap. 12.* Virum quamobrem rerum contemptorem ſe contentum ſolo, de felicitate cum ipſo Deo contendere Philoſophi iactarunt: quia vterque ſufficeret ſibi. Geſtio mirabilius dicere: Deus ſufficit ſibi: ſed non ſupereſt. Totum, quod eſt, neceſſarium ſibi eſt. Ita tamen homo ſibi (cum Deo tamen) ſufficit, vt abundans ſibi, & ſuperuacaneum ſit ferè dimidium ſui: ſufficit animus, ſuperfluit corpus: adeò locupletes, affluenteſque ipſa nos natura fecit. Non totum quod dedit, non totus homo requiritur gaudio hominis. De ſe ſupereſt, vt ſit ſuperior rebus, vt ſit lætus, felix. Poſtquam det portiones ſui, manebit cum omnibus ſuis æquè diues, ac antea: adeò promtum & exemptum homini licebit gaudium, non fortunæ modò donis, ſed ſuis artubus; non immunæ modò exterioribus, ſed innatis. Proſcindatur manus, amputetur pes, reſecetur brachium, eruantur oculi: amputata dextera, ſciſſa tibia, ſecto armo, effoſſo lumine, poterit gaudere, retinere quietem ſui, integrum virum eſſe. Integritati noſtræ non requiruntur partes. Superfluunt artus, manus, pedes, brachia, oculi, & quidquid nobis deeſſe poteſt, non deeſt lætitiæ. Impertinens eſt gaudio, quod pertinet ad caſum. Quidquid nobis excidere poteſt, non eſt, cur in cenſu noſtrorum ſcribatur

bonorum: ſemper enim, ut ſanctus Proſper,

*In omnis proprium ſemat ſapientia cenſum.*

Nihil unquam mutuo accepit. Supremum fortunæ gradum poſuit Automedon, nihil debere. Vere quidem, ſi creditor fortuna ipſa fuiſſet. Puto enim, qui omnia fortunæ debet, etiamſi omnia poſſideat, in imo gradu felicitatis iacere. Nihil, aut minimum fortunæ habet, qui omnia ab illa habet. Sine alienis felix tribus eſſe poteris, cùm poſſis ſine te toto.

Cap. 31. Dicat Antipater Cyrenaicus, quid defuit illi, licet defuiſſent oculi? Anne & nocturnum nullum gaudium poteſt eſſe? Ipſe orbitatem ſuam collacrymantes, aut ſolatus eſt, aut iocatus, quod triſtarentur, flerentque oculis ſanis, & nihil ſibi exoculato deeſſet lætitiæ. Pandulphus noſter, parentibus, amicíſque dolentibus cæcitatem ſuam, ipſe ſolus gaudebat. Noluit, cùm poſſet, impetrare ſibi viſum, cùm daret aliis: illuminabat cæcos ipſe cæcus: ſublevabat miſeriam alienam, ſervabat lætitiam propriam. Dicat Epictetus, num deſiderauit pedem validum, quominùs cælo amicus incederetur, aut coleretur? Præſtat voluptas ſedens & quieta, quàm iſtæ fugaces, perniciores, & perniciosiores quadrupedibus, &, quod peius eſt, peiores, brutiores. Mutius non egebat dextera, ut ſine gloriæ fructum carperet. Sponte venit ad bonos lætitia: non opus eſt arripi. Scævolæ quoque laudem abſtulit Barlaam ruſticus ineccuſſo thure, exuſta dextera, immota, quia & inconcuſſo pectore. Potuit & ſine manu



manu rapere gloriam Dei; quid mirum, ſi Romanum. Attentiſſimum cælum aſpexit ſacrificium illud nolentis ſacrificare: & cum ardentibus ſuis vidiſſet oculis, invidebat ardenti manui. Anne Antigonus colliſo naſo, Philippus oblæſo crure, Philopœmenes ſine ventre, nunquam riſêre? aut Zeno ſecata lingua ſemel ingemuit? Anne æternæ miſeriæ ſe damnauit Ammonius præciſa auricula? Anne Agatha ſine lætitia, quia ſine vbere, muliebri decore, ſupellectili ſobolis, penu infantiæ? Dicat ſanctiſſimus Damaſus:

*Fortior hæc, trucibuſque viris,*
*Expoſuit ſua membra flagris:*
*Pectore quam fuerit valido,*
*Torta mamilla docet patulo,*
*Deliciæ cui carcer erat.*

Non extra oſtium carceris exulat vita beata. Vbique capitur in omni anguſtia læta. Si licet in mundo lætari, licet in carcere. Mundus carcer eſt, ex quo ad cauſam dicendam ſingulis diebus educuntur rei: quòd autem meus carcer, magnus ille Vir Morus dicebat, aliorum Principum carcere ſit minor, beneficij loco habeo, cùm e malis minimum ſit eligendum. Quid hunc, vel illum artum diuido? Diuellam cunctos, & corpus, ſi alienum ſit, omnia ſua animus habet. Seruiebat Barbaris Paulinus, ſeruiebat venditus Serapion, nullum membrum arbitrio ſuo ſtabat: ſtabat tamen animus, conſtabat gaudium.

Et,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Cap. 52.* Et, ne limitatum ſit viri priuilegium, non modo abſque armis contentaneis naturæ ſed, quod plus eſt, ſi repugnantibus conſtaret, ſi, vtrique cruria, geminaque tormenta geſtaret, & vt de illo verius Charidemus Cynici Chryſoſtomi dixiſſet, ex tormentis compoſitum hominem: nec tantum, ξυγκεῖσθαι δ' ἡμᾶς [illegible] ψυχάριόν τι, καὶ νεύρα [illegible]: ſed tot carnifices habere, quot articulos; adhuc non peruerterent obruere gaudium. Summus ille paruorum delectationis, Epicurus, in ſumma die vitæ, quem beatum dixit, atrociſſimis viſcerum, & veſicæ doloribus impetitus, velut offenſis, & in vindictam, inuidiamque defenſæ voluptatis graſſantibus, cum his omnibus animi lætitiam compenſabat, vt Hermaco teſtatus eſt. Docuerat & ipſe Metrodorum, ſiue crucietur, ſiue excarnificetur, ſapientem nihilominus felicem fore. Poteſt inter corporis cruciatus enatare alacritas mentis, & fluctus, quaſſationeque fortunæ miſeræ ſpumare lætitiam. Egregie Speuſippus, cruribus reſolutus, monenti Diogeni, vt ſe ipſum eriperet moleſta vita, reſpondit: Non cruribus viuimus; ſed mente. Huius rei eſt beate viuere, cuius & viuere. Anima viuimus; & anima beate viuemus, ſi bene. Sufficit felici vitæ, quidquid ſufficit vitæ. Tunc cum animus in corpore occupatur, magis in Capitolio ſuo, mente, auguſtius, placidiuſque recepta viuit. Illuc colligitur vita, vbi præſtantiſſima eſt; nec per futiles ſpargitur voluptates, nec diſſipatur



patur per ſenſus. Vnita vis vinacior eſt, & vis continenti efficacior. Libenter has inſero Philoſophorum memorias, vt pudor nobis ſit non facere, quæ Ethnici, non eſt opus dicere, fecere, ſed, quæ dixere. Pleraque adulterinæ virtutis ſunt, fateor: hoc tamen ipſo nos arguet patientia vitij negligentiores, inertes, cum fauorem contemnamus gratiæ. Quod in illis potuit malitia, ſi mitius ſentire volumus, ratio; cur in nobis non poterit virtus, & Deus?

Nunc ſpectemus & noſtros. Mirogenes ſanus *Cap. 53.* morbo, contentuſque corporis ſe totum continere luc, vota addiſſe commiſerantes monebat, non corporis valetudinem ſibi optare, non poſtulare precibus, ſed animi. Aiebat: Deum oro, vt in hac infirmitate diutius durem. Adeo animus vigebat corrupto corpore. Quid iam egeret, qui nec corpore toto egebat? Non mirum, omnia munera Euſtochij refutaſſe. Superuacua exteriora duxit, qui ſibi ſuperfluus fuit. Barnabas Anachoreta ſtimulum infixum noluit eruere, putridoque pede gratulabatur ſibi. Reſpondebat admirantibus: Quanto magis homo exterior patitur, tanto magis interior viget. Iacturam pedis lucrum fecit animi. Dolor pretium, aut vadimonium lætitiæ fuit. Permiſit vero ſe Meſſem, ſed, quia tantundem fuit, ac laniatoribus. Stephanus Libys phagedæna horribili ſue corruptus, & fere in dimidio ſui cadauer ante mortem, quoad vſum membrorum, & fœtorem, non quoad ſenſum, qui ſolum vitæ facit fidem; patientia ſua

ſuperaſ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſuperuiuebat. Grandior natura Vir, grandior omni fide conſtantia & ſecuritas, cuius non obſtant admirationi miracula gratiæ. Interim dum curabatur, (honeſte hoc dico, nam dilacerabatur,) non ceſſabat à penſo, & opera diurna. Iam ab Viro tam aduerſario otij magnum quid ſpectabis? Torporémne? Vtique non actionis, ſed paſſionis: actuoſus fuit labori; obtorpuit dolori: manibus operabatur, & palmæ folia contexebat: affabiliter adſtantes alloquebatur; tam aberat à gemitu, quam ab otio. Teſtes oculati ſunt Ammonius, & Euagrius, quos non allocutus modò interea fuit, ſed ſolatus. Reliquum corpus committebat Chirurgo, impia manu membra reſcindenti ipſe minus, quàm ſi alter ſecaretur, affectus, nec compaſſionem habuit. Poterat, ſi non ſui, præſentium habere, qui loco ſui, ſani, integrique patiebantur delicatiſſimo membro, corde, ſectionem alienam: ille tamen fuit tormenti immemor, niſi à compatientibus admoneretur pati; adeò perfunctoriè dolebat. Quid, inquam, dolebat? Cùm tuliſſet abſciſſionem artuum immutabilis, tanquam ſi veſtes ſcinderentur, aut inſenſiles pili, qui coram aderant, lugebant dilaniationem: ipſe minus, quàm tonſuram putauit, ſuis non impeditus opera in tanto opere carnificum. Quomodo, quod non turbauit manus, & linguam, turbaret pectus? Satiatum erat gaudio, vt in alios eructaret ſolatia. Quàm dominus doloris fuit, qui licentiam dolendi præ ſe aliis negauit? Neſcio an magnus, an multus Vir fuerit, qui



qui & agere, & loqui, & pati, omnia vitæ munia potuit. Magnum eſt ſimul potuiſſe: ſed admirabile, quod bene; incredibile, quod pati optime, & cùm loqueretur bene, agere melius, & id patiendo, vbi non habent dicta fidem, opera tempus. Maior fuit Stephani laus, quam in religioſiſſimo Honorato, vt ſummum, intonuit ſanctus Taio:

*Vita fuit melior linguâ; ſed lingua modeſta.*

Solatus eſt alios, cùm miraculum eſſet non queri. Laborauit, id eſt, vixit bene, cùm ſufficeret non male mori. Fecit vltrò nouum, cùm ſtupendum fuit, neceſſarium laborem pati. Attendit, egitque plura, cùm vix credibile eſſet, *ſe ſolum* ferre. Perfunctorium quid ſe habuit, laborem, officium. *Parergon* operantem duxit, ſed operam, opus ipſum. Adeò *ſe* neglexit, adeò quod à ſe dilexit. Exhibeo & molliſſimum, timidiſſimque ſexum, conſtantem, fortem, licet exanimis, non ære modò, non cute tantum, ſed carne, ſanctam virginem Spem, ipſo nomine inauguratam gaudio, & cælo. Vna viuens, ne dicam, cadauer fuit, ſed ſceleris carnificum denudata. Sine membris, niſi cum membrorum medullis, oſſibus conſtabat, &, quod mireris, conſtans. Non potuit palinodiam extorquere Antiochus inauditi Stoïcis, Cynicis, Gymnoſophiſtis, patientiæ iactatoribus, Paradoxi: *Nihil iucundius quam pati*, veriſſime cùm pro Deo, & cum Deo. Tunc primùm viſa Spes intrare cælum, & manere. Quin & regnum Dei hæreditatem poſthumam

(nullo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(nullo, niſi hærede, extincto) poſſedit ante mortem: cùm, ſcilicet, mortalis fuit, non mortua. Caro, & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt: ſed, quia Spes ſine carne, & ſine ſanguine, quid impedit poſſidere? Hæreditauit viua regnum Dei, cuius poſſeſſionis titulus, mors eſt; ſeu potiùs poſſeſſa eſt à regno Dei, & mortuum citò, hæreditata à vita æterna. Argutè ait Iuſtinus Neapolitanus: [illegible]. Dicit & [illegible]. Quid reliquum eſt, quod contra conſtantiam ſtet, & animi teneat arma? Mórſne, mutilatio magna hominis, id eſt, dimidij, totius, ſcilicet, corporis? Ridiculæ minæ non magis moleſtiam facient, quàm eam, qui cubitum eat, ſi adimes exuit.

## PROLEPSIS IV.

### *Gaudium factitium eſt.*

*Cap. 34.* IAm ſiquidem propitiè actum nobiſcum: rebus enim non eſt conſiſum gaudium. Frugalis apparatus, non modò corporis nudi veſtibus, ſed membris, imò animi ferè nudi corpore, ſatis eſt. Reliquum erit perſequi delectabilis huius artificij modum. Licet in nobis tantæ operæ organum pretioſum, dicam, pretioſius mundo. Vilet tamen, quia torpet, aut vacat, quod ſo-

lum



lum negotiaturum erit. Reliqua, cùm vacent, & ſuperfluant nobis, exercemus, & ad officia lætitiæ vrgemus in caſſum: cur illud vnum, quod neceſſarium eſt, libertatem voluntatis, otiari patimur? Quanti putabis eſſe poſſe velle, quæ libeant? Tanti, ac poſſe, quæcumque libeant. Tanti eſt libertas ad amandum, quanti potentia in amatam rem. Per illam fit homo ſumarbiter lætitiæ, & pacis. Licet fingere felicitatem pro libito: alioqui precaria fortuna, profectò eſt infortunij. Non eſt quid dominans & violentum, gaudium, aut mœror vitæ: affectæ ſunt voluntatis, quæ, cùm libera ſit, liberum eſt, quibus velit, gaudere. Vbi non erit liberum lætari, ſi in ipſa calce fortunæ, in falce mortis, in face inuidiæ, in omni miſeriæ apparatu liberum eſt etiam lætus gaudere? Barbarus ille, (excidit aliud nomen, non potuit excidere gloria,) Hiſpanus ille obtruncator Aſdrubalis, domini vltor, poſthuma (rata ſuis) fide, qui retinuit nomen immortale ſine nomine, comprehenſus, inter cruciatus ipſos ipſis exultabat, quaſi euaſiſſet: videbat patiens, quod deflebant videntes, quod inuidentes, atque amœnitate frontis ſeueritatem ſæuientium terruit. Conditione ſeruus erat, opportunitate moribundus, loco odioſus, modo carnificatus, & tamen lætus, etiam ſine voto; & tamen ridens, etiam ſine paraſito; niſi fallat, carnifices ſcurras habuit; tormenta excitabant cachinnum; calumniæ erant facetiæ. Si vicit libertas ſenſum violentiſſimum tormentorum, & in ipſis armis calami-

 tatis

tatis gaudium ſuum potuit collocare, quæ violentia, quod telum fortunæ valebit intermittere, ſi fortiter nolimus? Adiungo regiam ſeruili cõditioni. Gelimeres, Vandalorum Rex, victus, vinctuſque cum cõiuge, cum liberis, cum familia, licentiam gaudendi habuit, & fortaſſe nunquam maiorem libertatem lætitiæ, ſine modeſtia. Ducebatur a Iuſtiniano in triumpho: cachinnans tamen, & licenti diffluebat riſu. Putabatur alienatus mente præ dolore ſæuientis fortunæ: ſanum tamen ille ſe oſtendit. Rideo, inquit, fortunæ viciſſitudines, vt, qui modò Rex fuerim, iam ſeruiam. Negotium deſperatum habes, fortuna, ſi ridicula es, in quem tam ſeriò irata fuiſti. Quid præſumis poſſe luctum compellere, ſi tuæ artes, & vires tibi ſunt? Non ſolùm, cùm arrides, ridere facis; facis & cum excandes. Fœdus, & immodeſtus furentium geſtus facilius cachinnum mouent, quam ſerena facies. Iam, ſi de cruciatibus, de infelicitate licet lætari, cur non ſaltem cum illis?

*Cap. 31.* Quid, quæſo, maius eſſet; libertas amandi, abominandive quæcunque; an potentia efficiendi, fruendique quæcunque amares, aut cuperes? Si volenti ſumptuoſum, & inſanum prætorium habitare, hoc ipſo enaſceretur ſuperba moles, conſtruerentur ſponte magnifica ædificia, cælatis fulta columnis, marmoreis diſtincta atriis, teſſellatis capacia cubilibus, bracteatis compta parietibus, vt totum eſſet, & exemplar, & artifex: ſi conſpatiari libuiſſet per amœniſſimos

mos



mos hortos, Theſſala Tempe, ſubitò parturiret ſibi humus Paradiſos, & Elyſia arua: ſi libeat liberalem eſſe, repente Lydij theſauri, lateres Crœſi, terram pondere ſuo fatigarent pro te: & ſic in reliquis cupiditatem ſuperaret facultas, deſideria euentus: omnem iſtam pernicem potentiam, hanc Mercurij virgam vincit libertas amandi; nec deſiderat voluntas ſuæ tranquillitati, & gaudio prætoria, Paradiſos, gazas: melior ſibi virgula diuina eſt, omnia habet, ſi noluerit. Fructus vtriuſque eſt idem, non cruciari, & pax animi. Habita virga illa, caduceus pacificans. Verè dictum de Chriſto, qui omnia contemnere docuit:

*[illegible]*

*Priuauit Mercurium alaris talaribus & aurea virga.*

Virgam virtutis ipſe emiſit ex Sion. Minori pignore æquiualens pretium continet, qui contemnit: & compendioſe illis commodis perfrui licet, ſine ſtrepitu, ſine inuidia; tacita quadam, pacifica, ſubita, & felici, vt ſic dixerim, felicitate. Anguſta iactatio fuit illa Seueri: Omnia fui. Omnia ſum, dicat Vir. Omnia eſt, cui nihil deeſt. Sed rectè adiecit ille: Omnia fui, & nihil expedit. Oppoſitum dicas: Omnia ſum, & omninò expedit. Hippias, nobilis Sophiſta, cum venit certamine Olympico Piſam, nihil eorum, quæ ſecum tulerat, aut emit, aut accepit: omnia ipſe ſibi propriis parauerat manibus, calceamenta, veſtes, geſtamina & ornamenta, quibus non indutus ſolùm, ſed ſplendidus fuit; interulam, tu-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nicam, purpuramque domi fecerat, balteum Babylonica pictura variegatum colorarat, annulum manus circulauerat, palam clauſerat, vnionem ſcalpſerat: omnia ſibi fuit, textor, aurifex, ſartor, faber, ſutor, multiſcius ſui artifex. Non eſt, quòd inuideat animus tot artes: omnia penſat artificium voluntatis: ipſa ſibi menſam Solis apponit: omnia ſibi non facit, ſed dat maior gratia, labor minor. Laus Hippiæ fuit nihil ab alio petiiſſe; ſed negare non poſſet, à ſe laborem exoraſſe, à fortuna materiam, à natura tempus. Citò tamen ſibi dat omnia (ideò gratioſior) qui noſit. Sine elaboratione habet, in quo diu laboratur efficiendo, angitur conſeruando, timetur cauendo. Expertus hoc, qui fauore imperiali ab inopia ad ſummam opulentiam euectus, ſe querebatur inſidiis ſui Imperatoris ſomno, & otio priuatum. Quid amplius habet, qui diuitiis, aut inſidiis potitur, ſi vtriſque vigilat? Quid exigerat ab ambitu ædium, ab amœnitate hortorum, ab affluentia diuitiarum, niſi gaudere? Hoc præſtare poteſt voluntas ſine tot adminiculis, & cum immunitate curarum ſeruandi, poſſidendi, prouehendi. Percunctum enim amatorem rerum quodam auctoris diſcrimine inuenire neceſſaria damnatas, ſiue opes, ſiue poſſideat, ſiue doneatur, ſiue multiplicetur vigiis. Veriſſime ſanctus Proſper ait:

*[illegible] fruitur, miſer eſt.*

Nihil puto intereſt macerare timoribus, an deſideriis. Parum refert, propinetur cicuta aureo calice,



lice, an fictili. Eandem deſideria carenti, timores fruenti, miniſtrant triſtitiam. Quamobrem voluntas abſtemia fortunæ, & recta, ocyus ad felicitatem venit ſuis irrita votis, quam prima compos: imò illa ſæpe, iſta nunquam. Non ſemper eſt felix voluntas impleta. Illam felicem puto, quæ impleri non expectat.

Lætitiam poſſeſſionis cùm habet, valet ex contemptu capere, ſi careat. Gaudium habendi cùm amiſerit, poteſt compenſare non habendo, ſi faſtidierit. Commutet vota, commutauit gaudia. Faciliſſimum eſt totius miſeriæ remedium, mutatio cupiditatis. Transferat deſiderium, & ſalua omnia fient. Qua parte ſæuit fortuna, eludat deſultoria libertate. Tranſultando præſtringemus miſeriam, eludemus ludentem fortunam. Æquè licet hæc cupere, ac odiſſe: æquè licet gaudere obtinendo, & carendo, pro præuio affectu. Licet liberum non ſit habere, liberum eſt nolle: & perinde eſt poſſidere, ac non velle. Compendium cupiditatis ſupplet omne impendium, & prodigalitatem fortunæ; cuius cornucopia vberior eſt inopia amata. Leuius eſt non acquirere, quam amittere: facilius carere, & contemnere, quàm conſequi. Cur non eligimus, quod leuius, quod facilius, ſi magis ſecurum, ſi non minùs fortunatum? Semper manet ſemita aliqua, quæ paci, atque gaudio pateat. Si iter poſſidendi occluditur, via contemnendi eſt regia, & expedita ſemper. Nucleum ſuauem, etiam ſine putaminibus, accipies; cur non & lætitiam ſine Cap. 36.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

his, quæ illam continere putas? ſine lætis dico, quæ cortices ſunt lætitiæ, non lætitia; poteſt ſine illis eſſe. Delectatio ſequitur affectum, non res. Neſcit ſedere in poſſeſſione, aut priuatione rerum, donec voluntas hæreat, aut horreat. Si ita felix aliquis eſſet, vt quidquid videret, haberet, & poſſeſſionem cupitorum ſolùm oculis acciperet, non eſſet felicior, quàm qui poteſt, quidquid videt, non cupere. Stabilis fortuna eius eſt, cuius poſt currentem fortunam cupiditas non currit. Quid opus habes, paleantur cupidines tuæ? Immobilis ſolùm eſt, qui aſſequitur felicitatem; illa, inquam, dico, quæ ſine ſtrepitu eſt, quæ intus latet, quæ verè pax eſt, cuius es conſortio æmulus Diuinitatis. Non ſine magno ſacramento apoſtolicus, & cæleſtis Vir, S. Iuſtus, cuius meminit diuinus Lucas, (vt puto cum Maximo, Monothelitarum maximo triumphatore,) pacem Dei ἀθορυβίαν vocat, & ἐπὶ πᾶσαν γιγνωσκομένην πρόοδον, ἀκινησίαν. Silentij laus, patientiæ opus, quietis meta, pax eſt, & felicitas.

*Silentium ſiue inloquacitatem. Ad omnem progreſſioné, quæ cognoſcitur, immobilitatem.*

*Cap. 37.* O quàm citò, quàm pacificè, & ſine copiis, potes mundi, & rerum omnium potiri; imò prodigere, ſi deſpicias! Nondum dimidium Orbis adeptus fuit miles Macedo: ſi tu contemnis, dominus totius es, & renunciaſti aliis, contentus tibi; liberalis reliquis Munificentia tua, Orbis eſt. Ad ſummam, regna dabat Alexander, non mundos, quos non niſi in votis habuit, & lacrymis; priuſque vidit Diogenem dominum omnium, dominum mundi, quàm ſe; & plus habuiſſe innocenter,



nocenter, & ſine cæde, quàm inhumanè ipſe, & tot cladibus. Quid poſt longam vſucapionem felicitatis, tenuiſque crebrum vſum ſolet haberi, niſi faſtidium, etiam iucundarum? Idem habet ante felicitatem, qui contemnit. Perinde eſt contemnere, ac diu felicem fuiſſe: par exitus vtrobique. Quot tacitos & maiores Alexandros libertas ſua facit, qui mundum deſpiciunt, & vendum concedunt aliis, id eſt, donant; nec digna ſe munera eius putant? Superat in hoc (æmula virtutis) auaritia fortunam: plura vota illa habet, quàm hæc dona. Nónne & ſuperabit virtus plura contemnens, quam fortuna iactat, quàm neget? Inuentio auaritiæ eſt, poſt omnia poſſe optare aliquid. Sunt cupiditates, vt numeri: nulla eſt, poſt quam non ſit alia. Idem hic mihi videtur dicendum, quod argutè Seneca videns Neronem occidentem plurimos, quotquot de imperio cogitare exiſtimabat. Dixit: Licèt plurimos occidas, attamen non potes ſucceſſoré tuum occidere. Ita eſt: etſi conſequatur plurima cupiditas, non poteſt vltimum conſequi, poſt quod non cupiat aliud. Virtutis autem ingenium eſt, poſt nihil habere omnia. Itaque libertas amandæ, non poſſeſſio rei amatæ, radix lætitiæ eſt. Multi plùs gauderent, ſi non haberent, quæ habent, quàm alij lætarentur obtinendo: cruciantur optando.

Quid rerum mutationem deploramus? Demus alicui ſtatam fortunam: importuna erit, & moleſta, & non credo placituram. Ad nauſeam *Cap. 38.*

Samio tyranno fuit, qui ſolum viſus fortunæ partus; cæteri priuigni eius alumni. Et tamen maternos fauores, quia continuos, ægre tulit: doluit importunam felicitatem: voluit, aut refiliere, aut interpellare, abiecto pretioſiore annuli pignore, (referuabantur odia poſthuma:) non potuit. Volens perdidit, inuitus reperit. Vnus fuit, quem felicitas perſequeretur, & inuaderet certim, præter morem ſuum. Alioqui perſequitur felices ſuos fortuna; ſed cum fugit, aut ducit illos. Donum ita ad guſtum cum aliquo actum, vt proſperitati obligaretur: genus infelicitatis eſſet, alligatam felicitatem geſtare, nec poſſe aliquando excutere. Hanc extremam dico. Plures infelices ſe putarent, ſi neceſſariò futuri eſſent felices. Fuiſſent miſeri, ſi neceſſariò Reges. Maius igitur eſt bonum, libertas *cupiditatis*, quàm proſperitatis neceſſitas: magis enim fortunat, poſſe contemni fortunam, quàm ipſa regna. Imperia multi recuſarunt; alij, quia non potuerunt, miſerrimos iudicarunt ſe, & hoc ipſo fuerunt. Neminem fallit miſeria: ſi patetur, eſt. Hoc ipſo, quòd falleris, veriſſimè miſer eris. Quidni miſeriam putarunt feliciorem neceſſaria felicitate? Genucius exilium æternum antepoſuit regno: Gordianus purpuram, niſi coactus inſtantibus gladiis, noluit accipere. Secundum rerum malum putant imperium, ſecundam poſt mortem, duxit ſecundam fortunam; inter purpuram, & necem dubius fuit. Quæ miſeria maior, quàm vbi fatum, & ſceptrum de neceſſitate certant?

Dicam



Dicam iam non aliquem, qui recuſauit re- *Cap. 39.*
gnum; ſed, quod maius, matrem, quæ illud recuſauit filio. Lutitani in Regnum Temeteniæ Aëtium puerum decennem elaturi, à matre quæſierunt: tenuit illa primùm: deinde muliebribus armis, lacrymis, precibus, mox robuſtiùs amplexibus, & viribus, & denique maluit occidi, quàm filium Regem videre. Vnà è brachiis matris ereptus filius, & matri ereptus præcipitio ſpiritus. Adeò magnum infortunium eſt neceſſitas fortunæ. Vicit Philoſophia barbaræ fœminæ, lauæ natione, ambitionem Romanæ Agrippinæ. Hæc voto imperium filij, ſuæ præpoſuit vitæ: illa maluit mori, quàm filium imperare. Gaudium ſancto Patriarchæ Iacobo ex nuntio viuentis Ioſephi temperatum fuit, vt illud ſuſtinere viuus poſſet, quòd ſimul nuntiaretur imperaſſe Ægypto. Nullam lætitiam hæc felicitas excitare potuit: ſibi ſufficere dixit, ſi adhuc Ioſeph, filius ſuus, viueret. Non ſeruiuit fortuna filij lætitiæ patris: deſeruiit tamen vitæ, ne vita filij parricida eſſet, vt fuit in Romana fœmina. Timuit prudens ſenex forſan, mutatos in aula filij mores, timuit certiùs mutabiles fortunæ. Neutrum nuncium ſeorſim ſuſtinere fortaſſe poſſet, aut gaudio, aut triſtitia victus: vtrumque ſuſtinuit viciſſim attemperatum.

Pluris igitur eſt libertas fortunæ, quàm ſi in *Cap. 40.*
re ſolum decoqueret illa totum patrimonium, & eum interminando repetendum negaret. Plura ſolum poteſt fortuna dare; voluntas ſatis. Ma-

quum intereſt diſcrimen inter plus, & ſatis habere: illud eſt limen cupiditatis, iſtud limes. Semper in veſtibulo cupiditatis eſt, qui cupit. Vndecumque incipitur, ſine vltima. Ex quanta cupidine ingreditur auaritia, etiam ingreſſa. In corpore infinito quamcumque partem aſſignes, æquè diſtabit à fine, ac priores. Vndique medium eſt, nullibi extremum. Quodlibet punctum eſt centrum. In medio iacet. Vaſtiſſima, infinitáque moles ſit deſideriorum. Ex quolibet æque diſtat terminus, quia nullus. In vnoquoque auaritia in centro eſt ſuo. Vndecumque ambitio in prima eſt linea. Vbi terminus nullus eſt, totum eſt initium. Adeò ſingularis genij eſt cupiditas, vt eius terminus nullibi ſit, & eius principium vbique. Poſt plura ſunt alia; poſt alia, omnia; poſt omnia reſtant auaritiæ vota; poſt ſatis, nullum. Diuino artificio fabricata eſt voluntas humana: in ea vna cuncta continentur, quia valet compenſare omnia, valet ſuperare. Peritia artis eſt, breui plura reſumere, & in cælatione exigui vnionis exprimere ingentem figuram ſuis abſolutam, ſuis magnam in paruo partibus, vt in Alexandri annulo. Maiori aſtutia elaborata voluntas, cùm vna ſit, plùs quàm omnia comprehendit. Ipſa eſt compendium gaudiorum; ſua tamen conſtantium magnitudine, & numero. Nihil opus habet mutuare à fortuna, quod non intus habeat; nihil deprecari, quod non queat eludere: cui mirabilior eſt vis, quàm annulo Gygis; nec minùs per eam ad regnum fortunæ ſcandere licet, quàm



quàm ad Lydium. Palam annuli ſi ad ſe conuerteret Gyges, inuiſibilis fiebat, cuiuſque: ſi à ſe ad extrinſeca auerteret, rarum immunitatis priuilegium amittebat omnibus patens, viſibilis etiam inuidentibus. Ita cupiditas, ſi in ſe reflectatur, quiſque ſecurus erit, inuiſibiliſque fortunæ ſuis illum non attactura iaculis, locupletiſſimum aſſequetur regnum: at, ſi ad exteriora conuertat, tunc ſcopus proponitur fortunæ, tunc conſpicuus & euidens cupidis exponitur telis. Adhuc incruentus & indemnis, miſer erit ſolo timore miſeriæ. Contra erit is, qui introuerſæ cupiditatis eſt: etiamſi non ſit aliud, de quo gaudeat, de ſecuritate gaudebit, inter cæca & volantia fulmina ſtomachatæ ſortis perpetuò ridens, & columis.

Anne mendacium, aut quid impoſſibile monebat Diuus Paulus, cùm ciues Theſſalonicæ hortabatur ſemper gaudere? Neſciebátne alloqui homines, an Deos? Si homines, mortaléſne, an immortales? Mortales planè nouerat, in quos gladius, furor, inuidia, inſidiæ, iniuriæ, curæ, morbi, & omnis denique miſeria ſæuit, & ſuarum virium facit non modò experimentum, ſed oſtentationem. Anne Epicureos aliquos, qui omnibus indulgentia voluptatis reſiſterent tot copiis triſtitiæ? Non, niſi Chriſti diſcipulos, in quos ſuper omnia humani generis pericula adiectum eſt maius aliud, ipſum genus: in quos inſurgebant parentes, mundus, Infernus: qui nec ſui ſecuri ſunt; quibus omni voluptati vltimum vale, *Cap. 41.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vale, & æternum dicere opus erat; omnibus, quæ poſſidebant, nuntium mittere, maxime pro diſcipulis illis veteri, & nouitio ſeniore. Ad hæc ſciebat non quoſuis, ſed Theſſalonicenſes viros, tunc temporis bonorum ſuorum direptione, malorum inuidia, iniuſtiſque non concuſſos, ſed oppreſſos, nec viros morte interminante ſuperſtitibus de ſublatis. Inter has machinas miſeriæ, inter tot organa mœroris, inter tot tormẽta fortunæ, quid ſuaſiſſe putatis, ſine interpellatione gaudere. Opus illud indefeſſi gaudij, ſolius animi eſt. Quomodo hunc intercidere valebit fortuna, quem cædere non valet, nec cæſora videt? Nihil cum animo eſt illi. Inter mortalitatis iniurias ius quoddam immortalis tranquillitatis retinere poteſt. Deo immortali ſimilis homo moriturus.

Cap. 42. Deificum Philoſophiæ munus cenſuit Hierocles, illiuſque ſtudioſos dixit Deos mortales: Diuinitatis titulum tribuit ob ſimilitudinem; addidit mortalitatis ob mutationem, & tranſultationem fortunæ, quæ, quia ſiniſtra, inuitè adhuc bonos verberat impotenti ſui illa manu, & errore impetus. Falſus eſt æquo titulo Deitatis, & immortalitatis æmulatione geſtiunt. Independencia rerum, & ſui ſolius ſuſpenſio mortales facit; immortales poſſeſſuros ſuam ſine vſurpatione interpellante pacem. Similis virtutis ſtatua Deo æternitatem meretur. Vſurpo hoc dictum Procli à diuino Epiphanio, & Methodio traditum: quemadmodum Phidias, cùm Piſæum ſimula

mula



mulacrum fabricaſſet, oleum circum pedes effundi iuſſit coram ipſa ſtatua, ex ebore enim erat, vt ipſam immortalem conſeruaret: non minus ſummum illum rerum Artificem, quàm manuarios, ſui ſimulacri conſtantiam prouidiſſe. In ipſa ſimilitudine interruptionis cauſa eſt. Quæ ſimilitudo Dei? Immunitas fortunæ, & ſufficientia ſui. Hæc, quia caſu immunis, ſtabilis; cuius quietem nec turbabit lex fati, nec illex fortuna interpellabit, nec ſeueritas mortis, nec leuitas fortis, nec ſeria vitæ, nec ludibria alterius. Facticius Deus euadit miſellus homo ſummum, perennique beatitate, ſolius voluntatis inauguratione. Si ars aliqua eſſet, quæ homines in Reges efferret; ſi robur ſub ingenium caderet; ſi elegantia, artiumque peritia fidelitati pareret; ſi vis perſpicax, aciesque mentis artificialis foret, quis pretio, quis labori parceret? quem non reddidiſſet largum auaritia, audacem cupiditas? Cur, quia Inuentio non ſit fortunæ, nec ars efficiendi Reges, dominoſque terrarum ſingulis, ſed Deos Dynaſtas ſui, fortunæ, mundi; corporum, & impatientes lucro deificæ dignitatis ſumus? Quæ mutatio noſtri generis eſt, vt ſolum Diuinitatem iam faſtidiat cupiditas famelica omnium, niſi eius ſolum, quo ſatiari poteſt? Vbi nunc eſt antiquus ille ardor primo coætaneus homini, cùm voluit eſſe ſicut Deus? Supplicium eſt præſens, faſtidium pœnitentiæ appetitus. Crimen fuit in ſcientia, & intellectu concupiſcere Diuinitatem: virtus eſt in amore, & voluntate

conſa

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

conſequi. Tædium huius, pœna eſt illius auiditatis. Errauit Adam in modo, non in appetitu. Hoc patrimonio ſimilitudinis ſuæ donauit Deus hominem, fœtum vltimum, velut Benjamin dilectum, & Bennoni charum, æquè filium dexteræ ſuæ, & doloris, exclamat S. Hilarius:

*O felix animal nimium, cui dextra Tonantis*
*Eſt pater.*

Dicam, ô felicius cui dolor Dei eſt mater. Manibus ſuis fecit Deus hominem, doloribus refecit. Non igitur, quem ſic dilexit, Benjamin, exhæredem relinquit: ſed in ſimilitudinis ſuæ portione hæreditaria inſtituit adeunda, non inflatione ſcientiæ, ſed modeſtia voluntatis. Fruſtrà ad ſimilitudinem diuinam natalitia humana celebrantur, ſi appetere, & imitari illam non liceret.

## PROLEPSIS V.

*In quo ſit gaudium.*

Cap. 43. QVoniam ſuæ alacritatis architectus eſſe quiſque habilis eſt, ante elaborationis eius modum, oportebit, in quo pax animi, gaudiumque ſiſtat, præmittere. Gaudium eſt quoddam ſilentium appetitus; quædam modeſtia ambitionis; quoddam clauſtrum cupiditatis; quidam thronus iam confidentis affectus; quoddam ſine faſtidio epulum cordis; quædam præda voluntatis;



quædam mors deſiderij; quidam auaritiæ limes; quædam conteſſeratio animi, & rerum; quædam adæquatio amoris, & rei amatæ; quædam ſocietas voluntatis, & eius, quod optauit; quidam aſpectus deſiderati; quædam præſentia cupiti; quidam occurſus quæſiti; quidam contactus; quidam amplexus boni; & denique, vt hæc complectar, quoddam Satis. Non totum tamen in rebus conſiſtit, vix pede altero contingit; quatenus ſit nexus, & conſenſio earum atque voluntatis; quaſi mutuo connixu, reſpectuque viciſſim ſibi reſpondentium, reciproco attactorum complexu, adæquato conuenientium implemento. Omne gaudij opificium hæc completio eſt, ſi nihil earum deſit voluntati. Qui gaudet, contentus dicitur: quia tunc gaudet voluntas, cum continet quidquid capere valet, aut volet; id eſt, quidquid exoptat; velut calix, liquorem. O raram rem, aliquam fidam ex rebus lætitiam! Omnia præter Deum curta ſunt voluntati, & grandi peccant paruitate.

Ad diuinam normam ſtructa voluntas eſt. Cap. 44.

Quantumuis dilatentur, quantumuis inflentur, quantumuis explicentur hæc contracta, quæ vulgus bonorum titulo honorat, & ſuper pedum digitos inſurgant extremos, ſurrigant ceruicem, attollant frontem, minoris ſtaturæ erunt, atque ex hac diligentia infirmiora, inſtabiliora, ridicula. Omnia minus ſunt, ſi noſtrum expandamus ſinum: inæqualia nobis, nec implebunt. Veſtis Zachæi adaptari non poſſet artubus Goliæ: nec Gigantis

Gigantis calceum impleret pes pumili. Si vaſtus Oceani alueus exiccaretur, illa aquæ non poſſet impleri. Anne tantum, quo poteſt capi Deus, occluderet gutta vna mellis, aut flatus aëris, aut glebula luti? Quidquid, inquam, volupe ſit, quo mulceat libido; quidquid honorificum, quo ambitio inflet; quidquid opulentum, quo conſpuet auaritia? Diuinis typis, iuxta Athanaſium, efformata voluntas eſt. Non mirum, ſi minus illi ſit, quidquid Deo eſt minus. Quomodo vaſta illa inanitas, Deum exceptura, ſolidabitur rebus inanibus? Solo intus Deo contento contenta eſt. Solus, qui eſt omnia, quadrat cupiditati. Solum illum, qui ſit omnia, dico: nam, nec omnia quadrabunt, niſi illud, quod ſit ſolum, omnia. Eſt aliquid maius eſt, quàm omnia; vnum, quod ſit omnia. Addit ſuper omnia gloriam ſimplicitatis, & in vnitate cunctorum adampliat virtutem, magnificat præſtantiam, creſcit in infinitatem. Vnio ſolum ſatis eſt incremento, quid erit ſimplicitas? quid vnitas? quid ex vniuerſis vnum non vnitum, ſed vnitas? Non eſt, cui pinguius puſillus amor: ſuper omnia eſt: cum Deo ſolo audet componi, æque cum illo metiri.

*Cap. 45.* At legitimum licet gaudium, genuináque ſatietas voluntatis, Deus ſolus ſit; in cæteras inde dilabitur. Res viatica quædam & modeſta lætitia, proludium & prælibamentum illius. Suus eſt propterea voluntatis viæ, & modus tranquillitatis: vt, licet iſtis rebus prætereuntibus, properantibúſque ad interitum non ſedeamus,





ſiſtamus tamen, & perfunctoria fungamur interim, factitiaque felicitate per hæc vitæ, quæ ſaltem amaritiem eius tergat, formam expiet, & inaniam voluntatis, ſi non repleat, expleat. Duplex quies humani cordis eſt, vna appetitus, altera motus eiuſdem appetitus. Illam primam habere valemus, dum figimus cupiditatem in vno, determinamúſque, nec per rerum angulos oberramus vagi bonum reperturi. Inuento tamen, inuentoque iam bono, tunc procedit motus appetitus ad ſuum, ſtatuimque aliquid, cuius deinceps peregrinatio ſuauis eſt: quia non eſt error, ſed iter. Magis tunc laborant, & anguntur viatores, cùm quærunt iter, non cùm itinerantur. Eſt in vitæ huius via ſua quies, dum cupiditas non palatur. Aliud eſt quærere viam, aliud ire. Illud fatigat; quia inquietum, & incertum; illud etiam voluptatis cauſa ſumimus; ante terminum ſolet etiam quieſcere viator.

Verùm, nonne omnia ſuper calumniari ſumus, minora, curta, & puſilla, præ capaciſſimo voluntatis gremio? Quomodo inane illud immenſum occupabunt? Vtique omnia exigua ſunt: &, ſi cupiditas ſe aperiat, cuncta non opperient. Poteſt tamen ſinus noſter laxari, & ſtringi: explicari poteſt, poteſt complicari. Ea aſtutiâ fabrefacta voluntas eſt, vt, licet immenſi ſit fundi, arctari ſciat, & minimis quibuſcumque conſentire adæquatam rebus fieri, hoc eſt, quietam. Duo, quæ inæqualia ſunt, alterutro poſſunt modo pariari inuicem: ſi, aut maiori detrahatur, *Cap. 46*

aut minori addatur: aut contrahendo illud, aut illud protrahendo. Non ſunt res tantæ, vt iactatum tolerent; faceſcent in nihilum: non ſunt tales, vt ſuſtinere onus poſſint; infirmæ ſunt: additamentum quodlibet grauabit, aut obruet. Remedium in voluntate erit: non è chalybe, aut ferro facta, cerea potius eſt: nata hic miſeriis, & miſericordiæ: denſari poteſt, expandi poteſt, dilatari & conſtringi: materia ductili eſt, quę in ſe colligitur, & è ſe producitur arcana quadam virtute ex libertatis vi: nunc ampliatur, nunc reſtringitur adæquatura ſe rebus pro cuiuſque magnitudine: ita ſinum eius conſtrictum occupant parua: licet naturalem menſuram non compleant, explent artificialem; quod quieti alicui ſatis eſt. Hoc rarum eſt priuilegium libertatis, ſe accommodare minoribus; æquare, cui voluerit.

*Cap. 47.* FElicitas infinita eſt, parem eſſe cupiditatem capiſſe: non dico ob ambiguitatem magnitudinis, ſed quia neceſſe eſt cupiditati potentia. Infinitum quid eſt, finite vota ipſe terminus cupiditatum momentaneus eſt. Erramus tamen, cum poſt interminabile oberramus; &, quod interminatum eſt, non quærimus. Quod tamen natura Deus facit, virtutis poteſt mortalis æmulari: & quod nequit potentia humana, poteſt abſtinentia. Igitur, cum gaudium non in rebus commoditatis, ſed in illa ſua poſſeſſione, & adimpletione, pro libitu voluntatis; quæcunque re voluntas expleatur, hilaris & tranquilla manebit





bit: quia plena, tam in labore, quam in mollitie, tam in cruciatu, quam in delinimento gauiſura. Æquè vtriſque compleri licet. Vrceus melle impleri poteſt, æquè ac felle: quodvis infundas, plenus erit. Siue pyxis aloen, ſiue ſaccharum capiat, vtroque opplebitur: ita rebus ſine delectu duris, blandiſve voluntas referta erit. Si ſe accommodat, conſtringit, & velut Heliſæus paruulis commetitur, dum nihil vltra velit, quam habet, aut habitura eſt; ſiue labor, dolorve; ſiue alia ærumna ſit maior. Nullus labor acerbus eſt patientibus, ſed nolentibus. Nequaquam putes extra fidem, moleſtia, ærumnoſitate lætitiam voluntatis poſſe alere: ipſis miſeriis poteſt nutriri felicitas. Nemo eſt miſer, qui ſua miſeria eſt contentus: potius, quòd ex voto in miſeria viuat, fortunatum dicam. Nullus eſt infelix ſenſu aliorum. Qui ſua conſcientia verè felix eſt, non erit falſo iudicio calamitoſus. Quis beatior, quam qui agit ex voto ſuo, & res pro voto aguntur? Fabios, Camillos, Regulos paupertas & afflictio non moleſtarunt: quia non extra votum. Quid intereſt, quòd inops ſit, qui hoc vult eſſe? Quid refert, inglorius ſit, qui honorem reſpuit? quantumuis læſiſſimus ſit, cum id ſit, quod vult, plena & ſolidata voluntate? Deſideria ſunt extenſiones, & productiones illius: at, ſi plena etiam abſinthij ſucco, gaudens perinde erit; expleri, gaudere eſt.

Quid cauſæ fuit, quòd Attalus regiis deliciis, *Cap. 48.* licentioribus, inquam, omiſſis, olitor maluiſſet



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fieri, & ruſticam curam, quàm publicam gerere; hortos fodere, quàm in ſoliis ſedere; germina ferere, quàm imperare? Quid vt deinde ærariæ artis fabricæ vacaſſet, cui aurum vacabat, ærarium, & ſupellex, ſatis eſt dicere ſua, Attalica? Laxauit cupiditatem regno & opibus gauiſus, ſi ne gauiſurus; (vix aliud ſiti bonum diuitiæ, quàm ſpem præbent ſemper boni eſt; hoc tamen ipſo malo, quòd bona: hypocriſi enim laborat:) reſumpſit verò, cum ager placuit. Quid, quod Cincinnatis honorem annuum voluit, continuum noluit? ampliauit ille, collegit hic, cum ſe ad ſua collegit? Ibidem Africani ambitio deſiuit; inglorio tunc quieuit tota gloria laborum: ille in merendis honoribus præmia dixit, labores in recuſandis. Æque in vtroque laborauit, in merito, & in modeſtia, in qua maius meritum. Pro præmio fuit non ceſſare mereri. Tunc honos

*Inferior virtute fuit, meruitque repulſam*
*Omnia maieſtas. Dedit fortuna minorem*
*Se confeſſa viro. Magnum, delata poteſtas;*
*Maiorem, contempta probat.*

Dignus ſolùm dignitate eſt ille, quo dignitas non eſt adhuc digna, ſed candidata. Prouidentiſſimi iſti è fortunæ palmis vltrò exilire elegerunt, quàm cadere, aut proiici. Cadere periculum, proiici contemptus, exilire virtus eſt. Hanc magnam felicitatem habuerunt, non vinci felicitate. O quàm magna virtus fugere fortunam, deinde reſiſtere, maxima fugare! Robuſti animi eſt



eſt reluctari fortunæ, fortunati non cedere. Quid fecit Solonem recuſare thronum? Pulcherrimum locum nouerat: ſed, qui exitum non haberet; ſeque paucis, modicíſque, vt paruis, adaptauit. Quid Aurelianum abnuere imperium? Conſtrictio cupiditatis. Quid Seuerum inter blandimenta ſortis, & adulatorum, in comitiis voluptatum, diuitiis, potentia, immunitate? Imperator erat, & neſcio, an dignus non mori, quàm non naſci. Seueritas condemnabat natiuitatem, vtilitas publicæ rei mortalitatem. Quid, inquam, fecit, vt leguminibus contentus eſſet, & adeò aſſuetus, vt carnem pro negato veneno ſumpſerit, qua expiauit? Accommodatio voluntatis. Nec aliud Antiſthenem, Zenonem Citienum lætos, vt ego ad ſummũ puto, vt ipſi, beatos in omni auſteritate, ſine miſeria vitæ fecit.

Noſtros prætereo, qui modicis vixerunt contenti. Cap. 49. Deo pleni erant, quid mirum, tanto hoſpite ſi omnis occupatus locus, aliis ſpatium rebus non linqueret? Quid mirum ſit paruo contentus, in quo Deus contentus occupat multùm? Nihil apud ſe ſuſtinent, cùm teneant, quod eſt omnia. Quid mirum, cæleſtis ille vir, Franciſcus Lupius, noſtri Ordinis clarum, non ſolùm miraculis, ſed miſeria ſua decus, poſtquam omnia reliquiſſet, cunctiſque ſpoliatus præter ſe, quia non ſe nudum vidit, ſi pallium dediſſet egenis? Neque enim ſatis erit paupertatis amans, cui non exundet amor in pauperes. Vbicumque res amata conſpicitur, trahit, inſtar magnetis, corda. Vltra



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

humanam gloriam factum illud fuit: nam, ſi gloriatur Chriſtus ſe tuum diuiſorem à Martino pallij coram Angelis oſtentabat, & penè præſumebat, non honeſtiori purpura arrogans, ſibique auguſtus; ecquis gloriæ pretium æſtimauit, cum ad reliqua vltimæ miſericordiæ, & paupertatis argumenta pallium Lupus adiecerit, quod in partes diuiſit pauperibus, vt, licet diuiſum, ad plures veniret totum? Sed, quamuis vltima hæc gloria, non fuit vltima charitas, nec extrema paupertas: tunicam deinde ſciſſam totiens donauit, quot in fruſta diſpertiuit. Nec dum hic ſtetit virtus, quæ neſcio qua arte cum ſumma inopia ſummam beneficentiam amicauit, vt nunquam defuiſſet homini munus, cui defuerunt omnia: non eſt abſque fundo, vel cum ingenio, miſerationis ærarium. Quin, ſicut extra gloriam iam eius miſericordia abiit, ita extra viuos. Cadauer nudum mox videns exuit ſe ſubucula reſtantis, & decenter humat. Imitatus Martini officia in viuos, ſuperauit Beſſarionis charitatem in mortuos, qui ſuperhumerale dedit defuncto. Aliquid magis neceſſarium donatum à Lupio video, Martini, & Beſſarionis laudem in ſe cumulaſſe. Quid appellem hominem adeò ſubſiſtentem ſibi, ſecumque? Forſaſſe prouocatorem Pauli, cum vltra diſciplinam ſuam, etiam ea, quibus indueretur, non reſeruauit; nullis, quibus tegeretur, contentus? An æmulum & repetitorem innocentiæ Adami: quia ſola nuditatis ſinceritate gauiſus? An Dei familiarem, contribulem,



lem, & diſcipulum: quia ſe ſolo, ſine adiacenti, lætus? Quid iam poſt omnia, poſt pallium, poſt tunicam, poſt indutum reſtabat, niſi ſe daret? Dedit, non ſe excuſauit: & cum opibus non potuit, ſubueniebat operis: nudus vixit, nudus obiit, poſthuma adhuc virtute. Tam miſericors fuit, vt ipſe fieret miſerandus, non miſer: nam hoc eſt cordis negotium, non aſpectus. Licet omnia reſpueret, refertus Deo erat. Paupertas non ea in illo amiſit: faciem potius miſeriæ habuit. Miſeria in illo ſubſtantiam amiſit: rem potius, & ſtatum beatitatis habuit. Non illum duntaxat amor inopiæ; ſed copia amoris inſtigabat.

Prætermitto igitur Viros ſimiles, qui tetigere magna omnia, ob anguſtias voluntatis non conſtrictæ ad exigua, ſed expanſæ; plenæ tamen diuino Spiritu, aliud minimè capiunt. Illos commemorant Deo inanes: & tamen voluntatis artificio non capiebant, in quod inhiat, & panditur cupiditas vulgaris: ſe enim conſtringebant, & adæquabant paucis, & licet vacui, obturabantur: laxamenta enim, & caua cupiditatum, ſunt ferarum ſæuientium cauæ, curarum, mœrorum: nec alia voluntas miſera eſt, niſi inanis, id eſt cupida. Solum cupidines cor angunt, quatenus partem eius vacuefaciunt; fragilem voluntatem reddunt, pumicoſam, carioſam: caries enim voluntatis, cupiditas eſt: non minùs illam, quàm ligna, ſuus perdit morbus. Quid deſiderium putas, niſi voluntatis hiatum? Hiare cupientes dicimus: hæc cauſa triſtitiæ. Corporis dolor, *Cap. 50.*

dolor, diuiſio eſt partium vnitarum; ita & animi dolor, vnius cordis ſciſſura, quæ cauum aliquid efficit. Inanis ventriculus officina eſt famis: ſic deſiderium, eſuries amoris eſt impatientiſſima, quæ, cùm reſtat aliquid deplendum, angit animum. Exigua mala corrumpunt magna bona: gutta aceti perdit vaſculum nobiliſſimi meri. In hoc maligna indoles cupiditatis: vna ſola corrumpit plura gaudia: per illam omnis diffluet lætitia. Sit licet plena, & gaudens voluntas, inſurgat vna cupido, euacuatur tota hilaritas. Vrceus plenus aqua, ſi fiſſuram facias, inaneſcet ſtatim. Hiet deſiderio aliquo animus, illac profunditur lætitia. Res delicata, felicitas eſt; facilis miſeria. Miſer eris, ſi deſit aliquid, etiamſi omnia præter illud habeas. Vt ſis felix, nihil cupiendum eſt: omnia habere opus eſt, aut omnia contemnere: illud arduum eſt, iſtud ſuaſibile. Iſto tramite obuia felicitas eſt, & æquè facilis, licet claudat omnia bona; miſeria verò ſit contenta vno malo.

---

## CANON I.

### *Adæquare voluntatem facultati.*

*Cap 51.* Itaque gaudium non eſt incola rerum, neque conſit adhærent. In adæquatione deſider, vt ſic dicam, deſiderij, reique deſideratæ, cùm poſſeſſionis iure fungitur amor. Itaque lætitia ex facti-

tiis



tiis eſt. Nunc artificium illud ſcrutemur: nunc fidelis fortunæ tantam fabricam noſcamus. Bifariam tantum conſummatur opus: aut, ſi voluntati ſuppetat robur efficiendi, quidquid peroptauerit: aut patientia, ne optet, niſi quod factura eſt, aut pollens ſit efficere, compatibus voluntate, & facultate. Penè æquè videntur cliuum fortunæ aſcendere, æquè felicitatis verticem contingere, & qui poteſt, quæcumque vult; & qui non vult, niſi quæcumque poteſt. Prius illud iter nemini, niſi Deo, patet. Nota iſta Diuinitatis, vt ex Ariſtotele Arienius prodit, exequi, quæ volet, ſicut & humanus character, exoptare, quod deſit. In illo ſublimi tramite nullum gradum licet homini ponere, ſi multùm aueat, cùm parum valeat. Tota proinde inopia virium faceſſet in copiam cupiditatum, atque pene incrotum. Alia ſemita compendioſa culmen illud licet ſubire, & diuinam felicitatem æmulari. Siue omnia habeas, ſiue nihil velis, quod non ſis habiturus; limes idem videtur, quies cupiditatis. Duplici via itur eodem. Si non potes exequi, quidquid velis; potes velle ſolùm, quod poſſis. Iſto etiam pacto adæquatur cupiditas votis. Pares ſimili etenim modo duæ paruæ virgæ eiuſdem quantitatis, atque duæ trabes æqualis longitudinis. Voluntas parum potentis exæquabitur optatis, ſi parum optet; ſicut & optantis multa, quia poteſt multa. Non eſt felicitas in omnis voluntate, & facultate, ſed in conſecutione, poſſeſſionéque cupitorum, in exæquatione volun-



tatis

dolor, diuiſio eſt partium vnitarum: ita & animi dolor, vniti cordis ſciſſura, quæ cauum aliquid efficit. Inanis ventriculus officina eſt famis: ſic deſiderium, eſuries amoris eſt impatientiſſima, quæ, cùm reſtat aliquid depletum, angit animum. Exigua mala corrumpunt magna bona: gutta aceti perdit vaſculum nobiliſſimi meri. In hoc maligna indoles cupiditatis: vna ſola corrumpit plura gaudia: per illam omnis diffluet lætitia. Sit licet plena, & gaudens voluntas, inſurgat vna cupido, euacuatur tota hilaritas. Vrceus plenus aqua, ſi fiſſuram facias, inaneſcet ſtatim. Hiet deſiderio aliquo animus, illac profunditur lætitia. Res delicata felicitas eſt; facilis miſeria. Miſer eris, ſi deſit aliquid, etiamſi omnia præter illud habeas. Vt ſis felix, nihil cupiendum eſt: omnia habere opus eſt, aut omnia contemnere: illud arduum eſt, iſtud ſuaſibile. Iſto tramite obuia felicitas eſt, & æquè facilis, licet claudat omnia bona; miſeria verò fit contenta vno malo.

## CANON I.

### *Adæquare voluntatem facultati.*

*Cap* 51. ITaque gaudium non eſt incola rerum, neque conſiſtit adhærens. In adæquatione deſidet, vt ſic dicam, deſiderij, reique deſideratæ, cùm poſſeſſionis iure fungitur amor. Itaque lætitia ex *facti*-

tiis



tiis eſt. Nunc artificium illud ſcrutemur: nunc fidelis fortunæ ratam fabricam noſcamus. Bifariam tantum conſummatur opus: aut, ſi voluntati ſuppetat robur efficiendi, quidquid peroptauerit: aut patientia, ne optet, niſi quod factura eſt, aut pollens ſit efficere, compatibus voluntate, & facultate. Pene æquè videntur cliuum fortunæ aſcendere, æquè felicitatis verticem contingere, & qui poteſt, quæcumque vult; & qui non vult, niſi quæcumque poteſt. Prius illud iter nemini, niſi Deo, patet. Nota iſta Diuinitatis, vt ex Ariſtotele Aretinus prodit, exequi, quæ velet, ſicut & humanus character, exoptare, quod deſit. In illo ſublimi tramite nullum gradum licet homini ponere, ſi multùm aueat, cùm parum valeat. Tota proinde inopia virium faceſſet in copiam cupiditatum, atque pœna in totum. Alia ſemita compendioſa culmen illud licet ſubire, & diuinam felicitatem æmulari. Siue omnia habeas, ſiue nihil velis, quod non ſis habiturus; limes idem videtur, quies cupiditatis. Duplici via itur eodem. Si non potes exequi, quidquid velis; potes velle ſolùm, quod poſſis. Iſto etiam pacto adæquatur cupiditas votis. Pares ſimiliter erunt modo duæ paruæ virgæ eiuſdem quantitatis, atque duæ trabes æqualis longitudinis. Voluntas parum potentis exæquabitur optatis, ſi parum optet; ſicut & optantis multa, quia poteſt multa. Non eſt felicitas in nimia voluntate, & facultate, ſed in conſecutione, poſſeſſionéque cupitorum, in exæquatione volun-

 tatis

tatis & voci, non in magnitudine, ſed in æqualitate. Sed hoc ipſo iam magnus eſt animus, quia æqualis. Quid intereſt, anguſta potentia ſit, ſi ſtricta cupiditas eſt, quominus par, tranquilla, plena, hoc eſt, læta ſit? Omnis miſeriæ momentum illud eſt, defuiſſe voluntati, quod ſperauit, ſi ſtulta; quod exoptauit, ſi incontinens fuit. Quamdiu manet amor, perit, quod amatur. Huius ſuperſtitis cupiditatis, huius quaſi pendulæ affectionis, vbi non eſt, in quo deſideat deſiderium, abortus eſt angor, miſeria, luctus, calamitas.

*Cap. 52.* Tot tamen malorum pharmacum eſt, non plus velle quam poſſis. Nunquam ita euaneſcent vota ſine ſpe vouenti. Eadem tunc ſecuritatis pignora, eadem fideiuſſio amoris, & rei amatæ erunt. Vtrumque eſt voluntatis peculium, vtrumque libertatis proles. Quod in cordis manu eſt, nemo eripere valet: nunquam elabi poteſt cum fortuna. At, ſi ita ſolum eſt, & illud duntaxat percupias, nullum in te triſtitia ius habet. Nemo poterit raptare, quod amas, cùm nemo auferre amorem poſſit. Idem vadimonium vtriuſque eſt, libertas tua; idem præſidium, voluntas: vtrumque in ſinu, in gremio habes: in amplexu tuo felicitas eſt. Beata eſt illa voluntas, quæ habet, quidquid vult; quia non vult, niſi quod poteſt. O nouum ſatietatis genus, ex ieiunio quæſitæ! Nolendo impletur cupiditas, inedia gliſcit, abſtinentia deſideriorum ſaturat voluntatem. Quis non priuilegium naturæ maximum putaret ſatiari ſine cibo, ieiunando repleri? Nemo



mo tam gulæ addictus, [illegible], vt aliquando non ſentiat onus illud, doleat, & moleſtè hoc, quod ventri ſoluimus, quotidianum vectigal ferre; moleſtũ, quia non annuum, non menſtruum, ſed diarium, horarium video eſſe aliquibus; importunis exactionibus mane, meridie, noctu flagitatur: iniquum, prout plerique ſoluunt: ipſam vitam impendunt, inſumuntque, vt ſoluant: comeſtur vt viuant, viuunt ſolum, vt comedant. Apicius, qui Capitolij vectigalia [illegible] ſecerat, plus ventri ſoluit, quam Orbis vrbi. Qui, cùm æquis ſumptibus iam æs alienum prohiberet [illegible], veneno ligauit mortem; ſiue, ne deſineret ſumptu ingenti vorare aliquid, ſit vel fatum, impenſis omnium rei pretioſiſſimæ, ſpiritus; ſiue deinceps reputans ſuperfluam vitam, ſine gula maxima: maluit ceſſare abdomen, quam ſpiritum. Maius, aut æquale feudum fundo eſt. Totam vitam occupat venter, interdum etiam temperatioribus; niſi labor, ſudor, angor, curæ tenuem victum non parant. Credo, vt hæc naturæ lex importuna & inſtans antiquaretur, facilè commutaremus voluptatem palati; & guttur, quia moleſto, renunciaremus. Quid, ſi non tantum eximeremur neceſſitate iſta veſcendi, vt bruta, ſed delectatio ciborum, & voluptas ſatietatis transfigeretur in ieiunium, & abſtinentiam? Iam cum hac conditione libenter ſubſcriberet Geta ipſe ſuis literariis ferculis, quæ per alphabetum digerebat, quæ non poterat ſtomachus. Suffragarentur Clodius, & Maximinus, clariores

clariores aluo, quàm imperio. Conſentiret Aſſidamus, vnus omnium conuiuarum vicarius. At hic fauor & gratia non ventri fit, ſed cordi: ſi abſtineat, ſatiatur; ſine deſideriorum fame guſtat.

*Cap. 53.* Quid potiùs eliges, ex inopia ſatietatem; aut ex copia eſuriem, indigentiam, dolorem? Nihil habendo ſatiari potes. Omnia habendo adhuc eris famelicus. Si enim gutta extinguere ſitim potes, cur vis ex fluuij alueo, aut Oceano acuere, & exſiccari? Si ex abſtinentia ſaturaris, delectariſque, cur ex ingluuie mauis faſtidire, aut eſurire? Huius ingenij peruerſi cupiditas eſt, vt, ſi nutrias, eſuriat. Quem, aiunt, morſum à lupo ſi quis edat, non ſatiari, ſed laborare fame. Illud certius, quidquid fortuna mordere poteſt, non ſaturabit cor; eſuriem potiùs acuet. Inedia reficitur appetitus, cùm petita negas. Poſtquàm plura conceſſiſſet Federicus Imperator importuno & inſtanti adhuc petitori, facetè reſpondit: Si tu non facis petendi finem, ego inueniam negandi principium. Hoc non dicat, ſed agat, quiſque ſibi, cui negare ſine pudore, aut querela poteſt. Nemo ſatisfaciet libidini, niſi non ſatisfaciendo. Plus ſibi poteſt dare, quàm fortuna. Quid? Hæc cuiuſque liberalitas in ſe tanta eſt, vt plus ſibi det negando plura, quàm fortuna dando omnia. Iniuſtè precium hominis taxatur ex his, quæ habet. Hoc precium infelicium, & ſterilium arborum eſt, quæ, cùm nullum ex ſe fructum gignant, tanti dumtaxat æſtimantur, quanti lignum in trunco;

co;



co; tanti, ſcilicet, quantum habent. Humanum aliunde precium eſt. Non ex iis, quæ habet, ſed, quæ fecit, ſed, quæ dedit; ſi tamen fecit bene dando; & altiùs omnium, ex his, quæ non habet, ſi libenter non habet. Latior hinc æſtimatio, & pro dignitate erit. Habere ſolum pauca quiſque poteſt: ſed non habere poteſt omnia. Valor hominis non minor eſt. Omnia valet, dum vult nihil.

Itaque prima lex tranquillitatis eſto, compoſitio voluntatis, & facultatis. *Cap. 54.* Oportet diligenti acie inſpicere res, priuſquam eras. Inde capi augurium certum fortunæ, aut infortunij debet: num, quæ appetitum ſolicitant, ex iis ſint, quæ pereant ſibi, an ex certis ſortis ſuis confidere eos poſſumus: ſi iis nihil eſt fidendum. Sufficit, quòd ſint fortunæ, vt infortunium timeamus non ſua.

*Subtexta malis bona ſunt, lacrymæq; ſequuntur*
*Vota.*

Fauſtus rerum occurſus, opinio popularis, opulentum patrimonium, dignitas publica, delicatus victus, valetudo, robur, elegantia, amici, famulatus, priuſquam occupent animum, inſpicienda ſunt, cuius factionis ſint, an fortunæ, an naturæ, an animi. Cùm conſtet fortunæ ſubeſſe, occludendæ ſunt fores cupiditati, ne in corde noſtro ſit quidquid in manu non ſit. Cur hoſpitari vis, domique recipere, quod illam ſit euerſurum? quod eximiam animi ſupellectilem,

lem,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rem, pacem, ſuffuraturum eſt? Famulum non admittes ad atria tua ſine fideiuſſione, & cautione: cur in penetrali pectoris, in lazario animi, in foco amoris excipis, ſine vadimonio, aut compede, fures, homicidas? Cur poſſidere volumus, non quæ retinere modò non poſſumus; ſed nec habere, non, quæ manere modò, ſed quæ nec poſſunt noſtra? Abiecit iſta domina, ſine famulatum dominantem Barbarus quidam Arabiæ, dominus propriæ ſuæ leuitiæ, hilari ſemper, & confidenti vultu, placidus ad omnem geſtum fortunæ. Rogatus cauſam, cur nunquam triſtis eſſet: ſe nunquam reſpondit poſſediſſe, ob quod amiſſum dolere, aut triſtis eſſe debuerit. Scilicet, nulla iſta crepundia fortis Vir illa ſua putauit, nec amiſſis perdere quicquam.

*Cap. 55.* Stultiori tam liberaliter indultum, vt omnia illi fortunæ armaria, omnes loculi panderentur, omnia eius obiicerentur dona, & quæque aurorum voce exquiſita, vt legeret, quæ, & quot voluiſſet, vnico dumtaxat dono excepto, hac lege, quòd ſi illud eligeret, nulla alia ſumere poſſet; ipſum tamen nunquam amiſſurum; ſin minus plura poſſet capere, ſed amittenda cuncta: vtiue iſta, opinor, iudicarum, vt illud non amittendum haberet: mallet ſecuritatem fortunæ, quàm fortunas. Præter animi bonum, nihil ex omnibus ſecurum eſt, niſi iactura omnium. Cur expugnamus ſtatim maiori perdenda luctu, quàm inuenta gaudio, quàm quæſita labore? Non eſt cordati viri, exornare ſe alienis, quæ exigenda



exigenda ſunt nobis inopinis pro ſubita libidine domini. Quidquid noſtro non cedit arbitrio, alienum eſt, viri charorum, æſtimatio, opes, & quæque nos circumſtant mutuante fortuna, aut indulgente natura; corporis bona, valetudo, vires, artus, ipſæque manus in brachio, ipſi digiti in manu, non ſunt in manu noſtra. Nemo ita eſt dominus ſuæ dexteræ, aut pedis, vt illa nequeat ab hoſte truncari, & hic luxari. Nullus ius noſtrum retinere iſta poteſt, quare aliena puta, ſine ſolo titulo non amanda: quiſque enim ſua diligit, negligit, quæ aliorum.

Demus tamen fortunam non dediſſe liberaliter, non ſolum confidentem, & dediſſe ſemel, non depoſuiſſe. Cur vis precariò viuere? Demus aliquam ſuum, non tam eius dominum, ſed mancipium tuum feciſſe: paruum nimium eſt mancipiorum ſeruitium. Aut rebelles perduelles, aut furtim fugitiui, aut ſemper contumaces ſerui ſunt, nec niſi coacti placebunt. Nobilior eſt familia ingenuorum, & liberorum obſequium. Quæcunque in noſtra voluntate ſunt, & ab ea pendent, egregie genita ſunt, libera, ingenua, filij matris liberæ, ipſius, inquam, libertatis: matris enim conditionem ſequuntur. Cum nihil ſeruiunt, nec fortunæ fiduciantur; cum nemo illa impedire, nihil obſtare valeat, nomine libera erunt. Quæ verò extra ſunt noſtræ voluntatis potentiam, mancipia fortunæ ſunt. Tam deeſt illis libertas, vt quiuis etiam ſeruus poſſit in ea, quidquid velit. Licere ſi vita eſt, tollere; ſi honos, detrahere; ſi diuitiæ, *Cap. 56.*

furari;

ſtrati, ſi deliciæ, perdere. Quæ omnibus ſubiecta ſunt, libera non ſunt; quæ tot impedimentis ſubdita, non ſunt ingenua. Ne igitur confidamus abituris iſtis, fugitiuiſque mancipiis: nec doleamus fugitis. Potius fugiturientes res mittamus. Dicat quiſque, quod Cynicus, cùm ſeruus ſuus Manes aufugit: Turpe eſt Manem ſine Diogene viuere poſſe; Diogenem ſine Mane non poſſe. Poſſunt fortunæ bona ſine bono viro eſſe; poſſit vir bonus ſine fortunæ bonis. Turpe eſt, fortunam ſine ſapiente poſſe eſſe; & non poſſe ſapientem ſine fortuna. Turpe eſt, liberum hominem ſeruire ſeruis; nec poſſe non ſeruire, cùm liberè ſeruiat.

Cap. 57. Hoc itaque intereſt inter illa, quæ noſtræ ſubſunt libertati, & ea, quæ extra ſunt; quòd illa libera, hæc ſeruilia ſunt. Quare, qui liber eſſe velit, nec velit, nec nolit, quæ in aliena ſunt facultate; fiet ſtatim ſeruus. Talis amor, chirographum emptionis erit, auctoramentum ſeruitutis. His nihilominus traditur ſine delectu rebus, his dominis ſeruus. Æqua inſania ac illius prodigi, qui equum conuoluto capite dimiſerat, & eius voluit eſſe, in quem primum in turba offenderet. Ita dominii ſui caſus titulus ſeruitutis, neſcire, cui ſeruiret. Perinde cæci mancipamur rebus, nec herorum optionem velimus. Dixerim & de libidine noſtra, quod de libidinoſo cæco beatus Ennodius:

*Nil videt, & rectum ſeruat iter ſcelerum.*

Cùm imperio nati ſimus, quodam tamen ca-
paditatis



paditatis inſtinctu, etiamſi cæci eamus, rectà imus ad ſeruitutem viliſſimam; ſi quidem hæc, quæ extranea cordi ſunt, famulantia ſunt. Titulum, qui laus humilitatis eſt ſummis Eccleſiæ Præſidibus, qui ſe his dedit, ad vilitatis improperium vſurpat. Prudenter Simplicius ſeruos ſeruorum dixit cupidos terrenorum. Adderem ipſe, & ſeruorum ſeruientium. Gloria eſt dici ſeruum ſeruorum Dei: ſed eſſe ſeruum ſeruorum fortunæ, aut Dæmonis, ignominia vltima. Expendimus multiplicatam ſeruitutem, amantium fortunæ bona, & quot gradibus ſeruiles ſint, & quotæ pateant ſubordinationi herorum: nec enim modò ſunt ſerui ſeruorum, ſed ſerui ſeruorum ſeruorum. Ipſi ſerui, quibus ſeruiunt, ſeruiunt aliis, qui ſeruiunt. Singuli amatores exteriorum binos dominos habent, qui ambo ſunt ſerui: vnus dominus internus, forinſecus alter eſt Irrationalis, brutúſque appetitus, cùm aduerſùs rationem inſurgit, captiuam illam facit, ſeque captiuum ſimul cum illa tradit ſuis externis heris, mancipiiſque fortunæ. Quin & hæc etiam potens domina impotenti ſui libidini ſeruit. At, quod propudioſum magis eſt, iſtud [illegible] multiplex ſeruitium liberum, aut libitum eſt nobis. Improborum herorum iuſſa ſerui etiam improbi inuiti exequuntur: nos libentes exequimur ea, quæ improbus appetitus cum damno noſtro imperat, & poſt externa fugienda impellit.

Refuga eſt omne bonum, quia ſeruile, pere- Cap. 58.


grinum;

gnum; quod e voluntate non oritur. Nihil in corde manet, quod ab eo non manat. Quam cito aufugit a Dionyſio Siculum, a Tarquinio Romanum regnum? Dies ſatis: a mane ad noctem [illegible] dividens. Scit & fortuna ſopientes, & ignauos facere vigilantiſſimos Reges, minoreſque Magiſtratus, etiam non vltra diem. Scit fortuna, & poſt Solem ortum, & ante Solem occidere. Reuilius uno die Conſul fuit: quis vigilantior, quam qui ſomnum non vidit, cum non eſſet Flamen, ſed Dialis? Gratias ageremus, ſi ſolum refugia faceret contenta vno vitio ſæpe viatici loco ſerum vitam poſſidentium, ſemper gaudium eſt.

*Sæpe infelix [illegible] ſuperba,*
*Proſperitas [illegible] mutata ſecundis,*

præclare admonet ſanctus Paulinus. Anne retinuit ius aliquod poſt tot effuſiones, & detrimenta fortis Polycrates, cuius cupiditati tam eſt adulata fortuna, vt ſemel vinceret, niſi plus dederit, quam cupiit ille: dedit, quæ noluit, dedit reſtituendum? [illegible] perpes tandem elapſa felicitas ſecum abſtulit vſque ad minimam fimbriam: plus repetiit, quam depoſuerat; fortaſſe compenſatura vſuras alieni vſus: nec reliquit illi, niſi ſignum, quo ſuſpenderetur. Luſit quidem: alienis fuit vſus, vt propriis. Fur fuit. Plures, quos fortuna ſuperſtites non dicam, operuit, ſed obruit auro; defunctos non operuit humo: crudelior in morte, quam in vita prodiga. Par Polycrati, atque Amano fuit: arriſit viuenti, morienti irriſit: luſit in

in



in vita, illuſit in morte: vterque alienis cor affecit: idem ſuſpendij ſupplicium cæteris eſt [illegible] hæc externa, his ſaniem felicitatis: penduli ſæpe pereunt, quibus pro fune eſt capillus fortunæ, quæ ipſa non minus exanimabit, quam laqueus. Plures amor felicitatis, non miſeros modo fecit, ſed exanimes. Deficiente auro vita defecit illis ſpiritus præ dolore. Quos præſens proſperitas vix lætitiam propinauit; abſens, aut abſens occidit. Repetitio rei amatæ, caput ſuæ animæ fuit: nec enim ſunt negligentes mundi ſatellites, prætores dilabentis felicitatis. Quantumuis hæreamus rebus, & noſter amor ſtringat, non tam valide premit, quin tandem exprimat fortuna. Etſi agglutinemur, etſi [illegible] ſi non poteſt tollere, [illegible] noſtro. Robuſtum habet lacertum, ſua extrahens, tollit licet pariter aliena. Quidquid contexat, refert, cum libuerit, licet ſimul auferat animam.

Noſtra non facimus hæc, quandoquidem aliena ſemper manent: nihil alienare fortunæ licere ſatis eſt commodare. Si ſemel donaſſe videretur, actio integra eſſet reſcindenda, ius donationis. Scilicet, pupilla eſt: tanquam ætate minor, cum confert, non transfert dominium: ſemper tenet ius vindicationis: e ſuis ludicris pupillam dicas. Cap. [illegible]

*Ludit & eludit [illegible] manum,*

inquit Philippus Abbas. Quid præterea quaſſatis calamis incumbimus? His innititur calamitas. Quid ſuperſtruimus molem felicitatis, ædes gaudij, fluidis cæmentis, quibus ſolum ſunt

 ruinæ

ruina? Quis agnoſcens quaſſationem arundinis, ſimet ad innitendum illi? Labunt, labuntur, ruunt omnia iſta, & diruunt nos. Periculum infirmæ conſiſtentiæ agnoſcimus, imò timemus; & tamen amamus illa. Timor noſter accuſat amorem noſtrum, quòd amemus, de quibus timeamus. Cùm timet quis, aut dolet eliſiſam fortunam, amo repugnantia iungit; & nolle ſe inſecuritatem, vilitatem proinde rerum; & nihilominus diligere, & reclinare illis. Si alterutrum deeſſet, haud, puto, triſtaretur. Si non diligeret illas, aut non noviſſet vilem, moribundamque earum conditionem, nequicquam illis pereuntibus anxius, mœſtuſque foret. At, quis videns perire, quæ amauit, dolet perire, & non potius erubeſcit amiſſe, ſolatur doceri? Rudiſſimi enim cupiditate ſumus, etiam in iis, quæ ſcimus. Miramur deficere res, cùm prænoſcamus rerum defectum, non tenſum diuturnitatem rari; &, vt Andronicus ait,

*Mirum videtur, quod ſit factum diu.*

Hæc admiratio diuturnitatis naſcitur ex præſumptione certa breuitatis. Cur antiqua in honore & reuerentia ſunt, cùm nouitas ex ſe placeat, vt ſi quid nouum putamus, vetuſtum eſſe, & extra rerum euentum cenſemus, durare? Nulla reſpexeris, rara diuturna; aliquid maius rebus in diuturnitate ſuſpicamur. Quemadmodum in maiori pretio rara ſunt, quia accedunt Diuturnitati vicinius, quæ ſingularis eſt: ita etiam percolimus antiqua, quatenus veſtigium quoddam Dei exhibent,



exhibent, qui immortalis eſt, & quatenus ſingulare quid eſt, in hoc rerum aluco morari. Vſque adeò fortuna

*permixta fluit, nec permanet vſquam;*
*Amiſitque fidem variando cuncta per omnes:*
*Non annus anni, non menſi menſibus vſque*
*Conueniunt, atque ipſe dies, aliamque relinquit,*
*Horaque non vlli ſimilis producitur horæ.*

Igitur, priuſquam in noſtrum tranſmigrent *Cap. 60.*
cor, diſcutiendæ ſunt, velut in telonio, res: euoluendæ, an ſint merces, & ſarcinæ fortunæ, ne repetantur, an ſint alienigenæ nobis, ne diſceſſu crucient; ne veniant, vt tranſeant. Preſtaret hic ſeuera illa Sinarum lex, omnes peregrinos, & extraneos ſui aditu regni interdicens capitali interminatione: ita vaſtum imperium pax ferè æterna ſeruauit, cùm alioquin non tantæ ſint fortunæ vires, vt copulet magnitudinem cum diuturnitate. Eò potentia breuior eſſe ſolet, quò grandior. Eadem ſancire voluntas debet, ſi pacem tutari velit: nihil alienum, nihil peregrinum admittat. Contrarium facimus: ſolùm hoſpites in corde excipimus: vitiorum diuerſorium facimus prætorium Dei, ea amantes, quæ, quia noſtræ iuriſdictionis non ſint, citiùs nobis inſalutatis abeunt, quàm nos adeant. Pietas noſtri eſſet crudelitas Diomedæa, omnes iſtos obtruncare hoſpites. Iuuat idcircò noſtra inſpicere, & curare. Stultiſſimum eſt, alienis occupari contra voluntatem domini, propriáque negligere. Mente caret, qui eò mentē conijcit, vt diues, potenſ-

quæ ſit, vt læte viuat. Studet facere proprium, quod alienum; & liberum, quod natura ſua ſeruile. Ad multam litem appellat: contra ſe habet diſcrimina terræ, pericula maris, inuidentiam vicini, odium inimici, inſidias graſſantium, proditiones ſeruorum, incurſiones latronum, inclementias cæli, volubilitatem temporum, legem mortis, licentiam illegis fortunæ; &, ſi nihil aliud, ipſam rerum infirmitatem nullo impellente nutaturam: ſi hæc non ſatis, ipſam potentiam, prouidentiamque diuinam. Quis vnus audebit aduerſus tot æmulos certare? quis reſiſtet ſolus tot copiis calamitatis extrahentibus imo è pectore cum rebus gaudium reuulſum?

*Cap. 61.* Boni animi, dona virtutis, egregia opera, rectæ cupiditates, hic cenſus noſter eſt, quæ noſtræ parent voluntati: in hæc dominium duntaxat habemus. Is rerum eſt dominus, qui, prout velit, aut nolit, dare, auferre, ponere, tollere poteſt. Nihil huiuſmodi licet in ſupellectilem fortunæ: licet tamen in patrimonium virtutis. Illam nobis, nec dare, nec adimere poſſumus: tam benignè nobiſcum actum eſt, vt, quidquid vile ſit, alienum ſit; quidquid pretioſum, noſtrum. Licet cæteris alienis, pauperes non erimus, ſed clariùs diuites defecata opulentia: qua tamen priuabit nos libido opulentiæ, libitus diuitiarum. Peculiare hic ex multis periculum, quam cæteris iacturam amando non propria, propria amittimus. Proprium noſtrum eſt rectus amor, honeſta rerum appetitio; hoc bonum cuiuſque eſt:

perdimus



perdimus illud, exoptando aliena, & peregrina dona cito pœnitentis fortunæ. Hoc ipſo, quod aliena, quam ea nobis, tranquillitatem quæ [illegible] eius. Hoc ipſo, quod appetimus externa, deſiſtimus recte appetere, quod eſt internum, id eſt, noſtrum bonum. Geminum damnum eſt volentium, quæ in propria voluntate non ſunt, & fruſtratio gaudij alienarum rerum, & iactura propriorum bonorum. Ibi mœror, hic quid deterius, pudor eſt.

---

## CANON II.

### *Nec ſperare, nec timere.*

ALterum ex his Canoni nuper dicto rudimentum accedit. Pauores, expectationiſque inſtantias, quæ in alienis fundis laborant, & nobiles fortunæ volunt proſcindere. Ama, agnoſce, quæ tuum, quod tuum eſt, rectas appetitiones, honeſtas actiones: agnoſce alienum, quod alienum eſt; cæteros, in quæ fortuna ludit, quibus in te ſæuit: ita neque de Deo querulus, neque in homines iratus, neque pro rebus meritis triſtis, neque calamitoſum, neque infortunatum eſſe, in tua poteſtate erit. Quid hoc fortunatius? Calamitoſus eſt, cui accidunt, quæ non vult; infortunatus, cui non accidunt, quæ vult. Clarius, breuiuſque dicam fortaſſe. Calamitoſus eſt, qui timet; infortunatus, *Cap. 62.*

 qui

qui ſperat. Vtramque fortunæ aſtutiam intercipit, qui id ſolum vult, quod ipſe ſolus poteſt: id non vult, quod ſola fortuna poteſt. Qui alacris ſemper, ablegatis ſpe, & timore, gaudium mundauit, egeſſit miſeriam, fortis aduerſus fortem caducam: ſed ideò & de noſtra imbecillitate fortiſſimam, in ſua conſtantia conſtantiſſimam. Inuictus, qui cum nulla re certauit, quam victam in ſua eſſe poteſtate non vidit.

*Quid tantùm miſeri ſæuos tyrannos*
*Mirantur ſine viribus furentes?*
*Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas:*
*Exarmaueris impotentis iram.*
*At, quiſquis trepidus pauet, vel optat,*
*Quod non ſit ſtabilis, ſuique iuris,*
*Abiecit clypeum, locoque motus*
*Nectit, qua valeat trahi, catenam.*

Columen mentis, & gaudium ibi eſt, vbi exulant metus, & cupiditas, præcipui fortunæ lictores, ſeu ſatellites. Noſtros animos, vt ſanctus Paulinus ait,

*iugiter vrit*
*Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi.*

Cap. 63. Callido tamen viro, experti formidinis, expectationiſque, non accident, quæ non vult; nec quæ vult, non accident: compos voti ſemper, dum compos ſui: apud quem non aliud valet, niſi voluntas, & ratio, & quod iſta valent: cui proſpera omnia cadunt, cùm fiunt, quæ velit. Suam ſemper exequi voluntatem, felicitas eſt æmula Diuinitatis, & præponderat imperio Orbis.



Orbis. Plures vitam, regnumque ſuæ poſtpoſuerunt libidini ancipitis, atque incertæ voluptatis. Quàm felix, qui cuncta gaudij ſibi, ſuum ſemper vidit votum, tam facile, tam gratuitum, vt nec voluiſſe opus ſit! qui, dum pauca vult, mauult eſſe ſui, quàm fortunæ! qui ſummam fortunam iudicat, ſine fortuna fortunatum eſſe, ſine fortunis locupletem! Non arca, ſed corde diuitiæ metiendæ ſunt. Non eſt vera opulentia res opinionis, ſed conſcientiæ; non alieni iudicij, ſed proprij. Animus, non fama, iudex eſt mens conſque, non ſermo hominum. Aliud eſt videri diuitem, aliud eſſe. Loculis plenis apparent diuitiæ, non iudicandæ ſunt. Etenim, qui plures filias maritandas habet, etſi ampliſſimi cenſus ſit, pauperem ſe putat; quomodo, qui infinitas habet cupiditates ſuſtentandas, quarum vni non ſufficit Orbis, habebitur diues? qui ſe non tantùm inopem, ſed indigum ſentit? Non eſt pauper, qui caret; ſed qui eget: nec eget, qui caret, ſed qui deſiderat. Pauper Socrates forum ingreſſus, Quàm multis, inquit, non egeo! Quia non deſiderabat. Locupletior eſt, & beatior, qui nulla cupit, nec ſperat, quàm qui habuerit omnia, quæ cupierat: gratis habet, & per compendium votorum, quod alter magnis ſitiens cupiditatum impenſis eſt mercatus.

Quid comparo incomparabilem virum? Ille Cap. 64. ſolum felix eſt, qui nihil cupit, nec expectat: at, qui omnia, quæ concipiunt, habet, ſolùm fortunatus eſt. Maius quid felicitas, quàm fortuna eſt.

Deus felix eſt, non fortunatus: at felix ideò non tam eſt, quod habeat, quæ cupienda ſunt; ſed, quia nihil cupit. Illud ſuper fortunam habet, non quòd habeat, quæ cupiunt; ſed, quæ forent cupienda. Minus felix eſt, qui fruitur, quæ expectaret cupiditas, quàm qui nihil expectavit. Imò & inter eos, qui æquitatis voluntatem, ſtimulatamque habent, ſubtiliùs diſtinguendo, ii qui ſint in ſtadii medio, præferam illum, qui vult ſolum, quæ poterit, ei, qui poteſt omnia, quæ voluit. Si igitur ſpes adhuc futuri, & ſecura, dicere poſſum, felix, minuit felicitatem; quanto magis perdet vulgaris noſtra ſpes, quæ fortunæ eſt trochus, ſuccutiturque continuè timore, & ſcutitur occurrente damno? Omnis doloris cauſa eſt; quia habes, quod non vis; quia vis, quod non habes. Velle autem, quod habes; & nolle, quæ non habes; quis tam tyrannus eſt, ut interdiceret? quis tam potens, ut ſuſtulerit tibi? In tua manu eſt, in te eſt fortuna tua, ſi velis habenda; ſi nolis non habenda; non, ſi ſperes iſta, non timeas illa. Timor eſt intempeſtivus dolor, quo, dum ante neceſſitatem angimur, ultra neceſſitatem affligimur. Mœror rei perditæ, & timor perituræ hoc diſtant, quòd iſte diutiùs torqueat; & quatenus imminutus dolor, metus eſt, ſic ſæpe acerbior.

CANON



## CANON III.

### *Amor immutabilium, & mutabilitatis.*

Hinc & aliud occurſat præceptum (*ſive* Cap. 65. exceptio primi documenti) eſſe aliqua, etiam extra nos, externa, innocentiáque cordi, quæ amare indemne ſit: in quæ, licet nobis nihil liceat, amare ſummè licet ſecuro gaudio: quia ipſa ſecuriora ſint, gaudente potiùs deſecturo, quàm ipſa. Hæc, quamvis in manu noſtra non ſint, poſſunt eſſe in corde. Cætera omnia, hoc ſolum, quòd amantur, armantur in nos; &, quod mirum eſt, quæ minùs ſecura ſunt, ſecuriùs pugnant & cadunt: quò imbecilliora ſunt, magiſque infirma, fortiùs, cuiuſque vulnerant ſua fuga. Magna ira fortunæ eſt, fragilia & arundinea contorquentis arma, potentiſque fortiſſimè percellere fugaci lacerto, ritus inſtar Parthici, quaſſiliſque contortis calamis,

*Sic vibrans animum fortunæ ludit arundo,*

aptè dixit Abbas Philippus. Etenim amor inſtabilis rei, eſt ſubitæ miſeriæ; amor ruinoſæ, eſt ruinæ felicitatis. Si quid ſtabile, fundatúmque ſit, ſecura huius cupido erit. Tota itaque mens incumbet in amorem primæ mentis, æterna eſt. In hac columna figi lætitia poteſt. Hic omnem ſortem amoris, omnem aleam cordis mittamus. Sine ales ſortem ſortiemur, & fortunam veridicam. Quis ſummam pecuniæ mutuatu-

rus,

tur, fidem debitoris non attendit, aut pignus non quærit? Omnis ſumma, omnis ſors animi, omnis cenſus mentis, amor eſt. Tantum es, & vales, quanti eſt, quod amas. Prævide, cui credas; ſi cautionem confidentiæ præſtiterit. Sola æterna mens hanc fidem [illegible]: huic ſolum te credas.

*Cap. 66.* Quis amne deuolutus rapido, inter aquas partim humanas, inter fluctus totus pugnax, diſſidenti vndarum fluxu pariter fluens, ſi validam, firmamque arborem offendat, non apprehendet frondes? Solum Deus quid ſtabile eſt, ſeque radicatum: hoc apprehenſo, ſolùm ſtabilimur: præterfluunt reliqua in hoc mundano alueo, & nos pari volumine trahuntque fluore.

*Celeri vides rotatu*
*Rapidos dies meare,*
*Fragiliſque membra mundi*
*Minui, perire, labi.*
*Fugit omne, quod tenemus,*
*Neque fluxa habent recurſum,*
*Cupidaſque vana mentes*
*Specie trahunt inani.*

Venuſtè iſta Diuus Paulinus: ſed ſignificantius Georgius Piſides:

*Natura rerum talis eſt fluentium, [illegible] ſtat, conſanguineiſque [illegible]: Omnia præterita, & ipſi præterit.*

Οὕτω τρέχουσα [illegible]
[illegible]
[illegible]

Quis ergo turbine, & inquieto procellæ fluctu iactatus, inſulam ſi videat, non appellet? Naufragamur fluctuantibus rebus: ſola inſula ſecuritatis in hoc pelago mundi eſt, quod eminet, &



& manet Deus, ſuperior omnibus, æternus ante omnia. Huc ſaluandi, non Neptuno, ſed fortunæ aufugiant: Deus radix fœcundiſſima entium. Arboris folia ventus rapit, frondes quatit, truncos quandoque infringit, ſolam radicem immunem inuenies, quam non tantùm flatus non tangit, ſed nec videt. Decidunt omnia, niſi Deus. Mortalia ſunt cætera, quæ mortales amant, & amittenda, ſi non quotidie, certe vno die, vno momento omnia. Noſtra mors mortalia nobis omnia nobiſcum fecit: ſed ſæpe præcurrunt nos, & noſtram nos admonent conditionem exemplo ſui interitus. Nos tamen miramur mortem rerum, quia obliti noſtræ. Miramur, quòd moriantur, & pereant omnia, quòd etiam nos, & quòd [illegible], ſcilicet, immemores ſumus.

*Cap. 67.* *Sapientes* mundi membra monet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes gyrare, & in circulos ſuos reuerti, vt rerum inconſtantiam ſummam, id eſt, conſtantem monſtraret. Nihil in rebus eſt firmum, niſi infirmitas: nec minor infirmitas poteſt eſſe, quam quæ firmiter infirma eſt. Illuſtri documento oſtendit ſalubrem amoris [illegible], quæ, & qualia liceat extra nos amplecti, immutabilia, ſcilicet. In circulo commoto dumtaxat ſunt immota, quieta, & ſtantia: punctum medium, & motus ipſe: in omni partium mutatione, ſolùm immutabile eſt ipſa mutabilitas, & centrum: ſicut in hac ſphæra Vniuerſi, ſuum punctum terra in æternum ſtat. In fortunæ rota vnicum dumtaxat punctum in medio conſiſtit:

non

non aliter, nec alibi quietus eris, niſi huc te colligas, & ad minimum redigas; ibi tamen minimum dilataberis. Immenſa illa æternaque mens, iſtud centrum omnium eſt. Si illò accedere non potes, appropinqua: quò ſunt propinquiores puncto medio circuli partes, magis quietæ ſunt, lentioreque ambitu flectuntur. Si ad minimum non audes conſtringi, colligere ad mediocria. Partes mediæ in rota, licet non veniant in ſublime, nunquam terram contingunt. Præſtat mediocritas fortunæ: hæc nunquam venit ad ſolum; honorabilis hæc eſt, locum medium honoratior occupat. *Alias* partes, poſtquam in ſummum leuauerit, totum vertit, & ſumma imis communicans appellit, alliditque ad ſaxa, iiſque incumbit totum ſuæ machinæ onus. Denique poſt centrum, nihil eſt immobile, niſi mobilitas. Circularis enim commotio caret fine; in nullam contendit metam extra ſe; in eodem ſtans loco, inibi globus concitatur quietus in eodem inquietatur ſpatio, perpetim, quia ſine obice: ſummus in eadem ſede currit. Argutè hanc faciens rerum labentium, circulum dixit Helias *Cretenſis*, quarum ſola conſiſtit *inconſtantia*.

*Cap. 68.* Iam eſt quod tantæ, quod verò placere tibi poſſit: *non ſecurum mutabilis*, ſed mutabilitas, quæ immutabilis eſt. Habes, quid in rebus ames, mutationem. Habes, quomodo, ſi non hærens, ſed contiguus ſis. Diuerſe ſe habent, quæ rotæ inſunt, aut quæ adſunt: inſunt paleæ, & lutum; adſunt ſaxa ſolida: illa voluit pariter rota; iuxta iſta



iſta dum vacat voluitur; illa tranſeunt pariter; per iſta ſolùm tranſit, manent quieta. Sic vs inquantum ſpheram tanguntur, non ſequuntur. Prætereſtiæ nos fortuna, non conducimus viæ, reſpiciamus illam, non ſuſpiciamus ad ſummum; ſaltem tangere, non tractare, minus contrectare. Tormentum eſt inſtrumentum eius, & crudeliſſimum totæ ſupplicium. Fortaſſe mirabeis putatam fœmineam, cuius fœminea, & miſericordia viſcera non agnoſces, niſi fortè ob inconſtantem indolem, & libitam, credibiſque ita; ſed debilem cum iis qui viri vere ſunt: parte enim ſuâ eſt, ideo muliebri geſtu cuncta. *Si igitur fugeris* ſuam ſummum mento, quid minum, ò crudeliſſima? *Aſcendamus, deſcendamus.*

*Cap. 69.* Extrinſecus, velut pompam, videamus procedentem. Præſens dimotuat facies nos afficiant, nec animos futuri, nec nobis præteritis: vt qui ad ſcenam, aut ſpectaculum ſedet, æquè tantum delectat comœdia, atque tragœdia. Qui ſcenæ ſeruiunt, qui ſpectaculum ſui exhibent, laborant; non delectantur: qui vident, qui adſunt, gaudent. *Si deſuper eſſemus*, vtraque fortunæ arte gauderemus: nec noſtra læta mutarentur, ſed tranſmutarentur; nec tabeſceret gaudium, ſed ſuccederet; ſtare potius, ab vna re in aliam transfuga. Pereuntes res non ſequamur, ſed videamus currere, gaudeamuſque perire, velut qui inquietur bellicarum ex gladiatorum ſpectaculo incertitu delectatur, cæde, fuga. Res deficiunt nobis, aut, quia abeunt; aut, quia pereunt. Si primum illud,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

illud, cur inſequimur ea, quæ impatientia noſtri amoris ſunt? Si pereunt, non tanti ſunt, vt debeant noſtro parentari fletu, & annuum luctum habere. Age gratias, te non periiſſe citius. Duplici ex capite mortales ſunt tibi res: pereunt, cum pereunt; & pereunt tibi, cum peris. Quid putas ex tuis immortale, ſi tu mortalis? Qui finem habet, nihil habet: vix enim habet id, quod eſt. Qui futurus non eſt, vix eſt, cum eſt. Sed demus te manere, res ſolùm perire. Non decedunt ſine hærede: tranſeat ad ſucceſſorem gaudium, & pax. Tametſi defunctis integrum & elegans ſit patrimonium, veniet ad hæredem claudum, aut luſcum. Hæreditent noſtram pacem res: decedente vna, ius idem habeat altera ſuccedens, ſiue paupertas, ſiue morbus, ſiue ignominia. Non eſt lex, quæ inopem, aut ægrotum hæreditate excludat. Expiranti proſperitati ſancti Iob, quid ſucceſſit? non pauperies modò, ſed miſeria, quatuor fortunæ malleationibus ſubita, vt quinta & terribilior eſſet ſuppoſitio. Vlcus deinde à planta pedis vſque ad verticem: contemptus denique, & ſiniſtra amicorum opinio. Non obinde ſuam his negauit ſerenitatem, non ſua ablata felicitas; ſed tranſlata à ſecundis ad aduerſa, hæreditario iure. Adhuc in ipſa miſeria, necdum reduce felicitate, dicam, quod diuinus Zeno, in melius, felicitatis priſtinæ ſtatum diſſimulando, non perdidit, ſed mutauit. Vadat amor poſt fortunam, non poſt res fortunæ, vt ſequitur Heliotropium Solem, ad ſuas conuer-

ſum



ſum vices. Illi duntaxat obſequitur fortuna, qui fortunam ſine ſpe fortunæ ſequitur.

Conſtans animus nihil conſtanter amet inconſtantium: amet omnia, vt ſunt inconſtanter inconſtantia. Omnia de manu fortunæ capiat, licet acerba & dura. Ariſtoteles, caricam porrigente Diogene, reputans ſententiam meditatum eſſe, niſi acciperet, ſumens inquit, Diogenem perdidiſſe caricam ſimul cum vſu. Sic illudes fortunam machinatam ludibrium tuum, meditatam dolorem tuum, ſi non admiſeris, quæ læua porrigit manu. Admitte, amittet arma ſua, ſimul cum vſu. Solùm poteſt nos triſtare, quia nolumus, quibus id vult. Fac velis, & ridens potes exclamare: Non magnus Diogenes, ſed magna fortuna! O potens, iam per me exermis! Si aliqua reiicienda ſunt, ſint, quæ vult recipi, iſta ſua purpurei corticis munera, delicias, &, quæ iis patrocinantur, diuitias. Quid hæc? Nazianzenus dicet: *Cap. 70.*

*[illegible]* *Pila [illegible] manibus re[illegible].*

Colludere licet, & recutere fortunæ pilam ſuam, ſuo reiecto munere. Dum ludibundus es, non potes triſtis eſſe. Si vis, ne illudat te, lude cum illa, & ſtrenuè reiice, quidquid volatile, etiam aurum graue, iecerit. Sin minùs, ne apud te incaleſcat, cùm repetit. Friuola hæc bona friuolè amanda ſunt; infirma infirmiter; ad nutum dominæ reddenda ante exactionem. Non expectes fortunam, vt eripiat. Tu eſto tibi fortuna: occupa ſuas vices: aufer tibi, quod ſublatura eſt: re-

 linque

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

linque omnia felici infortunio per manum tuam. Redimes fortaſſe te iactura tuarum rerum. Præuderat Ariſtippus exacturam, & vltrà pro fœnore vitam, inſtantibus apparitoribus ſuis piratis: anticipauit ſolutionem abiecto in mari auro, inuitum & imprudentem ſimulans caſum. Conſuluit hoc ingenio ſaluti: vitalis iam fuit ſine nummo: ſoluit mutuum ſine vſura: pretium ſuæ vitæ non aurum fuit, alioquin etiam amittendum; ſed anticipatio. Æſtimet quiſque, quod ille tunc dixit: Satius eſt, vt hæc per Ariſtippum, quàm propter hæc pereat Ariſtippus. Tota victoria ichneumonis, & aſpidis, anticipatio eſt: ſic hominis, & fortunæ: vincit aggreſſor. Præuertis fortunam, & euertes, ſi præcurras. Cùm veniat, omnia acta videat:

*Totum iam ſponte videbis*
*Anticipaſſe Dei famulos.*

Hanc ſanctus Proſper cauſam putat aſſuefactæ, & citoris tranquillitatis, ſecuræ, vt ſic dixerim, ſecuritatis. Non contrectanda ſunt iucunda, nec detrectanda grauia: æquabilis ad omnia ſis.

*Cap. 71.* At, ſi adhuc tibi inuidiæ eſt nomen fortunæ, nec eius parere manui dignaris, tolle vocem, Deum ſpecta. Fortunam vulgò appellamus. Ibi ſapiens Numinis ſtudium noſcit. Quiſque domi ſuæ iubet. Liceat Deo in ſuo mundo, quod licet ruſtico in ſua caſa: quidquid volet, aget. Suſtinuit toties noſtram malam voluntatem: ſuſtineamus quandoque ſuam bonam. Æquo animo filium accepit Abraham, & dabat; nec triſtior



triſtior occidiſſet, quàm genuit. Non lætiori ferro arietem cecidit, quàm gnatum mactaret: à filio ad agnum tranſlatus idem vigor dextræ. Eleganter Zeno ait, nec mutatus vultus eius, cùm eſſet victima commutata. Cum tanta lætitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium; vbi enim fides fuit, non erat dolor. In illo ſacrificio ſolus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit: nam Abraham cum filio ſic probatus à Deo eſt, vt non poſtulans, miſericordiam mereretur. Scilicet, ita paruit Deo, vt non appareret pater: immemor naturæ, memor officij. Ita obſecutus fuit, quòd mentiretur paternitatem, vt exhiberet ſeruitium. Primam dignitatem putauit, eſſe ſeruum Dei. Ita voluit ſeruire, vt obliuiſceretur genuiſſe. Det, quod libuerit, Deus. Sed amemus plùs donationem, quàm dona: quamuis & hæc amari poſſint, ſi æquè amentur. Eadem omnibus ratio amoris ineſt, non quòd ſint: ſed, quòd dentur. Sic,

*Quidquid mittit, mella putare decet.*

Diuinas illas & aureas manus, plenas hyacinthis dixit Salomon: quidquid illis deciderit, pretioſum erit, & vnio, non ſilex. Pretioſa paupertas eſt, pretioſus dolor, pretioſa depretiatio ipſa. Illinc elabuntur, vbi nihil, niſi pretium eſt. Quid? Percuti videris, ſi vnio icit. Etſi egerat cruorem, non eliciet lacrymas. Lætum vulnus auaro erit, ſi fecit aurea gleba, vt cani lapidato oſſibus. Non minùs pretioſa manu verberat Deus, quàm locuples auaros flagellum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lum. Argutè beatus Ennodius:

*Dentibus argenti fuluum concluditur aurum:*
*Comtemnat nullus verbera pulchra pati.*

Exornat Deus amore ſupplicia: pretium ſummum eſt ſeueritatis diuinæ:

*Quæ ſapiens mundum iungit mens docta, flagellum*
*Exornans cenſu, nobilitate plagas.*
*Argenti, atque auri vapulat quicumque metallis.*

Cæterùm Sapiens hyacinthos illas vocauit gemmas: quia mirè iuuent & exhilarent cor. Mors, & morbus, & anguſtia, quin & triſtitia ipſa lætabit nos, diuino illo dilapſa pugno. Ipſa miſeria cordialis erit, ſi ab illa manu accipias. Et natura, & ars Dei, beneficentia eſt. Perita eſt diuina dextra benefaciendi. Solent artifices, & pictores artem oſtentare in ſcorpione, vipera, atroci, fœdóque aliquo reptili potiùs, quàm in forma regia. Exhibetur quoque dexteritas diuinæ manus in ægris, & duris: ibi magis nitet: manus, inquam, ſi non fulget, latet beneficium. Ex his itaque conſtans erit, qui non amet inconſtantia, vt eſt ipſe, ſed, vt ſunt illa, inconſtanter. Sic idem ipſe erit inter diuerſa. Varios fortunæ geſtus vno vultu ſpectabit; & expectabit atroces, ridibundóſque ſereno.

* *
*

EPI



# EPISTASIS.

## *In alienis caſibus diſſimulanda eſt conſtantia.*

SEd, quia in alienis iacturis latus Sapientis inuadit ſors, cùm pectus, nec coram, nec contigua manu poſſit, per tertium tunc molitur. Plùs, opinor, iuſto viro laborandum eſt cum damnis alienis, quàm propriis. Etenim, cuius patientia paſſione non vincitur, compaſſione tentatur: quem non monet caſus proprius, hunc præcipuè commouet alienus. Sapientis vitam, quoniam præcipua eſt, vtiliſſimam puta: non ſibi tantùm, ſed aliis quiſque viuit: vitam imprudentium, qui adhuc ſibi non viuunt, fideicommiſſam habet, velut tutor publicus vulgi. Eleganter Menander ait: Cap.72.

*Τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν, οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον.*

Quare illud eſt viuere, non ſibi viuere ſolùm. Bene viuere, non eſt quid priuatum, & ſolitarij boni: in alios effluit ſenſus vitæ bonæ. Tutor ciuilis pupillorum miniſtrat fortunas: ſapiens, qui tutor populorum naturalis eſt, etiam ſenum, fortunam curat alienam. Pretium propterea erit alicuius moræ, quomodo in hac ſe gerat? An vultum mutare oporteat mutata, ſæuientíque rerum facie? Licet quidem mutare geſtum, non animi, ſed corporis, & ſicca, virili, ſtabilíque mente deflectere madidos oculos, maternum

*Hæc eſt viuere, non ſibi viuere tantùm.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lum. Argutè beatus Ennodius:

*Dentibus argenti fuluum concluditur aurum:*
*Contemnat nullus verbera pulchra pati.*

Exornat Deus amore ſupplicia: pretium ſummum eſt ſeueritatis diuinæ:

*Qua capiunt mundum iungit mens docta, flagellum*
*Exornant cenſi nobilitate plagas.*
*Argenti, atque auri vapulat quicumque metallis.*

Cæterùm Sapiens hyacinthos illas vocauit gemmas: quia mirè iuuent & exhilarent cor. Mors, & morbus, & anguſtia, quin & triſtitia ipſa lætabit nos, diuino illo dilapſa pugno. Ipſa miſeria cordialis erit, ſi ab illa manu accipias. Et natura, & ars Dei, beneficentia eſt. Perita eſt diuina dextra benefaciendi. Solent artifices, & pictores artem oſtentare in ſcorpione, vipera, atroci, fœdóque aliquo reptili potiùs, quàm in forma regia. Exhibetur quoque dexteritas diuinæ manus in ægris, & duris: ibi magis vitet: manus, inquam, ſi non fulget, latet beneficium. Ex his itaque conſtans erit, qui non amet inconſtantia, vt eſt ipſe, ſed, vt ſunt illa, inconſtanter. Sic idem ipſe erit inter diuerſa. Varios fortunæ geſtus vno vultu ſpectabit; & expectabit atroces, ridibundóſque ſereno.

* *
*





# EPISTASIS.

## *In alienis caſibus diſſimulanda eſt conſtantia.*

SEd, quia in alienis iacturis latus Sapientis inuadit ſors, cùm pectus, nec coram, nec contigua manu poſſit, per tertium tunc molitur. Plùs, opinor, iuſto viro laborandum eſt cum damnis alienis, quàm propriis. Etenim, cuius patientia paſſione non vincitur, compaſſione tentatur: quem non monet caſus proprius, hunc præcipuè commouet alienus. Sapientis vitam, quoniam præcipua eſt, vtiliſſimam puta: non ſibi tantùm, ſed aliis quiſque viuit: vitam imprudentium, qui adhuc ſibi non viuunt, fideicommiſſam habet, velut tutor publicus vulgi. Eleganter Menander ait: *Cap.72.*

Τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν, οὐκ ἑαυτῷ ζῆν μόνον.

Quare illud eſt viuere, non ſibi viuere solùm. Bene viuere, non eſt quid priuatum, & ſolitarij boni: in alios effluit ſenſus vitæ bonæ. Tutor ciuilis pupillorum miniſtrat fortunas: ſapiens, qui tutor populorum naturalis eſt, etiam ſenum, fortunam curat alienam. Pretium propterea erit alicuius moræ, quomodo in hac ſe gerat? An vultum mutare oporteat mutata, ſæuientique rerum facie? Licet quidem mutare geſtum, non animi, ſed corporis, & ſicca, virili, ſtabilique mente deflectere madidos oculos, maternum

*Hoc eſt viuere, non ſibi viuere tantùm.*

deiicere vultum ad eos, qui ſe deiectos, miſeróſque creaunt. Inter lacrymas & lacrymatus felix tamen erit abſtinentia ſuæ cupiditatis, timoris, ſpei: & quamuis in aſylo fortunæ ſit, inde quia ſecurus impugnat illam, & iam in ſe victam ſtudet vincere in aliis; aperto bello in alienos campos copias ſuas educit; victricibus armis vbique inſequitur, &, vt Tzetzes ait,

*[illegible]*

*Benefaciens hominibus, vndequaque demerit malitiam.*

Cùm vim ſui animi alienum pectus minus poſſe munire videat, ſtratagemate aggreditur ad ſolandum infortunatum, leuandúmque ſpe (altiſſimo omnium caſu) deiectum, & ſentientem, nondum contiguam, felicitatem grauem. Moleſtam ſarcinam Antiſthenes dixit bonum virum. Quis aſſentiet, niſi miſeri, dum ſine ſenſu miſeriæ manent? Sed hoc ipſo iam leuior vir bonus eſt, cùm illius ſentiant improbi moleſtiam, non ſuam. Grauior plaga eſt, quæ ſenſum adimit, quàm quæ dolorem incuſſit. At, ſi minuatur eorum miſeria, cùm noſcitur, ſéque miſeros inuiti vident, (parum refert, non credant,) leuem, ſalutaréinque tunc fatentur virtutem, & ab ea ſaltem aliena dextra ſubleuantur, ca...inque ſolatium. O leuamen totius humani generis, etiam eorum, quibus grauis eſt! Tua manus leuat repugnantem tibi, &

*defectum fortè labore,*
*Nilus vt Ægyptum, ſic tua lingua fouet.*

Etiam malos, quorum contactu nunquam tua puritas attaminata fuit, per bonos auxiliaris.

Hoc,



Hoc, quod de Bonegiſſo Duce cecinit Venantius, in omni alumno virtutis verum iudico; manu recreat, cōſilio fouet: quos ex ſua palma excutit fortuna, hos in ſua excipit. Hinc aliter intelligo, quàm Philo, quod Iudæorū Legiſlator ait, ſapientē graues manus habere. Quid mirū, ſi pendeant inde, qui ſibi ſunt graues, ſtulti, miſeri, flentes?

Sed, vt hos leuet, neceſſe eſt flecti, & quodammodo blandiri miſeriæ, vt repugnet. Proprium hoc conſtantis, & felicis eſt. Tutò hic poteſt tuta felicitate deſcendere, & ſe miſcere miſeris. *Cap. 73.* Nemo immobilis manens rapidis deuoluto vndis ſuccurret: nec ſi pariter fluctus eum inuoluat, trahet alterum. Aliud eſt deiici, aliud inclinari. Ne cadat, ſecurus animus ſit, & ſepoſitus fortuna. Inclinari licet, vt erigamus alios. Nullus iacentem ſuſcinbit, niſi inflexione ſui. Oportet medicaturum affectu, quodammodo aſſentire affectui. Huius generis potio, ſolatium eſt, vt non ſanet ægrotum, niſi ſimili morbo videat ægrotare Medicum: alioqui ſuſpecta putatur, & potiùs quid veneni, quàm pharmacum propinari. Contraria conciliare opus eſt. Qui affectu opprimitur, negat fidem affectibus exempto: & qui affectu ſuperatur, ſuccumbenti alteri manum non valebit porrigere. Quare, qui affectis medetur, oportet, non habeatur affectibus, & monſtret habere. Aliud eſt ſeruire illis, aliud dominari; aliud haberi, aliud habere. Debet non teneri ſoluturus alios. Moratam equitum turmam Muſonianus videns inſpecturorum quid

 augurij

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

augurij capiendum ab occurrente alite, tanquam aliud agens tetendit arcum, confoſsámque prima ſagitta auem in terram dedit: tunc ridens ſocios arguit: parum inquit poſſe ab irrationabilibus conſilij, & opis expertes, ſiquidem neſcirent, quæ ad ſe ipſa pertineant. Prius eſt ſibi cauiſſe, quàm aliis. Auxiliaturi manus in ſe initiatur: at niſi madida naufragum non redimet.

*Cap.74.* Quid, anne ſimulationem conſulimus? Nequaquam: lacrymas concedimus communes cum miſeris, non lacrymarum cauſam. Miſeri miſeriam deplorant: felix ille, & ſapiens, ipſos miſeros flet cum flentibus, quia malè flent, non mala, quæ flent: non flet fortunæ potentiam, ſed infirmitatem humanam. Lacrymantem Solonem reprehendit quidam, quòd defleret, cùm luctus non ſit fortunæ potio, nihilque prodeſſent lacrymæ. Hoc ploro, inquit, quòd nihil proſunt. Communem fletum habuit, non materiam. Id poteſt vir ſapiens, & horribilis, atrocque fortunæ deflere, quòd fleant mortales, cùm nihil proſit flere. Cùm mœſtum, eiulantémque videt, ſolùm ſe commouet, vt ſoletur illum, non vt putet malum pari calamitate deplorata ex his externis. Diſtinguit ſubtiliter, hominem illum non affligi caſu fortunæ, ſed opinione ſua: non enim infortunati ſumus, quia ſumus; ſed, quia putamus. Maius aliquod malum, quàm ipſum malum deplorat, non ferri malum; & plus patientiam, quàm patientem. Malum verum, quod ibi noſcit, eſt malum falſum ignorare. Hoc flet, quòd



quòd defleatur. Qui ita diſſimulat conſtantiam ſuam, non ſimulat ſenſum. Nequaquam impaſſibilem illum facimus; ſed patientem, & compatientem, ipſius adhuc compaſsionis patientem. Licet extra vulgus hominum mittamus, humanum volumus in vulgo. Non propterea interpellamus pacem, & ſerenitatem ſuam, hoc ipſo, quòd flet; quia vult, & iuſtè vult. Non eſt turbidus, non anxius, non miſer, imò felix, id eſt, ſui erit, & ſibi hilaritate arcana feſtiuus. Egregiè diuinus Ioannes *Scholaſticus*, fletum proborum dixit animæ riſum.

Cæterùm Gregorius Nazianzenus Cæſarium *Cap.75.* laudat fratrem cum larua ſeruientem aulæ. Intùs Anachoreta, coram aulicus fuit. Præſtat hac aſtutia negotiis (neceſſaria dico) committi, & pro rerum incurſu caſſidem componere, ſi neceſſe ſit. Non eſt in iactu fortunæ directo, in iactura, inquam, propria: ſemper in hac placet nudus, ſincerúſque vultus, & natiuus color, animi ſerenitas. Tam fortis animus ſit, vt nudus ſpectet fortunam, nudus vincat, non tantùm ſine armis, ſed ſine veſte. In alieno diſcrimine, & ſalutari prætextu, quandoque id opportunum erit ſine ignominia conſtantiæ virorum, imò ſine iniuria inconſtantiæ rerum, quarum bracteata inanitas eſt, ſuperficie tenus: laruatæ ſunt, non ſunt, quod oſtendunt: ſic cum larua ſatisfacies. Non ampliùs iure exigent, quàm habent. Simulata ſunt bona, & mala non peccat, qui cum his diſsimulatus ſit. Sana inteſtina non habent non licet



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ob hæc putredia tua ſana corrumpere. Intus pax ſuo in ſolio cordis ſerena & candida fulgeat; forinſecus licet veſtiatur fuſcus & feralis color. Nemo melius adulabitur mundo, nemo conformior, quam qui ſolum tradat faciem, reſeruet cor. Hæc ſimulet mundi, aſpectum duntaxat ſine moleſtia præbere. Inſpice te; cætera inde conijcies: quotiens aliud, quam videbaris, fuiſti? Omnis hic rerum curſus, omnis fortunæ ludicra feſtinitas apparet mihi, laruatorum ludus, cùm per cohortes, obiecto vultu, ſtringente manu facem, curſum bini agitant: properant enim res,

*Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.*

Currunt & ſimulatæ; compar his fiet, qui ſaltem ſe diſſimulet.

Cap.16. Licet in amicorum cum amicis, in parentum cum fratribus, in beneficorum cum coalumnis temperatè deflere mortem, non perdere pacem. Summa illa Numinis indulgentia ita prouiſit: ſi malum videtur, larua eſt; in bonum cadet. Vt benè viuamus, ſuperfluit de nobis: non eſt, cur deſideremus aliquid, vt viuamus; & hoc ipſo, vt miſerè viuamus. Hæc optima conditio noſtra eſt, vt gratis ſit vita beata, non miſeria. Illa non rebus, imò nec cupiditatibus eget: quinimò hæ ſunt, quibus minùs egeat. Miſeria ſine deſiderio non eſt, nec datur ſine pretio cupiditatis. Suppetit ad id, quod maius eſt, lætam vitam; cur ad id, quod minus eſt, vitam, egenos nos, ſuperfluis putabimus? Dum fulmina fortunæ non valent concidere, & tam valide percellere voluntatem,

vt



vt illinc fruſtra reſiliant, (quod non valebunt,) integra omnia noſtra ſunt, & ſuam integram pacem, cor integrum reſeruat. Horridam hæc obijciunt ſpeciem; ſed pueris duntaxat. Reuelle fœdam caſſidem mali, quæ atterret; inuenies ibi bonum. Deceſsit, qui tua, vt mater, ſollicitabat; vt pater, prouidebat; vt ſoror, ſtudebat? Fortaſſe præſtantiora officia adnaſcentur ex hoc deceſſu, nunc latent. Parentes interdum, vt ludant cum dilectis infantibus, perſonam ſumunt alienam, & deformem. Terrentur paruuli; ſed ſtatim reiecta larua inueniunt patrem, matremve fuiſſe: rident tunc, aſſultántque in amplexus: aſtutiâ deinde notâ, repetitam iam non formidant perſonam: noſcunt ſubinde latere matrem, aut nutricem; iam cum ipſa larua luſitant, matrem balbutiunt. Quem non terreret vis malorum ſanctum Iob inuadens, vultus horridus, poſt liberorum, ſubſtantiæque iacturam vlcere peſſimo iacere? Vbinam? Noſocomium illi ſterquilinium fuit, vndique ſaniem fontificans, ſeu potiùs ſtagnans. Vermes pro piſcatione duxit. Quæ malorum facies atrocior? Sed non pertimeſcit virum, qui tam aberat, vt mala haberet, vt collætatus luſitaret ſcaturiente vermiculo. Detraxit rerum perſonatum geſtum; inuenit ibi maiora bona, officioſa pietate; nec paternas caras, nec materna viſcera, nec germana obſequia deſiderabat. Putredini dixit: Pater es, mater mea, & ſoror mea, vermibus. Cortex ille malorum fuit, nucleus, ſubſtantiáque bonorum.

Velut

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Velut pueri nucibus, his malis cruſtatis viri ludunt, obduri, infractique aduerſus calamitatem. Infringunt illam, & abiecto demum putamine medullam ſciunt edere ſuauem. Cum itaque perſonata, & facialia ſint omnia, cum perſona & facie tenus, faciemus ſine iniuria ſatis.

*Cap. 77.* Quid aliud monuit ciues Corinthi diuinus Paulus? Qui flent, inquit, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non poſſidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Figuratam, ſcilicet, laruialemque ſocietatem cum mundo permittit: audias rationem; iuſtitiam iſtius agnoſces ſocietatis. Præterit, inquit, figura huius mundi. Figuram ſolùm, perſonámque obiectantes concito prætereunt curſu res, vadunt, currunt, tranſeunt. Quò? rogabis. Meta, nihilum eſt: euanent, non ſiſtunt, vt fumus è camino:

*Omnia prætereunt, vt inanis in aere fumus.*

ait Dionyſius Lyrinenſis. Illis nos exhibeamus ſimiles, laruati etiam. In imagine, excurſúque ſatisfaciamus, vt ipſa ſolùm nos volunt feſtinâ ſatisfacere ſpecie. Flere, & non flere; gaudere, & non gaudere; vti, & non vti; non componet, niſi laruatiter aliud lateat, aliud pateat. Patent oculi pluentes imbres lacrymarum: latet animus delibutus muliebri riſu. Frons Heracliti foris: cor Democriti intus. Perſona animi, frons eſt. Siue fortaſſe aſpexit Paulus theatrales tunc temporum ritus, cùm perſonati mimi, & inſtructa ſcena mutatitiis, verſibilibus, ductilibúſque figuris,



ris, aliis poſt alias ſuccedentibus; quæ, cùm, aut fabularum mutationes, aut Deorum aduentus, cum tonitribus repentinis erant futuri, procurrente præteribant verſura, & ſpecie exornationis primæ elapſæ, facies alia oſtendebatur figuræ. Mundum, magnum puta theatrum; Magiſtrum Comediæ, Deum; mimos, homines; exornationes, figuráſque ſcenæ, res iſtas decurſu ſolùm apparentes, ſucceſſione feſtinâ mutatorias.

Quid aliud maieſtas Aſſyrij imperij fuit, niſi ductilis, tractitiaque figura ſcenæ? Præterijt: ſucceſſit alia verſura, regnum Medicum, & Perſicum: hanc prætereuntem Macedonica potentia ſequuta: euanuit etiam hæc figura ſubſequente Romana diſparitura quoque. Non ſunt immortalia regna mortalium; non digniora autoribus. Vbi nunc Ninus, Semiramis, Zames, Aralius? Vbi Arbaces, Mandanes, Soſarmon, Articarmines? Vbi Cyrus, Cambiſes, Darius, Xerxes? Vbi Alexander, Arideus, Caſſander, Antipater? Vbi Antigonus, Ptolomæus? Vbi Iulius, Octauianus, Tiberius? Vbi magni iſti Patriarchæ ambitionis, radices imbelles gloriæ Aſſyriæ, Medicæ, Perſicæ, Macedonicæ, Aſiaticæ, Syriacæ, Ægyptiæ, Romanæ? Vbi illi primores faſtus, & libidinis pincernæ? Vbi primogeniti illi fortunæ, ante quos, vt paſſer ante miluum, ſiluit Orbis? Quomodo nunc de illis ſilet? Baleus, Armatrites, Altadas, Mamitus, Mancaleus, Sterus, Mamelus, Sparetus, Aſcatades, Bellopares, Lamprides, Lampares, Panyas, Mitreus, Tautanes, *Cap. 78.*

Tineus,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Tineus, Pyriciades, Ocrazapes, Sardanapalus: hic interitu notus, infamia famoſus: cæteri, nec vita, nec gloria: vix aliud quàm nomina, velut oſſa gloriæ, reliquerunt. Solùm eſt eorum fuiſſe; ſolùm noſcimus tranſiſſe. Ipſa nomina non agnoſces fortaſſe; nec ſunt multa: adeò ruinoſa res gloria; quam tamen ſolam non mortalem putant habere mortales. Falluntur: nec pignora ſui cadaueris, nec titulum ſui ſepulcri reliquit: iam mortalior eſt mortuis gloria mortalium. Illorum ſiquidem reſtant ſilentio oſſa, reſtant dentes poſt funus viuaces, poſt cineres immunes, poſt ignes frigidi. Fama tandem edentula fit, & ſine igne perit, imò ſine aëre, dum vox deeſt, cui vita eſt loqui. Laruata omnium felicitas præterijt: plurium ſine pœcipite cucurrit, nec in ipſa fuga tergus oſtendit. Si imperia illa, hæc, inquam, onera orbis alleuiata diſparuêre, quid fiet his, quas tractamus paleas rerum, feſtucas, pennulas? Illa regna ingentibus conſita vrbibus, earum coloniam mundum diceres: vrbes ipſas validis munitas mœnibus, non ariete, ſed nec fulminibus quaſſandas crederes: numeroſis exercitibus, quibus campi anguſtiæ erant, vniuerſum mortalium genus peregrinum putares: ſanctis, quod plus eſt, prudentiſſimiſque legibus, Oracula ſuſpicareris, & ſuſpiceres: non habuerunt pignora ſtatus, nec tueri hæc omnia inualuêre, quominùs fortunam ibi radicatam, non videremus remiſſam. Quomodo nos, ſicca, deciduáque folia noſtra, valido concuſſa flatu, tanquam æter-

na



na habemus? Subleuantur omnia, & ſuis nimis à nobis attolluntur, tam felici, certóque curru properant, vt non morentur caſu; cadentia tamen magis elabuntur, currunt. Quidquid pretioſum eſt in mundo, inaurata nullitas, purpuratum nihilum eſt, ſub perſona in ſuum domicilium, interitum, procurrens. Properationem iniqua ſui conſcientia incitat, ne agnoſcamus in mora, & diſcernamus laruam; pudeátque comprehenſum agnitionis, comprehendentes amoris.

Itaque iuré Paulus ex his rerum verſibilibus, prætereuntibúſque figuris collegit, nos quoque licere perſonam obducere, vt ſuis theatrum conſtet officiis, ſimúſque Actores fabulæ. Hi dum flent, non dolent; dum emunt, non poſſident; dum iubent, ſine imperio ſunt; dum vtuntur, ſine vſu; dum obiurgantur, ſine vindicta; dum obiurgant, ſine ira agunt, ſcilicet, alienam vitam: viuam & nos. Eleganter pulchrum hominis cauit Theologus, *Cap. 7.*

*[illegible]*

Quia nemo alienis rebus afficitur, qui vixerit alienam vitam ſine affectu, id eſt, ſuus erit: omnia, vt hiſtrio, fabulam putabit. Salutare iſtud conſilium, etiam vt tibi conſulas, cape, non ab aliquo Muſonio, aut Telete, aut Epicteto, qui te hiſtrionem quoque mundi, &, vt iſte ait, hypocritam dramatis monet fieri. Cape ab ore Dei, à Doctore mundi, Paulo. Talem perſonam age, qualis à Magiſtro deſignetur, qualem ipſe velit. Suprema illa, æternáque Mens huius mundani *Viuere alienam vitam.*

dramatis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dramatis Magiſtra eſt, & Poëtria: illa perſonas inducit, & diſtribuit. Breuem dedit: non quæras longam: egenam? non petas regiam: quamlibet tribuerit, eam ingenioſe repræſenta. Tui muneris ſolùm eſt commiſſam perſonam aptè effingere, non eligere: hoc Magiſtri eſt. Si dedit agere mendicum, ægrotum, claudum, humilem, calamitoſum; hoc cura, vt bene agas, non vt aliud. Non eſt gloria Actoris fabulæ, quòd repræſentet auguſtiſſimum Principem; ſed, quòd benè. Maior laus eſt, ſi ſtultum, aut mendicum, aut flentem aptè ſimulet, quàm ſi Philoſophum, & Regem. Id etiam, tanquam bonus hiſtrio, qui non ſolùm bene Prologum, ſed & medium, & cataſtrophen fabulæ agit, cures primordia, medium, & finem vitæ rectè agere. Is optimus repræſentandi modus, ſi actione aptè exprimas idem, quod ore: ſi opere repræſentes doctrinam.

LIBER



# LIBER SECVNDVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## APPENDIX I.

### *Tolerantia, & temperantia rerum.*

NVnc reſtituo me operæ. Inſiſtam, & appendam alia. Sub eamdem recutiam incudem ferrum idem. Plures ictus eunt extrà, plures irriti, vt aliqui certi pangantur. Ad amoris modum redeo, quia fixam ſibi, conſtantémque voluntatem velim. Repetā partim eadem. Non vna, aut altera malleatione clauus figitur, plures repetis, deinde tentas, rurſuſque recutis, donec firmum videris. Neque tantùm erudire exopto virum, mallem facere. Breuis eſt doctrina beatæ, id eſt, bonæ vitæ; ipſa tamen opus prolixum eſt, & difficile ſuaderi, quod facile dici: omnium quippe res facillima, & in promptu eſt, bonum eſſe, ſi alia erudiremur, quam Antiſthenes dixit neceſſa- *Cap. 1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dramatis Magiſtra eſt, & Poëtria: illa perſonas inducit, & distribuit. Breuem dedit: non quæras longam: egenam? non petas regiam: qualibet tribuerit, eam ingenioſe repræſenta. Tui muneris ſolùm eſt commiſſam perſonam aptè effingere, non eligere: hoc Magiſtri eſt. Si dedit agere mendicum, ægrotum, claudum, humilem, calamitoſum; hoc cura, vt bene agas, non vt aliud. Non eſt gloria Actoris fabulæ, quòd repræſentet auguſtiſſimum Principem; ſed, quòd benè. Maior laus eſt, ſi ſtultum, aut mendicum, aut flentem aptè ſimulet, quàm ſi Philoſophum, & Regem. Id etiam, tanquam bonus hiſtrio, qui non ſolùm bene Prologum, ſed & medium, & cataſtrophen fabulæ agit, cures primordia, medium, & finem vitæ rectè agere. Is optimus repræſentandi modus, ſi actione aptè exprimas idem, quod ore: ſi opere repræſentes doctrinam.

LIBER



# LIBER SECVNDVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## APPENDIX I.

### *Tolerantia, & temperantia rerum.*

NVNC reſtituo me operæ. Inſiſtam, & appendam alia. Sub eamdem recutiam incudem ferrum idem. Plures ictus cunt extrà, plures irriti, vt aliqui certi pangantur. Ad amoris modum redeo, quia fixam ſibi, conſtantémque voluntatem velim. Repetã partim eadem. Non vna, aut altera malleatione clauus figitur, plures repetis, deinde tentas, rurſuſque recutis, donec firmum videris. Neque tantùm erudire exopto virum, mallem facere. Breuis eſt doctrina beatæ, id eſt, bonæ vitæ; ipſa tamen opus prolixum eſt, & difficile ſuaderi, quod facile diſci: omnium quippe res facillima, & in promptu eſt, bonum eſſe, ſi alia erudiremur, quàm Antiſthenes dixit neceſſa- *Cap. 1.*

 tiam;

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riam; ego addo omnium difficillimam diſciplinam, dediſcere mala. Alia iam appendam, ſiue expendam documenta conſequentia eorum, quæ diximus: ex quibus duas pacis & lætitiæ anſas inuenio, tolerantiam, & temperantiam: his regatur, quæ te reget bene, voluntas. Velut equorum gubernatio, fræno, & calcari conſtat: cohibe te in bonis, inſtiga te ad ferendum mala, & velut vmbraticum equum ſuper ipſa, quæ te atterrent, coge te gradi, peſſumdare; dediſces metum fortunæ, qui virtuti rudes facit. Tolerantia malorum, eſt temperantia bonorum. Non facile dicam, vtra maior ſit: illud certum, æquè oportere pati multa, ac velle pauca. Pauca tu potes, & multa in te poteſt fortuna, in quam maximè patientia potes maxima inter virtutes, quæ

*vincit inermis,*
*Armatiſque ſolet vincere ſæpè viros.*

*Cap. 2.* Sicut non magni conſtat benè viuere, ſic nec diſcere. Duobus verbis reſumitur tota voluntatis ars, tolerantia, & temperantia. Hoc eſt omne pacis myſterium; Eleuſinum crodes, ignotum niſi ſacris animis. Hi ſunt Lares tranquillitatis, Penates bonorum. Hanc Philoſophiæ ſummam cum Epicteto puta, ἀνέχου, καὶ ἀπέχου. Non obtinet, nec retinet gaudium, niſi qui ſuſtinet, & abſtinet. Hæc ſunt cardines quietis, & virtutis. Vt pacem obtineas, abſtine; vt retineas, ſuſtine. Rarus poſſeſſionis modus. Recuſando conſequeris, excipiendo conſeruas: recuſando compendia fortunæ, excipiendo flagra. Hac ſolùm diligen-

*Suſtine, & abſtine*



diligentia Hieronicam fortunæ ſe putauit Diogenes. Cinxit pinu tempora, Iſthmica cæremonia, velut ſacrorum victor certaminum. Iuſſus, ne illegitime honorem vſurparet, ſe reſpondit, duos Antagoniſtas viciſſe, voluptatem, & dolorem; illam, quia abſtinuit; hunc, quia ſuſtinuit. Ne imbellem te putes: habes temperantiam, & tolerantiam, egregia ſtratagemata aduersùs aſtutias, quibus in te molitur ſors. Siue vi, ſiue dolo aggrediatur, omnia ſtudia ſua præuertis. Impetus, & illas iras repentinas non ſimulatas frangis tolerando: artes, & ſera, altáque odia, conſiliis, cunctatione (fortiſſimo armorum genere) armata temperando, dum furit. Syncerus eſt iracundorum, & ſine artificio motus. Statim dura, acerba, vt obuia & ſimplicia tela, & palam arma torquet. Dum odit, lenta eſt: non vi ſua contenta, inſidias tentat: dolos, & doloroſiſſimam miſeriam poſt felicitatem adornat felicitate. Omne ſuum tormentum, omnis apparatus & machina turbandis, deturbandis, inquam, nobis iſtud eſt: quia dat, quæ nolumus; negat, quæ volumus. Reſiſtis, ſi abſtineas his, ſuſtineas illa.

Verum hic geminus noſter morbus, quo grandi concepta propoſito abortitur cum felicitate virtus, inuertæ nolle, & velle; faſtidire, & appetere: vtrumque abſurdiſſimè, præpoſterè. Appetimus intempeſtiuè, cùm neceſſaria eſt neceſſitas, quæ nihil aliud carenti eſt, quàm optare: appetimus, inquam, quando, & quæ fortuna non *Cap. 3.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fert. In lanario ceraſa quærimus: ipſa ſe puniunt vota noſtra: hyemat plerumque fortuna. Quid aliena concupiſcis? Tempori ſeruiendum eſt, ne ſeruias fortunæ. Ægrotamus pica, velut grauidæ, quæ abominatione ſtomachi, & appetitu laborant, faſtidiunt ſalubria, &, vt mireris, iucunda: appetunt abſurdos cibos, ſiue non cibos, gypſum, cymeliam, carbones, ſordes, in hyeme vernos fructus, in vere hybernos. Quid putas, eſt, abſtinere, & ſuſtinere? Opportunum fortunæ eſſe, ſcitè nolle, ſcitè velle, non cupere. Abſtine igitur: alioqui, quid cupiendo facis, niſi dilatare limites fortunæ, extendere ſcopum ſuum? Licèt nolit, telis ſuis te attinget. Non intereſt, cæca ſit, quominus ſagittaria certa: ſi ſcopus vbiuis, ſi omnia ſit, errare exoculatus neſciet. Etiam inuita aberrare illa vulnere non ſciet in eum, cuius cupiditas per omnia oberrat. Sine collimatione ferit, ſi ſpes quocumque collimat. Nullum telum in caſſum cadit in conferto agmine. Tantùm patet eius ſcopus, quantùm vota tua.

*Cap. 4.* Scias in dimidio voluntatis circa hæc externa, & quaſi in contractiori arcu totam potentiam habere. Præſumere omnipotentiam poſſes, in tota, aut altera voluntatis parte, nec dimidiam: dicam penè nullam. Duo ſunt libertatis membra, velle, & nolle: potentiſſimum hoc lacertum; infirma illa manus: quidquid non habes, nolle potes. Sed nemo poteſt habere, quidquid vult habere. Cùm nolis, potes in omnia; cum vis,



vis, in nulla. Fortuita ſunt, parêntque fideliter fortunæ infidæ. O quantum ærarium eſt, quàm prouiſa panoplia aduerſus ſortem ſubitam hæc conciſa cupiditas? Quid angimur? Valemus aduerſus caſum, & nimium valemus, cùm dimidia præualeamus voluntate. Manca alterius manus ſufficit, & claudicans, vt ſic dixerim, aſſequitur refugam, alatámque felicitatem. Citò, certò, feliciùſque te locupletauit, quàm theſauri Crœſi: iſti mendicitas erunt coram te nihil volente, coram voluntate non mendica. Securè per illam diues es, ſiquidem es, cùm vis; nimirum, cùm nihil vis. Pauperem tunc facis fortunam. Quid maius optare potes, aut quando magis diues? Nihil in te habebit, nihil in ſe, quo tibi placere poſſit, fallere dico. Ditior eris Attalo, ſi Attalicam contemnas ſupellectilem, & potes. Maior vis quàm Midæ voluntati tuæ eſt: non eſt opus contactu, in abſentia plus valet; ſi quidem, cùm vis nihil velle, habes omnia, etiam quæ non videris: quid mirum, ſi quæ nec optaueris, aurea paupertate locuples? Egregiè Euſebius philoſophatur: πλουτεῖν χρὴ νομίζειν τὸν ἀγαθὸν ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δὲ αἰεὶ ἐπιθυμέοντα προσλαμβάνειν καὶ πολλῶν μὴ δυνάμενον τοῦ τοιοῦτο λαμβάνοντα, κἂν τὰ Μίδεω πλούτη μᾶλλον, πένητα καλέω καὶ ἴσον, ὃ ἐόντος ἐξ ἀνάγκης ἔχει ψυχὴν κακῶς. Idem ait, φιλοχρηματίην ἀλγέειν τὰ κτήματα ἀποβαλλόμενον μᾶλλον ἢ ἥδεσθαι, ἢ ἐπ' ἑκάστῳ ἀμείβοντος, ἀπέοντος ἐπιγιγνόμενος. Quare ſolùm diues es, ſolùm omnia in voluntate poſſides; ſi quidem

*Ille diues exiſtimandus eſt, qui ſe ſatis poſſidere ſibi perſuaſit: illum verò qui partis ſemper addere properat, acquirendique ſecuritate vellicatur, etſi Midæ fuerit opulentior, pauperem, ac ærumnoſum appello, qui, ſcilicet, omninò non minùs eſt pauper in animo. Irrationabili auaritiam vitiùs conſumunt abiecta res parta, quàm creſcentes quotidie immenſæ ſpes.*

 omnia

omnia nolle in voluntate eſt. Vbicumque dixeris, ſufficit; vniuerſa habes. Quid dicam? Plus habes, quam habere poſſis. Superſuunt tibi omnia. Si non credis habiturum, crede ſaltem tantumdem, aut maius habiturum, non indigere, ſupervacua habere.

*Cap. 5.* Adeò immoderatus eſt vſus, ſiue immodica vſura temperantiæ. Nec minorem tolerantiæ puto. Erit fortaſſe facilior: poſtquam doctus abſtinere fueris, tunc bene ſuſtinere poteris. Ex cupiditate armatur impatientia, & ſpes noſtræ parturiunt timores. Abiice illas, & ſcies, aliquando poſſe iraſcentem fortunam cum gratulatione excipi, non tantùm cum patientia. Crates, ſiue Zeno, magnus quidem, quicumque ſit, aſpero Neptuno exoneraturus mercibus nauem libens, lætus opes ſuas in mare iecit, & gratias fortunæ agens, inquit:

*Bene, ô Fortuna, bonarum mihi magiſtra.* Εὖ γ᾽ ὦ τύχη, μοι τῶν καλῶν διδάσκαλε.

Tunc quoque dices ob ipſum infortunium fortunæ benedicens: Benè eſt, ô Fortuna, magiſtram te mihi exhibes boni. Euge, euge, curatrix ſollicita animi. Gratias ago, quòd venias reportatura, quod ego diu iam debuiſſem reſtituturus ad te mittere. Gratiam hanc à te habeo, quòd dedidi vſum & tollis abuſum, nec pro vſu vſuram exigis. Me admones. Malo conſilium tuum, quàm gratiam. Intelligo, quid dicas. Ad frugem me colligam, ad virtutem, ad me, ad Deum. Priuilegio mecum vteris. Non tantùm citas ad virtutem, ſed cogis. Benè vectus ſum naui confracta:



cta: inde integer curabo eſſe. Ecce & aliorum oblita es, quæ tollere potuiſti, tuo iure ſtant omnia. Tot mihi dediſti, vt perderes memoriam. Ego benè recordor, & te monebo: cape adhuc aliqua tua, agnoſce omnia præter me; nec digna humano animo puto, quæ tu adhuc contemnis. Vtinam ſic cum fortuna ageremus, vt ille ſenex, graſſantibus latronibus: Quæcumque, inquit, vobis videntur, tollite. Fecerunt ita, ſolo marſupio præter ſpem relicto, quod ille accepit, & inſecutus illos, clamabat: Accipite etiam illud, quod tollere obliti eſtis. Fortaſſe iſtam comitatem mirata fortuna, etiam reſtituet omnia: reſtituerunt & prædones. Chriſtianus reiiciat fortunæ nomen, & diuinam manum in his noſcat, & oſculetur.

Si adhuc rapax & trux ingenium ſortis non excuſaueris, non erit, vnde iuſtè accuſes illæſus. *Cap. 6.* Tutò ſi te colligas ſine voto, & ſpe, diminuta fortunæ præda, in ipſo illius ſcopo & paupertate expectare ſua iacula licet. Credo nullibi fortaſſe ſecurius. Imperitum ſagittatorem cùm vidiſſet Stratonicus, iuxta ſcopulum conſedit, illic ſe ratus ſecuriorem. Cauſam reddidit: Ne me feriat. Cæca fortuna dicitur; in ſcopo ſuo mane: illud minùs attinget, quod intentit. Quin cadant in te omnia iacula, incruentus manebis, dum ſine cupiditate. Si telo primam ferri aciem perfregeris, nulla nocendi vis haſtili manet. Cuſpis fortunæ cupiditas eſt noſtra, poſtquàm detraxeris illam, ſine mucrone erunt ſua arma: tu



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſine vulnere. Luſoria tela cruorem non guſtant.

*Cap. 7.* Iam arbitror longa Epictetum epitome reſumpſiſſe Philoſophiam, cum duo verba, Abſtine, & ſuſtine, dixerit eſſe. Superfluit dimidia oratio, altero verbo ſatis conſtat, Abſtine, dico. Nemo eſt, qui nihil velit, ſi nolit aliquid, præſertim quod habet. Hoc ſuſtinere, eſt, non velle, niſi quod tenes. Limpida itaque & alba cupiditatibus voluntas, leuem fortunæ ſarcinam ſentiet: ex ſe enim fortuna leuis eſt: ſed grauiores ſarcina ſuâ clitellas habet cupiditates humanas, ſine quibus nullum onus imponit nobis: nullum ſine deſideriorum clitellis incommodum accommodat: nihil nos onerat, niſi vota, quæ tamen mala plerumque inſcij, vnde onus veniat, multiplicamus, vt alleuiemur; excreſcente tamen miſeriæ pondere. Quidam ruſticus fatigatus ex aratione, regreſſurus in villam, aratrum aſello alligauit; inſuper aſcendit: ſed nimio grauatus onere aſellus progredi non poterat: tunc ille deſcendit, idque imponens humeris aratrum, iterum aſcendens ad aſellum inquit: Nunc procedere potes: non enim tu; ſed ego aratrum fero. Non illo minus ridiculi ſumus ruſtico. Curas & cupiditates noſtras, quæ noſtrum non opprimunt, ſed obruunt gaudium, nouis curis & votis tueri & alleuiare ſtudemus. Nihil profectò aliud facimus, quàm integrum onus priſtinum retinere, & pondera nobis noua imponere. Donec toleramus cupiditates, ſumus nobis

into



intolerabiles ſine vlla adhuc fortunæ grauitate. Excutiamus illas, exoneremur ſpe: tunc ipſam fortunam leuem reperiemus, & nos, & illam ſuſtinebimus. Quæcumque ſuſtinere licet non ſuſtinenti futura; grauia profectò onera, quæ ſe mirè accommodant, vt nos grauent, ſuámque multitudinem aptè componunt, vt quæ tempus non capiet, capiat cor miſerum: pendentia enim non tantùm mala, ſed bona moleſta ſunt. Ex ipſis malis non tot poſſunt venire ſimul, quot poſſumus timere. Pauca ſunt pila, quæ vna vice mittere fortuna poteſt; & niſi adiuuaretur deſideriis noſtris, citò videremus exermē, & inani pharetra. Eſt itaque patientiæ matrix, abſtinentia cupiditatis, pari titulo, atque patientia malorum, & bonorum.

Cæterùm, cùm patientiam nomino, non dico *Cap. 8.* rem ſimplicem. Non eſt patientia tantùm malorum, eſt & bonorum; & horum interdum difficilior. Illa eſt, cùm pateris: hæc, cùm agis. De iſta poſtmodum differemus. Aliis diſtribuitur modis patientia: à diuino Ephrem trifariam: aliam dixit patientiam erga Deum; aliam erga Dæmonem, aliam erga homines. Ego quartam adiicio moleſtiſſimam, erga ſe. Siue in vniuerſum bifariam partior patientiam, & aliorum, & ſui. Iſta maior, quantùm diſtat ſuſtentare, quod reclinat, aut quod incumbit; ſuſtinere humero, aut tergore. Difficilius eſt ferre, quod ſupra nos eſt, quàm quod iuxta. Iumenta minùs poſſunt portare, quàm vehere: in vno homine ſatis habent, quod



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

baiulent; ſed familiam trahunt. Omne momentum tranquillitatis, patientia eſt, magnum pacis ſacramentum, tum ſecuritatis ara, præco & caduceus felicitatis. Quid iuuat, ſi cum exteris non confligimus, ſi inteſtinè affligimur tumultuante in ſe corde? Nobis ipſi pacifici ſimus, & trucidato appetitu patientes noſtræ triſtitiæ, noſtræ adhuc impatientiæ, aliquando & patientiæ.

*Cap. 9.* Quemadmodum nihil magis contingens, quàm pati; nihil reputa magis tibi neceſſarium, quam patientia. Naturale omnium humanorum malorum medicamentum eſt, quo velut dictamno expellimus aciem, ferrúmque damnorum. Non iniquius actum nobiſcum, quàm cum feris. Aper hederam ſuam habet, draco ſylueſtrem lacticam, anguis marathrum, teſtudo culinam: aliis vicinior medela data eſt, ipſa membrancani linguæ balſamum eſt vulnerato. Hominibus vniuerſale pharmacum, ſilentium, & patientia eſt. Quid contingens pati, dixi? Iam emendo, neceſſarium eſt, quare neceſſariſſima patientia, qua ſolùm fit, ne patiaris, anticipata quadam dote. Impaſſibilis patienter patiendo fies. Invulnerabilis animus, niſi ſolùm impatientia eſt, velut Achilles calce. Nec maiorem artem patientiæ putes, quàm ſi non vltrò, ſaltem non inuitè pati. Compendio quodam ſe à labore, & ſuppliciis vitæ liberat, qui facile tulit. Sponte feratur neceſſitas. Manus, pedes, artus reliqui, ſuis potius deficient muniis, quàm ineſſicaces & ſtupidi patiendo reddantur. Infirmi, mutili, penitùs



nitùs adhuc reſciſſi, non inepti ſunt paſſioni. Egregiè Herodes Sophiſta, dum podagra & chiragra laborabat, Cùm, inquit, edere oportet, manus non habeo; oportet progredi, non ſunt mihi pedes; oportet dolere, tunc & pedes mihi ſunt, & manus. Ita integri ſemper ad patiendum ſumus. Satis hoc monſtrat integritatem viri in patientia eſſe. Adeò neceſſarium eſt pati, vt deficientibus manibus, non deficiat pati manibus. Quid, rogabis, poſſe pati illis, ſine illis? Dicam: Non habere, non poſſe illis pati. Nihil deeſt homini labori ſuo, etiamſi deſint artus: imò hoc ipſo minùs deeſt.

Altè, & in medullas cordis demittenda vox *Cap. 10.* Themanitæ illius: Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. Intuere, quid deſit volucribus, vt volent: totæ in hoc poſitæ ſunt, roſtro acuto vt ſcindant, proræ loco, aërem, alarum remigibus actuoſæ, oblongioribus ſuo ordine pennulis, ex vtroque inſtructæ latere velut tranſtris, cauda claui inſtar eſt, qua flectuntur & gubernantur, pedibus collectitiis, digitis ſparſis, vnguibus aduncis, quibus tanquam anchoris aptè hæreant ſuis portubus ramis. Licèt nunquam volare vidiſſes, hoc ipſo quòd volucrum cerneres ſtructuram, diceres ad volandum facta iſta ætheris nauigia. Non minùs homo deipotùs labori naſcitur: intuere illum nihil notabis deeſſe, vt patiatur, etſi multùm deſit patientiæ. Tota hominis conditio in hoc videtur affabrè elaborata: rudis, vt laboret, vt pati poſſit: non inſtructus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ctus pennis, vt auis; ſed egenus, infirmus, nudus, exermis, adhuc ſui ſæpe deſtitutus. Vndique ſua nuditate, & egeſtate adornatus eſt paſſioni, vt auis cælo. Omnia obſeruabis, dum neque neceſſaria vitæ habere videas, habere neceſſaria, vt graue ſibi ſit vel viuere: quemadmodum paſſer leuitati ſuæ habet, quod neceſſe eſt. Id intereſt, quòd auibus deficere poſſint inſtrumenta volandi, non homini patiendi. Adeò fida natura eſt noſtræ conditioni, vt quod noſtra refert, non confiderit caſui. Ceruo currere deficiet, lupo prædari, leoni timeri, non homini poſſe pati. Maior rerum noſtrarum cura eſt. Non temerè nobis data defutura, ſi profutura.

*Cap.11.* Vitæ humanæ primitiæ, fletus eſt; primi flores, lacrymæ: inde auſpicia ſumit. Non ante naſcitur homo, quàm patitur; imò de ipſo gemit ortu. Primum lucis tributum, pati eſt: inde per reliquas ætates pendenda ſua, vt Bleſenſis ait, vectigalia miſeriæ. Arbitror, qui hanc penſionem indignè fert, qui laborem recuſat, indigniùs æſtimare naturam digniſſimam, hominem dico, & hoc ipſo dignum, vt non ſit. Iniuriam dignitati humanæ facit, ſi dignam patientia non cenſeat; & minori, vili, inquam, ſe taxet præmio ſui. Ferat adultus, quod infans tulit; nec pudeat conſecrationis ſuæ, qui non priùs ſentit lucem, quàm dolorem. Hoc eſt primum, quod docetur, quod vltimò diſcitur. Omnia animalia ſuas ſtatim agnoſcunt vires: rudis homo naſcitur ad omnia, niſi ad lacrymas: ſed oportet erudiri ad lacryma-

rum



rum cauſas. Omnia diſcere opus habet præter luctum. Omnia illi labore conſtant: ſolùm ſponte habet lacrymare. Vnus homini fletus datur gratis; cætera non ſine laborum pretio: ſed datus fletus gratis; quia omnium laborum appendix, leuamen ſit. Opportunum neceſſariis doloribus delinimentum adiungit natura, lacrymas. Iſtud præparauit oleum mitigandis fortunæ plagis, quas duriores ſentimus ſine hoc vnguento natiuo. Illa enim vulnera, quorum ſenſus non effluit per oculos, grauiùs feruntur. Puto iam naturale eſſe homini pati, cùm ſolus à natura habeat flere. Violenta eſt omnis vitæ huius felicitas externorum, & inuitus hic addititius fortunæ ſplendor, inde breuis eſt: nihil violentum, perpetuum. Modus naturalis hominis, pati eſt. Miſeria creditur: ſed ſine patientia, fateor. Non deficit natura in neceſſariis; minùs prouidentia diuina, & gratia: nunquam igitur deficiet pati, neceſſariſſimum humanæ vitæ. Inuenti ſunt plures, qui non riſerint; nemo, qui nunquam fleuerit. Ipſe Democritus flendo eſt natus. Nemo ſine labore, ſine dolore nullus.

*Cap.12.* Cur, quæres, homo beatitudini vnicè deuotus naſcitur ad laborem? Cur flendo ſe dedicat gaudio? Vnum iſtud animal capax felicitatis, cur capax duntaxat fletus? Naſcitur ad virtutem, proximum felicitatis organum. Quare ad laborem, qui maſſa, &, vt ſic dixerim, argilla virtutis eſt, nulla ſine difficultatis elemento, nulla ſine laboris emitur nummo: Neque paucorũ officio-

rum

rum materiam creant. Niſi homines eſſent indigi, vnde miſericordia? niſi infirmi, vnde conſtantia? niſi dolentes, vnde fortitudo? niſi egeni, vnde liberalitas? imò niſi mortales, vnde immortalitas contempta morte? Iam fortaſſe tenes momentum collationis, cùm homo comparatur aui. Naturâ volucris pennis ſe attollit ſuper humum; inde ima iſta deſpectura, in cæleſtium vicinia degit: cùm ad terram ſe demittit, adhuc ſuper nos, aut in arboribus diuerſatur ſublimis, aut ſuper tecta noſtra inſidet quieta, aut in præruptis habitat ſecura, eminens aliquod ſemper affectat. Homo pariter cælo natus, & deſpicientiæ huius terreni puncti, illuc ſe euehit laboribus, velut alis aſſurgit ſuis aquila in æthera. O ſalutare conſilium! ô diuinæ prouidentiæ ſtudium, & inuentum! Eius nobis neceſſitas imponitur, cuius pretium noſtra vota citare debet. Vtilitas neceſſitati eiſdem colligatur catenis. Satis hoc ad patientiam. Scitè quidam Arabs inquit: Sepes tolerantiæ, vtilitas: namque vt neceſſaria ſit noſtra vtilitas, labor neceſſarius eſt. Quantumuis in alicuius ſinum totam cornucopiam vacuefaciat fortuna ſemel prodiga ſine pœnitentia, aliquando laborem & inopiam ſentiet. Pompeius, & Darius ſiti afflicti fuerunt: tot fluuiorum domini, nihilominùs ſtillam optarunt. Torpuit aliquando Alexander frigore, qui ferè fuit dominus Solis, tantùm in domo ſua Oriente valuit, vt nil, niſi vetare oriri, reliqua eſſet tyrannis.

Sunt



Cap. 13.

Sunt præterea, quia neceſſarius labor, alij quoque labores neceſſarij, voluntarios dico. Elegans Philoſophus in hoc Euſebius ait: Πόνοις οἱ ἑκόντες πονοῦσι τοὺς μετὰ ταῦτα ἀναγκαίους ὥστε αὐτοὺς εὐπετεστέρως [illegible] προσπονοῦνται. Sed iam in hoc remedium laborum vides patientiam. Qui vltrò patitur, non patitur, quod neceſſe eſt pati. Clauus clauum trudit. Morſus venenati applicito item veneno miteſcunt: ideò neceſſariis laboribus ſunt neceſſarij voluntarij, vt violenti non ſint inuiti. Sed nec graue foret, eſſe neceſſe pati, nec moleſta neceſſitas naturæ, niſi nos, vltra quod eſt, neceſſè fieremus neceſſitati, & miſeri. Mala augemus adiumento noſtro; propter ineruditionem, ait Diphilus: qui etiam beatum monet, diſcere miſerias. Quid rationabilius mortali, quàm doceri mortalitatem ſuam, labores vitæ, quædam mortis lemmata? Quid ſalutarius, quàm diſcere periclitari, vt dediſcamus fortunæ reuerentiam, cuius omnia ferre onera debemus, ac ſi optaremus?

*Voluntarij labores neceſſarij ſunt laboribus in poſterũ euenturis: quos facilius tolerabit ille, qui ſponte ſua præexercitatus in ipſis fuerit.*

Cap. 14.

Magnum rudimentum patientiæ eſt, volẽtem pati, ſin minùs expectantem. Mirum eſt, cum nihil frequentius obuerſetur in vita, quàm labores, vix ſuaderi futuros: anteà dolemus, quàm poſſe credimus. Plerumque fidem miſeriæ noſtræ nihil nobis, niſi ipſa miſeria facit. Præparandus quoque animus eſt, interdum probandus, & infortuniis imponendus luſoriis. Nec Democritus audiendus. Dicebat: Si quæ ſunt

per

perpetienda, diſcere liceret, & non perpeti. Bonum eſſet diſcere: ſed, ſi perpetienda ſunt omninò, quid iuuat diſcere? perpeti enim neceſſe eſt. Ridiculum placitum, credo: ſi ſapuiſſet ipſe auctor, nihil aliud riſiſſet. Iuuat diſcere pati mala: ſed nos non malos fore. Iuuabit diſcere pati, ſi non vt mala non ſint, ſaltem ne mali ſimus: erimus impatientia. Præterquàm quòd ipſa mala vitamus; vulnera, plagas naturæ, fortunæ, furoris, alicui fortaſſe & ſui vitare non poſſumus: ſed hæc mala non ſunt, ſed vaginæ malorum. Mala inde contra ſe diſtringit, aut opinio noſtra, aut impatientia. Bion aiebat, magnum malum eſſe, non poſſe ferre malum. Abſque hoc nulli poteſt vita ſuauis eſſe, ad quod eruditio ſua eſt.

*Cap. 15.* Batuat itaque animus rudibus laboribus, velitationéque ſe inſtituat dolorum, vt ad feriam fortunæ manum, decretoriáſque iras callidè, & iam doctus plagas excipiat. Salloſtius quidam, qui Simplicij ætate vixit, accenſum carbonem nudo imponebat femori, & flatu ipſe ignem excitabat; periculum de ſe facturus, quouſque tolerare poſſet. Credo illum ignem extinxiſſe fulmina ardentis fortunæ. Si leuia ſunt, quæ præuidentur; leuiora erunt, quæ prægustantur; cùm iam ſubinde non timeantur. Sunt timores, dentes acutiores miſeriæ, quibus intolerabiles morſus ſentimus. Ineptè Sybarita ille, de quo ſcripſit Serinus, cauſam cenſuit Spartanæ fortitudinis. Lacedæmonem fortè fortuna



peregrinatus adiſpuit trucem illam diſciplinam, quibus à pueris graiu educabantur cruciatu: tunc nihil ipſos præſtare dixit, quòd facilè mortem in bello obirent, ne ita viuere cogerentur. Neſciebat mollis homo, quantùm valeret labor contra laborem, & patientia aduerſus paſſionem. Conſtantia illa Spartana, non deſperatio fuit, ſed firmata patiendi virtus; quibus tantum dederunt voluntarij labores, vt non modò neceſſarios vitæ iſtos & vulgares ſopirent, ſed ipſam fati neceſſitatem occumbendo vincerent, in violentiam mortis violenti, dum non fecerunt inuitam morituris. Tumidus veneni Mithridates aſſidua ciborum venenatione, tam innocens ſibi omne virus fecit, vt nec volenti noceret: ipſo ſe damno fecit ſecurum, etiam a ſe; & in adiumentum vitæ, nocumentum torſit: illum amit exitium. Simili ſagacitate oportet ad inſidias, neſcio, an dicam naturæ, præſtrui. Laboribus aſſueſcere præſtat aduerſus ipſos. Iuuabunt, quos timemus. Efficax patiendo præparatur vitæ antidotum patientia.

Tanti præterea eſt aſſiduus labor, vt pro conſtantia ſit, & ſinceriſſimam hanc fingat virtutem. *Cap. 16.* Gladiatores & pugiles, perditi, barbarique homines, ſi vel mediocriter exerciti, ſine gemitu, ſine geſtu plagas accipere malebant, quàm ignominiosè declinare: ſi quando decumbebant confecti vulneribus, mittebant ad dominos, quid velint, et ſatisfactum iis eſſet, velle decumbere, iuſſique ferrum recipere, collum explicabant.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

O fides ſeria in ludis! ô fides ludorum in ſeriis diſcriminibus! Non intereſt iam putes ludicram fortunam, ludóſque agere, quominus ſeriò pareas cum fide immortali, vſque ad mortem dico. Stet ſapiens ad iuſſa: vt ingenuus gladiator mittat, renunciet Deo, quid velit, ſatisfactum de ſe ſit, ſtare ad iugulum, velit magis plagam, quàm turpiter vitare. Sacrum certamen ſapientis & fortunæ eſt: editur in ſpectaculum mundo, Angelis, hominibus, dicatum Deo. Patiendo vincit æmulam. Glorioſiorem Olympicis palmam obſtinata dabat patientia, quę cedentium manus ſuſtinendo fatigauit. Sapientis eſt, omnem inimicam violentiam laſſare & vincere. Male dixi, patiendo: ſed, patientia iam non patiens, & neque percuſſus, nec percutiens victor. Hæc laus Melancomæ fuit, frequenter per totum diem decertabat: in vehementiſſimo anni tempore parem ſe duobus æmulis ſentiebat: alterum potuit antagoniſtam Solem ferre, tot manibus, quot radiis in æſtu pugnantem. Vtrumque tolerando vicit. Cùm victoriam citiùs obtinere cædendo valuiſſet, noluit, niſi cedendo. Plagis optimum quemque putauit à viliſſimo poſſe vinci, ſi ita cadat. Eam rebatur veriſſimam victoriam, cùm integer aduerſarius & abſque vulnere compellitur ſummitti. Tunc non à vulnere, ſed à ſemetipſo vinci.

*Cap.17.* Igitur, quod potuit in gladiatoribus & pugilibus vitium, & ſpuria patientia, poterit in te legitima: & quod in Melancoma conſuetudo & exer-

exer



exercitatio valuit, poterit in te etiam ratio. Quod ratio in Poſſidonio, poterit in te gratia: & gratia, quæ in Euſtachio plurimùm, in aliis ſatis præualuit, non in te vno amiſit vires. Virtus quidem Dei in infirmitate perficitur, vtique ſui periculum exhibens. Anne tollendo infirmitatem à te, aut te illam tolerante? Hoc puto. Exigua namque potentiæ gloria aduerſus rem infirmam eſſet; qualis aduerſus infirmitatem. Illa eſt magna virtus, quæ in animum pollet, rem liberam, quem firmum cum infirmitate ſuſtentat. Plus gloriatur virtus Dei poſſe in te, quàm in infirmitatem tuam.

Verùm, ſi delicatius remedium quærimus, nec rudibus audemus laboribus erudiri ad labores, ſaltem ſpe pręparemur, aut expectatione. Aciem ſuam obtundunt mala ad obtutum noſtrum: ſed, quia inflectimur ad fauores fortunę, de qua ſęper benè cogitamus, etiamſi maledicamus, & malè ſit de nobis merita, inſperatos nos ſubito aſſultu atterent. Non eſt arduus aduerſus ardua apparatus. Expectatio interdum ſufficiet, & quidem rei miræ, frequentique fide venturæ, & quidem ſine mora. Quid enim crebrius in vita euenit, quàm euentus extra votum? Sæpius in die quid doleas, quid ſaltem ſuſtineas, occurſat. Mirum, cùm bis in die cibus contingat capi, vt tota die & vita præparetur: & ad laborem, dolorem, triſtitiam, quæ non duas modò in die horas, ſed annos continuos occupent, nunquam ſimus inſtructi. Cùm tam in manu noſtra ſit præparatio, *Cap.18.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quam in fortunæ animaduerſio? Narra, quot vni ſtomacho requirantur, pluſquam ſacrificio. Non ſe leui maieſtate, nec quoquolibet ritu vult Deus venter coli. Quot homines occupat, coquos, lanios, piſcatores, opiliones, venatores? Quot inſtrumenta, obelos, ahena, fidelias, cacabos, vrnulas, tripodes, gabatas, mazonomos, pelues, ſcobinas, ſartagines, patinas, & ſexcenta alia vtenſilia gulæ. Cui rei tantus apparatus? Vni palato ſemel, aut bis, mulcendo. O inepti nos! ad voluptates paramur, & non ad laborem; haud bis, ſed fortaſſe, ſi non continuum, per momenta ſuſtinendum. Quis ad aduentum hoſtis certum ſecurus & quietus erit, & ad familiaris fortuitum occurſum anxius? Quid, inquam, ad voluptatem nos pestruimus, ad quietem ipſam, non ad laborem? Spondis munimur, culcitris, puluinaribus, ſindonibus, ſtragulis; ad iucunda & mollia armamur, ſomnium, victum, quia frequentia. Frequentiùs occurrit, quid durum ſuſtineas. Laboramus, vt ſuſtineamus ventrem, & tergus: cur non, vt ſuſtineamus totos nos, conditionem noſtram? Cur non laboribimus, ne laboremus? Delicatus nimis ſenſus eſt ſecuri: acerbus dolor non putantis: validè caſus deiicit ſedentem: moleſtiſſimè fortuna laſſat quieſcentem. Rudis & indoctus laborum impatienti ſe affligit & macerat animo inter ipſas blanditias cupiditatis, in ipſo voluptatum ſinu, & quiete.

Cap. 19. Æſtimo impatientiam eſſe vigiliæ incubonem, atque ephialtem vitæ. Moleſtiſſimus hic morbus



morbus (nec enim ſine ſua moleſtia quies noſtra eſt, nec ſomnus ſine morbo, tam licet ſaltem ob numerum, cum tempus vigiliæ non capiat, cedere malis, & aliter quam repugnando quærere reſiſtentiam:) aggreditur morbus, inquam, iſte quieſcentes, & pondere ſuo preſſos videtur opprimere, præfocare, grauare ſine vllo onere, niſi quod ipſi imaginantur, & interdum

*Tollunt clamorem, quaſi ſi iugulentur.*

Et rurſus idem Lucretius ait:

*Multi depugnant, gemitúſque doloribus edunt,*
*Et quaſi Panthera morſu, ſæuíve leonis*
*Mandantur: magnis clamoribus omnia complent.*
*Multi mortem obeunt: multi de montibus altis,*
*Vt quaſi præcipitent ad terram corpore toto,*
*Exterrentur, & ex ſomno quaſi mentibus capti*
*Vix ad ſe redeunt permoti corporis æſtu.*

Ad hæc maior omnium moleſtia eſt ſine ſpe remedij irritis conatibus conari in imaginem ponderis:

*Nec quicquam auidos extendere curſus*
*Velle videmur, & in mediis conatibus ægri*
*Succidimus: non lingua valet, non corpore nota*
*Sufficiunt vires: nec vox, aut verba ſequuntur.*

Quæ expreſſior impatientiæ imago grauiſſimè incumbentis, iis potiſſimùm, qui quieti & inertiæ ſuæ incumbunt? Sine onere, niſi quod ipſi putant, opprimuntur, clamant, frendent, repugnant caſſo conatu. Grauius onus ſentiunt, quò



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

magis ſuccutiunt; non excutiunt. Totum pondus impatientium eſt, nolle pondus; reſiſtere. At, ſi aliquando euigilent ad ſe, & velint, quod neceſſe eſt, (vbi enim magis eſt rationabilis voluntas, quàm cùm magis irrationabilis neceſſitas?) euanet grauitas illa. Non vi cum fortuna agendum, ſed patientia; niſi quòd & huius ſummæ ſunt vires, portat omnia: etenim portat, quod vult portare, & hoc ipſo quòd vult. Tulit Samſon portas ciuitatis Gazæ; pignus fortitudinis, crinis fuit, quemadmodum & Pterelao, & Niſo magnum robur, ſed infirmæ ſecuritatis. Certius eſt patienti pignus virium, non capillus à Dalila aliqua, aut Comethe, aut Scylla, muliebri & timida tondendus manu. Ipſum velle, ſecuritas eſt roboris: hoc ipſo, quòd velit portare, non tantum poteſt, ſed portat. Humeris patientiæ, voluntas eſt. Facilis animi fortitudo, non machina, imò nec lacerto, ſed nec voto eget. Robur virtutis extra ſe non eſt.

*Cap. 20.* Sunt etiam labores neceſſarij, ſi non ipſi laboranti, aliis laboraturis. Pro communi Reipublicæ cauſa etiam mortem ferendum eſt; pro publica totius noſtræ naturæ non nimis erit conditionem naturæ. In exemplum interdum venium poteſt ferri, quidquid potuit. Detrahe inde, cur non multò minùs poteris ferre, quàm potuit alius. Ad documentum patientiæ, obfirmandamque ruinoſam noſtram conditionem promiſit æternæ mentis maternus amor, paternáque cura, per interualla, velut nodos, ad fragilis arundinis





conſiſtentiam egregia documenta virorum, quibus fulciretur genus mortale, donec immortalis ipſe ſæculorum, vitæque Pater, in vita mortali naſceretur patientiæ & morti. Interim, ne ſine aliquo ſpeculo mundus eſſet, vicarios & præcurſores patientiæ ſuæ præmiſit. Primum in Abel titulum patientiæ, vt ait diuinus Aldhelmus, originalis dedicauit. Cui nimirum? Innocentiæ, quaſi originali quodam iure, priuilegio potiùs in cæteris iuſtis hæreditatura pati, & patientiam. Nulli plus, nulli melius. Sed iam in hoc minùs patiuntur, quàm qui minùs deberent, probi & iuſti. Nemo ſanctiùs patitur, quàm quem iniquiùs pati videris. Repertor laborum Adam fuit, patientiæ Abel: vicinum remedium perhibetur. Peccati inuentum mala ſunt; innocentiæ verò tolerantia: ita vt res propria & peculium, charior & abundantior eſt iuſtis patientia. Cæterum, ille clamor Abelis poſthumus, non impatiens fuit: non enim iracundè patientis cauſam diuina ira ita ad ſe aduocaret: ſed, vt inquit ſanctiſſimus Petrus Alexandrinus, *Ἄβελ ὁ δίκαιος, ὁ ἀδίκως ἀποθανὼν πρῶτος πάντων ἀνθρώπων ἔδειξε τὰ σαθρὰ εἶναι τοῦ θανάτου τὰ θεμέλια διὰ τοῦτο, καὶ ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ.* Ruinoſa fundamenta iecit mors in iuſto iniuſtè morienti, quæ ius ſolùm ex iniquitate habebat. Poſſet eiulare in ictu primo aberraſſe, auſpicatiùs in ſceleſto Caïn orſura. Meritò tamen per aliena, & mala fide poſſeſſionem mortalium mors accepit in iuſto & virgine, exterminanda iuſtiùs per iuſtum

*Abel iuſtus, iniuſtè moriens, primus omnium hominum oſtendit, ruinoſa eſſe mortis fundamenta: propterea adhuc mortuus loquitur.*

iuſtorum virginem, ex virginibus patre & matre gemina natalitia natum Ephæm dixit: Vlulat mors in ſuo initio. oſtendens, quem ſi em eſſet habitura. Etenim ardea quodam naturæ vaticinio tunc clangere & vlulare fertur, cùm emittitur a venatore falco occiſurus illam. Mortua eſt mors ab illo, in quem nihil habuit; quæ ſolùm locum habet, vbi peccatum eſt, vbi corruptio eſt.

Cap. 21. Alius nodus mundi ad conſtantiam, poſt ſpatium conſentaneum, poſitus Iob, qui debuit patientiam poſt felicitatem, & poſt innocentiam. Nullibi patientia lætior, & magis ſecum contenta, quàm in innocentibus. Vix idem contubernium probitas cum fortuna habet. Debuit coticula ſua aduerſitate probata clarere. Nulla virtus ſine labore eſt alimento ſuo: non commodè habitat, vbi procul annonam habet: ideò iuſtis & cæleſtibus viris vicinus eſt labor. Sua propterea ſententia intercipio Eliphazem: De humo non naſcitur dolor: nam naſcitur aliquando de cælo potiùs, & ad cæleſtes, parô ſque libentiùs venit, quàm ad eos, qui ſordidæ & terrenæ ſunt vitæ.

Cap. 22. Poſt Iob, ad interuallum competens, ſtatutus Tobias, ad oculorum plagam pro chelidonia patientia viſus: obcæcatus ab hirundinibus, præſtantius, quàm illæ, pharmacum cæcitatis inuenit, cuius & maior gloria, quòd potuiſſe viuos, quàm quòd mortuos. Hic etiam poſt innocentiam, & licet non poſt felicitatem, poſt laborem patiens,



patiens, donec venit, qui etiam poſt impaſſibilitatem, Filius Dei tanto exemplo digna patientia fuit: tam voluntaria paſſio neceſſitati noſtræ patiendi erat neceſſaria. Exemplo ipſo ſuo alexicacum vniuerſi mali patientiam oſtendit, atque Cyrenaïcum Silphium animorum. Optimè quidam ad IESVM:

[illegible]

Hoc aſpirabat arcano hallucinãs inſtinctu rudis ſenſus noſtræ miſeriæ, Filium aliquem Dei ad patientiæ documentum, item & virtutis ideam: non inuenit; fecit ſibi, propoſuitque Alcidem filium Iouis, continuæ patientiæ, obedientiæ, virtutiſque formam; in cuius laboribus & patientia nunquam maiori cum indulgentia poſſe mentiri ſibi eſt viſa antiquitas. Id cenſuit verè, laborem potiùs repugnantem eſſe, quàm indignam rem Diuinitate, dignam virtute, neceſſariamque, vt duplici patientiam modo iuuaret, & pretio patiendi, & dignitate patientis. Vicit iam figmenta humana veritas diuina, vltra quàm mortalium vota licenter optauêre, non ſperarunt. Satis iam ex Filio Dei inſtructa patientia, blandimentum & panacea malorum. Vndique ſpirabat manſuetudinem IESVS, vita, doctrina.

*Exituiſti Nepenthes laborum ſedans, ſalutiferum adinuentum.*

Iſta conſtantiæ exemplaria proponenda ſunt, Cap. 23.
non alia ſpuriæ patientiæ, & limitatæ fortitudinis, quæ, cùm plura tulerit, non potuit ipſum fortem. Reiicio omninò quod propoſuit Seneca, alioqui ſæpè verus, interdum Chriſtianus, Catonis exemplum: nam & ruit ipſe cum Republica.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæ conſtantia fuit in ſtatu alieno? Qualis conſtantia, quæ conſtantem non ſuſtentauit? ſed victa eſt rebus, non d[illegible]abantibus, ſed labentibus; non caducis modò, ſed cadentibus, exciſiſque. Fateor ſpectaculum dignum, ad quod reſpiciat intentus ſuo operi Deus: fateor dignum virum fortem cum mala fortuna compoſitum: ſed non video pulchrum, nec magnopere egregium, quod non in molliſſimo Sardanapalo inueniam. Si ſpectemus Catonem poſt ruinas publicas, vbi ſtat vel priuatus paries; cecidit vir ille nullo impellente, ſi vir fuit, qui decubuit, velut ad magni ſtrepitum caſus fœminæ intactæ corruunt. Quid? inquies, licet omnia in vnius ditionem conceſſerint, cuſtodiantur legionibus terræ, claſſibus maria, Cæſarianus portas miles obſideat; Cato, quà exeat, habuit: honeſta vox, adulatio eſt: non niſi quà fugiat, dico. Non potuit pedibus, fugit manibus. Quid refert? Vtrolibet fugiat modo, fuga eſt. Timor ſolers, inuentor fugæ, in illo ſagaciſſimus, quia maior conſternatio, inſperato effugio violentam viam reperit. At, cuiuſnam timidus rei homo ille fortunæ toties baiulus? Eandem fortunam timuit? Quinam? Eam nonne diu tulit. Vtique. Sed error hoc fecit: putauit eſſe, quæ ſolet, inconſtantem; expectauit illam mutari. Sed, cùm pertinacem nouit, & ſemel ſeriam, formidauit poſtremum ictum; & blandiùs ſibi conſulens, ſua manu compoſuit vulnus ad guſtum. Non eſt magna patientia, quæ, vt vult, patitur. Potuit iras



iras ſuſtinere fortunæ, non odium. Leuis conſtantia, quæ ſolùm ad impetum eſt, quæ conſtantem fortunam non tolerat: breui tempore, etiam non nimis fortis magnum ſuſtentabit onus: diu ſuſtinere, & perpetuò, hoc eſt fortiſſimi. Vilis itaque & abiectus pugil Cato fuit: ab ſtadio fugit, & impatiens reliquit in arena fortunam, non victam, ſed adhuc non defeſſam, & gloriantem integro lacerto. Quæ maior inconſtantia, quàm eius, qui inconſtantior fuit verſabili fortuna? Quis minùs fortis, quàm qui fugit, currit priùs, citiùſque quàm illa. Iniuſtè conſtantis, iniuſtè ſapientis, iniuſtè iuſti, imò viri nomen Cato poſſedit, qui tam malè de ſapientia eſt meritus, vt caſum aliquem, aut cauſam putarit dignam ſapiẽtis morte. Vtinam prælegiſſet concluſionem Theodori, non diſſertationem Socraticam. Nullam ſatis magnam cauſam veriſſimè affirmauit Theodorus Cytheræus ſapienti eſſe ad vitam finiendam. Optima id probat ratione: iſtum enim, qui caſus humanos contemnit, vitam propter eos relinquere, quomodo non contrarium fuerit illi, qui nihil bonum, quàm honeſtum, & ſolum turpe, malum aſſerit? Vtinam ipſum Cato attendiſſet Socratem, damnantem αὐτοχειρίαν, & prohibentem præſcripta ſtatione egredi, non iubente ſummo vitæ duce. Quid igitur exaggeras magnum ducem Catonem, qui abiectiſſimus miles fuit? Reliquit ſtationem, abſcedit loco ſuo, non paruit vitæ duci. Quidni, inquies, adhuc etiam ſtudia

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dia vltima nocte tractabat ? Opportuniora debuiſſet, & neſcio, cùm ſatis immortalitatem non didicerit: mortaliſſimæ enim patientiæ factus, cur tam citò voluit experiri, anne periret æternitas, ſi ipſe non periret? quam expectare poterat, vt expectauit fortunam, quam vſque ad mortem ſuam mortalem æſtimauit: non moreretur interim immortalitas. Debebat proludere, & periculum conſtantiæ priùs facere, quàm æternitatis.

*Cap.24.* Quæ igitur patientiæ, & fortitudinis laus fuit? Non fecit magis, quàm molliſſimi, Hæmon, & Sardanapalus. O magnum Catonis facinus patrare tantùm, quantùm is, qui fuſos tractauit! quàm fœminæ, Euadne, Iocaſta, Auctolia! quàm meretrices, Sappho, Phædra! quàm puellæ, Thyſbe, Biblis, Phyllis, Anaxarete! quàm pueri, Iphis, Damocles! quàm ſenes, Ægæus, Seſoſtris, Timathes! quàm infirmi, Ariſtarchus, Eratoſthenes! quàm furentes, Empedocles, Timagoras, Lucretius! Egregia laus ſapientis viri, feciſſe, quod amentes, quod pueri, quod puellæ, quod ſenes, quod languentes, quos impatientia, aut libidinis ſuæ, aut fortunæ fecit impatientes vitæ! Siue dicas, Catonem ſibi manus conſciuiſſe, vt fugeret fortunam, ſiue vt ſectaretur immortalitatem, impatientiam non negabis, aut voti, aut timoris, & vtrolibet modo vitæ. Vtinam huius tam patiens fuiſſet, quàm ſitis! Illa clara vox, cùm ſitientibus ardore & ſiccitate Libyca copiis, miles in galeæ orbem vix è pal



è paludes correptam vndam illi porrexit,

*Mene, inquit, degener vnum*
*Miles in hac turba vacuum virtute paraſti?*
*Vſque adeò mollis, primiſque caloribus impar*
*Sum viſus? Quanto pœna tu dignior iſta es,*
*Qui populo ſitiente bibas.*

Clarior & illa manus, quæ omnium ſitim extinxit turbidæ modico effuſo aquæ, cùm

*Sic concitus ira*
*Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus vnda.*

Immemor poſteà præteritæ virtutis, patientibus fortunam ſuis, ille ſolùm pati noluit: populo ſeruiente, ille ſolùm euadere voluit. Foret ſolatium omnium, videre Catonem miſerum. Felicitas pararetur cum illo infelicem eſſe. Magnam ſæuitiæ partem deponit fortuna, cum pariter in meliores ſæuit. Si quemadmodum reiecit remedium ſitis, reiiceret remedium fortunæ, integræ gloriæ eſſet.

Oportet igitur patientiam etiam vitæ, quam *Cap.25.* puto omnium maximam, habere, cuius duo clariſſima ſpecula in Iob, & Tobia habemus, qui non modò à fortuna prouocati, ſed à coniugibus, ſuas tutati ſunt calamitates in patrocinio vitæ. Alteri patientiæ mortis, vt quæ minor eſſet, ſuffecit exemplum Abelis, miro conſilio diſpoſitum, (vſquequò vtriuſque patientiæ archetypum in Filio Dei poſſet reſpectari,) vaſtam & inexpertam mortem committere cum innocentia, vt primus efferi fati impetus obiectus patientiæ domaretur, cuius virtutis viribus tecuſa

acie

acie ſui teli, fractóque robore, mitiùs inde ſauciaret mors mortales. Iuſtus Abel primus ad exemplum moriendi ponitur, cùm formidabilius vitæ fuit nomen mortis tunc illibatæ, vt eius tolerantiam doceret, & pro pharmaco porrigeret. At, cùm experientia docti mortales aliud malum morte maius, vitam apud ſapientes malam, apud miſeros ſuam; poſiti ſunt Iob, & Tobias ad patientiam viuendi, qui acerbiorem nece vitam miſeram, ne feciſſent malam, tolerarunt. Quò pariter facerent meliorem, docuerunt aliud pharmacum malorum præſtantius morte, patientiam eſſe, & contra vulgus ſteterunt. Falsò enim iſtum commendabilem titulum morti arrogans Euripides appellauit,

*Κακῶν μέγιστον φάρμακον.*

*Maximum malorum pharmacum.*

Quaſi ab ipſo alibi non poneretur mors maximum malorum. Quare ſi & ipſa non ſui pharmacum eſt, non eſt malorum medicamentum. Et iam ſatis magnum malum foret, non eſſe medicinam malorum, niſi maximum malum. Falsò item ab Æſchylo dicitur:

*Μόνος εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἰατρός.*

*Tu sola es Medicus malorum incurabilium.*

Ridicule Medicus malorum incurabilium eſt mors, ſi ipſe Medicus malum eſſet incurabile, cui iam nullus Machaon reſtaret. Similiter peccat illud Sophoclis:

*Ἔσθ' ὁ θάνατος λοίσθιος ἰατρὸς νόσων.*

*Vltimus Medicus morborum, mors eſt.*

Si reſtat morbus, ipſa mors, medicandus, non eſt mors poſtremus morborum Medicus: ſed noſtrorum malorum curam æſtimarunt vulgari Medicorum more, violentis, acerbioribuſque ægritudine potionibus medentium. Cæci ſalus quorum ſanè morborum, imò & medicamentorum, fateor, medicamentum mortem. Citius & frequentiùs tollit morbum, quàm aliud remedium: ſed & ipſam non negant Comici acerbam, ſicut nec potionem:

*Κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ καλῶς θανεῖν.*

*Melius eſt mali viuere, quàm benè mori.*

Tam peſſimè apud eundem Euripidem mors proſcinditur. Bonam mortem dicit peiorem mala vita. Quare inique prouiſum mortalium generi, ſi præter mortem non aliud malorum venenum atque pharmacum eſſet. Imperita & mutila medicina noſtræ conditionis fuiſſet, & cum certa ſua neceſſitate neceſſaria deſperatio per malum malis medicando, & malum aliquod ſine medicatione relinquendo.

At integrè, & in vniuerſum cautum eſt. Omnia mala curare non poteſt, niſi aliquod non malum: quamobrem non per mortem; ſiquidem & ipſa dicitur mala: talis habetur etiam non malis; ſed eſt ſolùm malis. Quam igitur, quæres, iſtam dixerim vniuerſalem malorum medicinam? Eam dico eſſe, quæ eſt ipſius adhuc mortis medicina: & quam nemo, nec maligni dixerunt malam, patientiam; quam, adhuc cùm mala eſt, laudarunt non mali, & Seneca in ſuo Catone, & Dion in ſuo Melancoma, & Philo in ſuo Pancratiaſte: adeò optima virtus patientiæ eſt, vt ſui nominis, aut imaginis reuerentia laudabile ſe fecerit à ſuis vitium calumniatoribus. Quid iam mirum, *Cap. 26.*

ſi

ficutis vmbra protegit vitium, eius fauor, & fubſtantia tueatur virtuoſum? Hanc quoque de- dit Leonides vnicam mortis medelam. Vindicet igitur hæc iure ſuo debitos titulos. Patientia eſt maximum omnium malorum pharmacum; incurabilium Æſculapius; vltimus Medicus morborum, ipſe etiam non vltimus; mortis remedium; omnium dolorum vnguentum; innocens damnorum medicina; ſuauis violentorum potio; & calamitoſorum ſectum, vt reſtituam quoque, quod Boetius morti vſurpauit,

*Hæc patens vnum miſeris Aſylum.*

Denique, ne illud negem, quod inuidia haud negauit fortunæ, patientia eſt, vt eleganter ait noſter Zeno, Regina rerum omnium. Preſſius dico, Regina fortunæ. Sed adiunge efficaciæ medendi, facilitatem medicaminis. Non eſt opus adduci ex alio orbe, aut euiſcerare terram, aut è fibris herbarum eliquare, aut è medullis animalium promere, aut Pharmacopolam adire, ſi ve- ligam, nec vouere: iam habes patientiam, ſi velis pati: præſtò medicina eſt, manuale pharmacum, vbique, in promptu, in te, ad omnia, ad omnes. Nec Medicum voce acciri eſt neceſſe: non vt mors, quæ vocantes & egentiores deſtituit, & ſæua in flentes oculos,

*Surda miſeras auertitur aure.*

Cap. 27. Hactenus dimidiam, & velut ex obliquo faciem patientiæ reſpeximus, & quàm ſit de malis benemerita. Gratus omnis aſpectus eſt, & ſi ſpectemus integrum è regione, toto ore fruemur, quàm



quàm ſit etiam merita de bonis. Hæc ſunt virtutis ſacramenta, mala pati, bona facere. Vtrumque patientia ſplendidè ſuſtentat: cum qua malum non eſt; ſine qua bonum non eſt. Puto ipſam emporium & Metropolim bonorum. Omnis virtus colonia patientiæ eſt: ab ea tanquam matrice deducitur. Suam illi virtutes debent originem, cuius pars ineſt & ſingulis; quarum focus, quarum Veſta, atque Lararium, patientia eſt, quod aut ſacratius, aut glorioſius habent. Certè nihil neceſſarius: nam, ſicut ex ære effecturus imaginem, priùs diſſoluit & fundit; ita difficilis, duráque materia virtutum per patientiam emolliri & eliquari eſt opus, vt elegans, ſpiránſque ſtatua Diuinitatis euadat. Non minùs à virtuoſo requiramus laborem, ſi & à fabro. Hoc bonorum pretium lex quædam mundi iuſtiſſima taxat. Suſtine, quod non vis, vt obtineas, quod vis. Labor eſt crumena boni viri; patientia, aurea moneta. Sola ignauia & furor inertiæ, pauperes facit, non ſolum bonorum corporis, & animi, ſed & ſui. Ipſam animam ſine patientia non poſſident. Non niſi de hac confidit ſua bona, ſiue natura, ſiue virtus, ſiue, quod magis miteris, fortuna. Nulli libentiùs, quàm labori, concredita felicitas copiam ſui facit. Non ſine colapho mulcet; non ſine pane laboris pulmentum felicitatis editur. De fortuna verè dicitur:

Δεῖ [illegible]

Anguis facilè elabitur manibus, niſi ficulneis fo- *Tantum iuua- da, ſed [illegible] menti [illegible] pugnat.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

liis, aut aſperitate aliqua ſtringatur. Lubrica fortuna eſt: vix ſine labore, aut exaſperatione tenebitur. Et vt

*Lætius eſt, quoties magno tibi conſtat honeſtum:*

ſic & ſcentius. Ipſe labor, arrha eſt contractæ in poſterum lætitiæ: ita velut pars adiicitur. Labor antecedens obſonat gaudia ſuccedentia. Quemadmodum fames naturale ſalſamentum, cibum, ipſaque gaudia ſimul alit. Libentiùs reſpicit, quod ſuum quiſque putat; & putat, pro quo laborauit. Titulus quidam poſſeſſionis eſt patientia, ius dat labor. Liberos cum maiore dolore editos chariores habet, & magis ſuos genitrix. Suauius, ſalubriuſque ſubit poſt amarorem nectar: fauus acerbis herbis conficitur, non guſtandus, niſi carpentibus thymum. Muſca Attica non inſidet Hymettio melli, quia nec amaro thymi flori, ait Tzetzes:

*Musca non insidet melli Hymettio, quia apes illius fauum efficiunt ex thymi. Musca verò animo fugit insidere thymo.*

Μῦα οὐ καθέζεται μέλιτι ὑμηττίῳ,
Ἐκ θύμων γὰρ αἱ μέλισσαι τοῦτο κατεργάζονται.
Μῦα γὰρ ἀπεχθάνεται φεύγει θυμῷ τῷ θύμου.

Eximie Xenophanes nullam diligebat gloriam, pro qua non laboraſſet.

*Cap. 28.*

Ipſius Diuinitatis, cuius licet patientia immunis, experſque laborum ſit, non eſt gloria; quam ex illis oſtentauit nobis, ampliauitque in ſpecie, & ad exemplum ſuo modo. Maligne cogitant de ſuprema illa actuoſa & optima mente Hermogenes, otio & inefficacis mollem putans: eleganter tamen ab Afro refutatus ita: Amplior gloria eius, ſi laborauit. Fecit Deus mundum, non



non tantùm videt, non tantùm fruitur. Ex his quid putabis dignius gloriæ, niſi feciſſe? Quid glorioſius, quàm feciſſe gloriam. In ipſa quietis diuinæ memoria & celebritate, gloria laborum promulgatur mortalibus, quorum penſum pati eſt. Ipſum præterea vltimum potentiæ diuinæ quaſi eruditæ iam, & quid peritius molituræ, ad extremum reſeruatum fœtum præcipua laborandi forma formauit. Non imperans Deus fecit hominem, vt reliquam plebem mundi; ſed operatus, & quaſi figulus laborans, fecit faciens. Animal vnum regium, beatitudinis capax, cæremonia laborum inaugurat felicitati & ſimilitudini ſuæ. Antè docetur homo, quàm ſit: priùs exemplum vitæ, quàm vitam capit: antea ablegatur otium, quàm locum habuit. Dedit quoque & in animæ donatione ſpecimen laboris, ſpiratione ingerens limo, tanquam præ labore anhelus reſpiraturus. Vniuerſa ad obſequium hominis creata ipſo creationis modo per imperium erudijt & dicauit obedientiæ humanæ: hominem verò dominio tunc, poſtea & labori, & Dominus ipſe, & quaſi laborans fecit, vt originis ſuæ affectionem contraheret homo, & affectum oppignoraret Deus, magis ſuum reparaturus hominem, magis dilecturus, credo, iuxta Xenophanis guſtum. Labor quoddam eſt ſuperpondium amoris.

*Cap. 29.*

Tantum præterea ornamentum, ſiue patientiæ, ſiue patiendi eſt, opinor, vtriuſque, (labor enim ex ſe quoque bonus eſt, etiam non pro-


pter

pter tolerantiæ bonum ; ) vt in fidem virtutis,in
argumentum Philoſophiæ ſuam oſtentarint Sa-
nij diætam, Stoici ſeueritatem, Cynici rigorem,
Gymnoſophiſtæ crudelitatem, vſque ad deſpera-
tionis, aut inſaniæ faciē. Omnes de patientia ſub-
ornabant ſapientiam, aut ſapiendi ſtatuam ſub-
ſtruxêre. Omnis ſe de tolerantia probauit Philo-
ſophia, falſa ſimulans, vera oſtendens. Ædeſius,
poſtquam mercaturæ gratia miſſus à patre in
Græciam, Philoſophiæ dedit operam ; poſt redi-
tum plagis acceptis, patientiſſimè ferens, rogan-
ti patri, quid in Philoſophorum ſchola didiciſſet,
Hoc, inquit, vt patris iram commodè perpeti
poſſem. Idem diſciplinæ teſtimonium Zenonis
alumnus perhibuit. Maius Poſſidonio pericu-
lum fuit : etiam volentes ipſos dolores maledici
non exaudiuit : Nihil agis, dolor, ait, quamuis ſis
moleſtus, nunquam te tamen confitebor eſſe
malum. Ita ſe curioſo Pompeio Philoſophum
dedit. Sed & Dionyſius Heracleotes, cùm non
diſſimulauit, non potuit ſimulare Philoſophiam,
quam vnà cùm patientia poſuit : adeò auctoritas,
& auguſtum illud, quod in virtute miramur, à
conſtantia ſuſtentatur.

*Cap.30.* Hoc præſtat patientia, quod ſpeculatores
Regi ad maieſtatem, & ſecuritatem : & tutum,
& verendum facit. Satellitium animi, patientia
eſt : in ſua maieſtate ſeruat virtutem ; virtuo-
ſum in ſecuritate, ne mala maleficiant. Eſt ve-
lut tutelare quoddam Numen miſeris, & cuſtos
afflictorum ſpiritus. Meritò illam Halitgarius
dixit



dixit cuſtodem conditionis noſtræ. O quanta
gloria virtutis, cuius ſatelles eſt, quæ eſt Regi-
na rerum omnium, patientia ! Ipſa vtique non
ſolùm Philoſophiæ character, ſed & Chriſtianæ
teſſera eſt militiæ, ſtemma dignitatis. Hanc non
ſuſpiciunt modò impatientes, reuerentur & irati.
Abraames cæſus, obrutúſque ab infidelibus, in-
tegro oppido, non tantùm reſtitit, ſed feliciùs
Alexandro, ocyùs Cæſare vicit. Machina, pa-
tientia fuit : tormentum inde iaculatum, venera-
tio ſui, admiratio. Demum rogatus etiam im-
perauit ; in Præſidem, in Patronum, in ſpem de-
nique ſuam alieno ambitu electus, à quibus ante
experimentum tolerantiæ in rudera & funus ab-
iectus. Poſteà maieſtatem virtutis contemplati,
arbitrium rerum ſuarum penes illum locarunt,
regium quid & imperio dignum longanimita-
tem adorantes.

Verè quidem ait magnus Leander ad religio- *Cap.31.*
ſiſſimos Patres Toletanos in tertio cœtu : Patien-
tia æmulatores ſuos, aut ſuperat, aut lucratur.
Hanc etiam vim nouit Solon : cùm accuſaretur,
quòd deſpuentem in ſe toleraret : Piſcatores, in-
quit, vt gobium vnum capiant, patiuntur ſe aqua
marina conſpergi ; ego idem ferre non ſuſtineam,
vt hominem capiam ? Neſcio, an ceperit ; cepit,
piſcatúſque eſt regnum noſter Ioannes Fernan-
dius, piſcator Chriſti, Xaueriique comes. In tri-
uio pro concione de myſteriis noſtris diſſere-
bat, cùm prætereiens Ethnicus in faciem concio-
nantis collectum in ore ſordidum ſputum ſcrea-
uit:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vt ille imperturbatus, ne verbo quidem, ſed nec geſtu reddito, (percellit, fulminat interdum vultus ſine tonitru,) ceſſit, eodem pertexens tenore ſermonem; deinceps tamen ſupervacuum poſt exempli rhetoricen. Auſpicium iſtud patientiæ fuit Amanguciānæ, Iaponicæque Eccleſiæ. Tunc primus (& illatenus nemo) omnium conuerſus, qui vidit documentum patientiæ, inuidit genus Philoſophiæ diuinum: adeò quæſtuoſa induſtria, patientia eſt, & compendioſa vincendi ars. Salutare fuit Pimenij monitum: Malitia nunquam ſuperat malitiam: per bonitatem vincas malitiam. Sed, etſi poſſemus ſuperare vitio vitium, cur non hanc gloriam reſeruabimus virtuti? Eadem patientia per incruentam victoriam domuit Moroïs æmulum ſuum, à quo fugerat fortiſſimæ fugæ modo, ne offenderet, non dico, manu, (humeros ſolùm, non lacertos patientia habet,) ſed ne aſpectu. Mox quæſitus fuit: recluſerat ſe vltrò in cuſtodiam, reum ſe ſeruans inimici, hoc ſolo, quòd alius potuit iraſci: ſed audito aduentantis æmuli nomine, tunc impatiens ſolùm patientiæ, tunc violator ſui carceris, arrepta ſecuri fregit oſtium, ad hoſtem accurrit, & quaſi qui offenderat, ad pedes prior corruit, excipit hoſpitio & conuiuio. Dixerim iſta, vt videris iam, quàm ſit efficax organum tranquillitatis, & felicis, pacificæque vitæ, tolerantia: ſiquidem in alieno ſolo fructificat pacem, & mitigat extraneos. Quàm fœcunda erit ibi, vbi ſata eſt? Quantùm alit patiens virtutem propriam, quæ



quæ aliena etiam vitia non patitur?

Cæterum, Leander diuiſim dixit: ego copulo, *Cap. 31.*
& dilato. Patientia malos ſuperat, aut luctatur: ſed mala & ſuperat, & luctatur. In homines valet, in fortunam præualet: facit, vt ſeruiat vel inuita virtuti. Non honorarius duntaxat titulus eius eſt, habet & ſuos magnos ad virtutem quæſtus. Vere Theologus adfibulatur apud S. Maximum: ſub arbore illa, quæ reſecta pullulare in fabulis celebratur, & cum ferro certare, quæ, vt Poëtarum verba vſurpemus, *θανάτῳ ζωὴ τομῇ φύεται*, ſapientem putat velari. Elegantiſſimè ait: *Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σοφοῦ τι εἶναι τι ὁ φιλόσοφος, ὃς εὐδαιμονεῖ τοῖς πάθεσι, καὶ ὅλως ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρά, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται.* Etenim, ſapiente patiente,

*Non hydra ſecto corpore firmior.*

Feraciſſima bonorum damna tolerando facit, per ipſa vulnera nouos ſpiritus bibit, arduus repuëraſcit vigor, ſuo cruore irriguus eſt:

*Durus vt ilex tonſa bipennibus,*
*Nigræ feraci frondis in algido,*
*Per damna, per cædes ab ipſo*
*Ducit opes, animùmque ferro.*

*Cum morte vitis reſecta pullulat. Mihi verò videtur ſimile quippiam eſſe vir Philoſophus, qui in ferrumnis illuſtratur, & moleſtia quaque in virtutis materiam tranſfundit, ipſiſque aduerſis venuſtatur.*

*Cap. 35.*
Duplex itaque patientiæ beneficium eſt, minuere damna corporis, & inde augere animi bona; ſiue, vt propriùs dicam, vnum eſt officium, & id diuinum, damna conuertere in bona. Optimè Nazianzenus:

*Πολλῶν δὲ κάμνει οἶδα μακροθυμίαν.*

*Conteſtionem moleſtia vnam longanimitatem.*

Concoctio, & digeſtio ciborum iſta quotidiana miracula



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

miracula facit: res mortuas anima donat; extraneas in ſuam ſubſtantiam & formam, vt ſe reformet viuens, ducit. Non aliter per patientiam, ſuum calidiſſimum virtus ſtomachum, in ſe, in ſui commodum transformat incommoda. Lupini amari aqua macerati dulceſcunt, & nutriunt: aduerſitates ipſas patientia macerat, vt iis ſaginetur; illas facit ſe, quatenus ſe illis reficit. Subſiliunt e plagis quædam animo diuinæ luces, velut ſcintillæ e ſilice afflicto. Quò minùs hæret corpori anima, quò minùs ſenſibilibus incumbit; eò rationis, diuinorúmque capacior, & magis ſui eſt. Quæ clauſa iſto carneo ſepto caligat; fracto, & percuſſo ad lumen aliquod euigilat, quaſi per ſciſſuras demiſſum. Corporis vulnera, feneſtræ ſunt mentis, quibus cælum reſpectat. Cæterùm, & lux animi eſt annona, inde veſcitur diuinis. Sublimiter ſapientiſſimus Gregorius inquit:

*Vna alimonia omnibus optima veſci mente magni Dei, & trahere ex ſplendidis Trinitatis lumen immenſum.*

Τροφὴ μία πᾶσιν ἀρίστη
Διανοῖαι μεγάλου Θεοῦ εἶναι, ἠδὲ σελάσσει
Ἕλκειν ἐκ Τριάδος φάος ἄπλετον.

Ipſam mortem, quam introduxit impatientia gulæ inueſcam, ſine, vt noſter Zeno ait, indigeſtam, vorat, digerit, tranſubſtantiat patientia in vitam, in ſe, dum erudita in Abele, docta in Chriſto: vt iam paradoxum non ſit illud Pyrrhonis, inter mortem & vitam intereſſe nihil; nec ad exaggerationem illud Euripidis:

*Quis nouit, an viuere ſit, quod vocamus mori: mori autem vita? Verumtamen homines ægrotant viuentes: defuncti autem nihil ægrotant, nec mala patiuntur.*

Τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; Πλὴν ὅμως βροτῶν
Νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
Οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Næ bona vita vitalem mortem, dum patitur, facit.



*Cap. 34.*

Porrò ſapientis opus eſt, quædam æmulatio mortis. In patientia expreſſam videbis. Deſerit per illam ergaſtulum ſuum animus, & in conſpicuum vadit. Etenim ardente, aut fluctuante friuolo iſto noſtro corpuſculo inuaſo doloribus, cruciatibus, aliíſque ſatellitibus mortalitatis, & iam penè domum ingreſſis, velut in illuuie poſt magnos imbres, cùm pauimenta vnda veſtiuit, refugit habitator ad ſuperiora domus, vbi naufragante ſolo, clementiori, minúſque ſeuero vtitur dio. Sic anima ſuper tecta ſe tota colligit ad mentem, poſt cuius limen laborem relinquit, dum ima corporis, velut ſua ſola, deſerit. Aſcendit, quò non aſcendit dolor. Grauiſſimo pedum dolore vexatus Ageſilaüs inuiſentem ſe Carneadem, mœſtúmque exire ſtatim volentem, neſcio cuius inſolentiæ impatientem, (in more eſt, mala non reuereri optimos: nullam veniam naturæ impetrant virtutis priuilegia,) accinit: Mane, inquit, Carneades: nihil enim illinc huc peruenit. indicatis pedibus, & pectore. Oſtendit ita, licèt pedes doluiſſent, immunem animum, nec ab imo cruciatum aſcendiſſe illuc, quò ſe receperat in ſublime. Ibi hoc geminum bonum mens obtinet, minùs affici cum corpore, ſemota ab illo, longiúſque à ſenſu ſtans, proinde à dolore, & vicinior Deo ad liberos radios

fruitur, velut è ſolario, cælo ſemper ſecuro animis, conſcientiam potiùs, quàm ſenſum doloris habens. Illic ab eminenti totus deſpicies ima, vt qui è feneſtra cædi gladiatores ſpectat. Conſtantiæ beneficio poſthuma ſuæ libertatis priuilegia etiam vinctus animus prægustat. Mors ſoluit animam è corpore, rumpitque arctiſſima vincula, vt tota euadat ſurſum, diuiniſque copulatur. Patientia, ſi non diſſoluit, laxat animam: velut catenam ſuam producit, vt conſpatiari latiùs valeat. Si non euellit, dimouet à corpore, & ferè totum hominem in animum reducit. Prolixa religatus reſte intra ſuum ambitum ſolutus, liberque eſt. Quin & mẽtis in ſe collectus ardor, velut per antiperiſtaſim, aduerſitatibus irritatus magis accenditur. Nunquam ignis robuſtior, quàm inter aquas; denſo in nubilo occluſus parturit fulmina: ita igniculus mentis, cùm clauſi omnes meatus voluptatis: quo camino calens ſpiritus in fumum diſſipatur; tunc erumpit in alta valentiùs, ipſum poſt ſe trahens interdum corpus, quod ſuffuratur paſſioni. Maior eſt leuitas ignis, quàm terræ grauitas. Magnas turres & montes imparis vis ignis attollit.

---

## APPENDIX II.

### *Præcautio pœnitendorum.*

*Cap. 35.* SEd ad patientiæ vim circa mala redeo, ſolidiori iam laude. Hactenus potentem il-

lam



lam prædicauimus aduerſùs fortunæ potentiam; aduerſus illa, inquam, quæ videntur mala, ſolùm quia videntur, non quia ſunt; niſi quòd iam, quia videntur, ſunt, ignominia, dolor, inopia, quæ ſuis poſtea defendemus titulis: namque illud in ſceleribus fortunæ malum, aut maximum, aut ſolum eſt, putari. Quare vana & frigida gloria eſſet patientiæ, quòd hæc mala inania & friuola tollat, aut toleret: & ibi duntaxat poſſet, dum mala non patimur, ſed fingimus. Laus eius vera eſt, ideò in vera mala poſſet: non, quia portat; ſed, quia tollit: non, quia fert; ſed, quia aufert. Etenim, verè mala pati, ſolùm eſt male agere, cuius quia cauſa eſt, & patitur, impatiẽtia peſſima eſt. Optima verò patientia, quia non patitur. Hoc genus peſſimum mali, idcircò maius eſt; quia non videtur, cùm eſt; & niſi, dum fuit, videretur, actum de bono eſſet. Hæc ſolennia vitia ſunt vitiis, aditus mendax, exitus crudelis. Mali paſſio; mala, inquam, actio inde ſuam malitiam oſtendit, quòd tam efficax ſit, vt, cùm non ſit, ſufficiat dolori; & tam maligna, vt cùm ſit, vt ſit, ſufficiat dolo. Se negat, quantùm ſit, cùm eſt; explicatura, cùm fuit, ad cruciatum animi. Quantum in ſe erit, cuius ira lædit vmbra? Quare, qui vitam beatam, gaudium, pacémque percupiat, hoc præcipuum curet opus, curare nullum, cui non ſubſcripſerit virtus. Quæ pax, & ſecuritas erit vlciſcenti ſe (quid ampliùs crudelitas velit?) proprio arbitrio? Quæ vita ſuo ſe (quid plus ira velit?) necanti marte? Quod gaudium torquenti

(quid

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(quid vltrà iuſtitia expectat?) aut torturo ſe conſcientia iniqua, etiamſi in vlnis fortuna pacificis mulceat. Nullum ſatis eſt fomentum extrinſecus eius frigoris, aut caloris, quò minùs febricitans corripitur. Hyemis, æſtatiſque iniuriis reſiſtimus: rigorem, aut æſtum inteſtinum neceſſe eſt pati. Ita conſcientiæ repugnare non poſſumus, etiamſi fortuna nos iuuet.

**Cap. 36.** Quid dint? Maior dolor conſcij ſui eſt, quàm perpetientis hoſtilia: ſicut maior eſt calor, qui à præcordiis, & febri per artuum medullas ſurrepit, quàm quem morſu Caniculæ irritatus Sol iaculatur è cælo. Quæ atrocior Ameſtris alicuius, aut Gyſenis, aut Pherotimæ, aut Perilli ita pœna miſeros & vinctos torſit, vt culpa Oreſtem immunem, niſi ſe? Non tyrannus crudelior, quàm conſcientia, ſiue Sylla carcere, ſiue Cæditius cenſura, ſiue Sinis Iſthmiaca pinu, ſiue Phalaris boue, ſiue Sciron caute, ſiue Faunus diuerſorio.

*O mites Diomedis equi, Buſiridis aræ*
*Clementes: iam Cinna pius; iam, Spartace, lenis.*

Patricidium vindicaturi Peluſij pro flagitij dignitate, nullum hactenus torturæ ingenium par duxerunt; non culleum, non viuicomburium: ſæuius quid cogitarunt, piæ, ſcilicet, matris naturæ ferulam, conſcientiam. Ad ſummæ atrocitatis exemplum docti, nouam ſæuitiam didicerunt, patricidam ſancientes triduo cogi ſpectare occiſi cadauer, vt ſic puniretur enormiſſimo omnium ſupplicio, admonitione facinoris. Ipſe Agri



Agrigentinus tyrannus vltra taurum nouit ſæuire conſcientia. Ne tantùm ingenio Perilli debuiſſet crudelitatem, inuenit conſcij animi tormentum: nonnullos vita donauit, vt damnaret atrocius, non metallo, non ferro, non calido ære; ſed ſe conſciis ſui. Quin & prima patricidij pœna, conſcientia fuit: primus reus mortis ſpectatæ donatus vita. Qui mortem priùs vidit, & fecit, dignus æſtimatur non minore ſupplicio, quam ſecuritate vitæ, quam monſtrauit non ſecuram: etenim atrociùs morte malum eſt, vitam conſcire malam. Sic, qui prior obſtetricatus eſt morti, illatenus inſte eundæ, tunc primipatæ, metu mulctatur, & conſcientia: adeò hæc torquet, cùm ipſa capitalis eſt ſalus. Ipſos mortis & generis noſtri primogenitores, qui priùs nobis dederunt mortem, quàm vitam,

*Vbi peccati genitus pudor attigit;*

maiorem ipſa morte pœnam putarunt, viuere reos mortis. Vellent ad mortem confugere, vt ſe fugerent. Bellè ait idem Marius Victor;

*Cuperent, ſi forte pateret,*
*Condere ſe barathro: vſque adeo conterminæ pœna*
*Culpa ſua eſt, vt iam miſeros mortale pauentes*
*Mortis imago iuuet; ſyluas, vmbroſaque luſtra*
*Obtendunt, vanis ſolatia falſa tenebris.*

Habes iam legale ſupplicium, & politicum, conſcientiam eſſe apud Peluſios, habes tyrannicum ingenium ſub Phalari, habes diuinam cenſuram in Caïn, habes naturalem iuſtitiam in Adam: Deus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Deus, ratio, natura, & furor ipſe in hoc non deſipiens teſtantur, acerbiſſimum eſſe teſtimonium ſui.

Cap. 37. Ad hæc, ſæuitiæ magnitudo cum certitudine certat. Nemo tyrannorum fuit, qui alicui non indulſerit, nemo, quem aliquis non euaſerit; nemo, quem ſatelles nunquam ſefellerit: conſcientiæ ſolum ſeueritatem, nec venia, nec fuga, nec fraus illudit. Non flexile illi cor, non pernices nobis pedes, non amicis manus, aut aſtutæ, aut validæ, vt vel dimitti, vel elabi, vel liberari poſſimus. Nemo à ſe, & extra ſe curret; nemo ſui eſt præuaricator cordis; nemo in præteritum valet. Peccaſſe, inluctabilis tyrannis eſt animi. Laxè à Victore dictum:

*Contermina pœna*
*Culpa ſua eſt.*

Item & à Platone, [illegible], iniuriæ mulcta; ab Heſiodo melius, [illegible]. Non conſectanea eſt pœna culpæ; ſed potiùs coætanea, aut collactanea fortaſſe ſoror. Cum ipſo ſcelere naſcitur, & ex ipſo, ſoror, filiáque eſt. Non antè editur facinus, quàm ex ipſo ſua mulcta oriatur: inque ipſo peccaturi pectore dum concipitur malignitas, iam grauida eſt, imò puerpera ſuæ pœnæ pari ac mutibus fœcunditate, quibus fœtus fœtui ineſt; in ipſo vtero concipiunt. Quin, ipſius culpæ ipſa eſt maxima, & prima pœna: nullum non capitale ſcelus cuique apud ſe eſt, etiam poſt indulgentiam omnium.

Cap. 38. Nullus ſui aſylum habet. Qui malè egit, nullam



Iam aget bonam fugam, vbi, licet tutus ſit, ſecurus maneat. Paueſcit, vbi putauit non metuere: non timebit inimicos, & erit in ſe, quid timeat. Fugit lictorem, euaſit ſpiculatorem: non ſufficit, ſe tenebit. Formidabit etiam tutus, etiam tuta. Non animo poteſt confidere, etiam qui fidem in tyranno inuenerit. Puto ſimili ſupplicio in nos naturam animaduertiſſe, ac barbari illi, qui damnatos vinciebant cadaueribus, vt fœtore torquerentur. Alligatum nobis ſupplicium eſt poſt culpam, cuius cadauer reſtat, pauor, pudor, &c.

*Noſſe, diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.*

Ad hæc, cùm omnium malorum ſolatium, cruciatuúmque delinimentum, cæteris in nos ſæuientibus, quiſque ſit, & vltimum ſui perfugium, cùm à ratione auxilium poſtulat, hoc etiam deeſt peccanti, cuius cruciatum auget ratio, quæ reliqua mitigat mala.

Itaque non ſolùm rea eſt fortuna noſtrarum miſeriarum; nos ipſi armamus triſtitiam, in eius ligamus manu gladium nos cruentaturum, perduelles, perfidique nobis. Plus torquet malum opus, quàm mala fortuna. Non ſolùm affligit nos, quod caſus fuit; ſed, quod electio noſtra. Miſerrimum genus miſeriæ, iudicio proprio fieri miſerum. Plus triſtat, quod facimus, quàm quod patimur: quod contingit, dico. Nullum ita moleſtat damnum, quàm conſcientia damnans. Equidem reor, ſolum infortunium eſt opus malum. Tam peſſima, tam miſera res malitia eſt, vt Cap. 39.

tunc

tunc proſperari credas, cùm torquetur. Non alio iuſto titulo fortuna dici poteſt mala, niſi quòd pro malis, & malis plerumque fideiubeat, cùm bona eſt. Huic quoque tanto, id eſt, vero damno patientia medicatur, ſed ſupra ſe eleuata, & partim in ſpecie æmulæ ſuæ iracundiæ, vt iam ad alienum impatientiæ titulum tranſeat. Sic loqui liceat, & ſaltem pro vincentium lege à victa cognomen vſurpet.

*Cap. 40.* Igitur, quemadmodum fortunæ remedium exhibuimus, ſeritita huius infortunij maximi & veri medicamentum redhibemus, non ferri. Diſſimiles morbi exigunt non ſimiles medelas. Venenum fortunæ eſt patientia, & aduerſus diros illius morſus hæc theriaca iuuat: ſed impatientia culpæ eſt amuletum conſcientiæ; quamuis & huius impatientiæ baſis, ſumma patientia ſit. Fortuna mitigatur vulgari arte, adulatione, ſi approbetur, quæcumque fecerit. Conſcientiæ dolor cenſorio præſeruatur more, ſi reprobetur, quæcumque feciſſe pudebit. Fortunæ origo abſtruſa eſt, non cadit ſub mentem. At malæ conſcientiæ cauſam conſilium præcurrere poteſt: nam non eſt alieni arbitrij peccare. Malum malo, pœnam pœnæ oportet anteuertere; &, ne timeamus damna, timeamus damnanda. Non dolebit pluſquam neceſſe eſt, qui dolet antequàm, & ne ſit neceſſe dolere. Adiumentum, quod aduerſùs fortem habemus, poſterius quid eſt; quod verò aduerſùs mordentem conſcientiam, quid præuium. Illud remedium eſt; iſtud



iſtud impedimentum: namque triſtitia, quam fors ardua immiſit, poteſt in ſe eleuari; quam verò dimiſit culpa, non dimiſſa, non debet, etiamſi poſſit. Sicut conſtantia, & hilaris vbique mens, eſt innocentiæ fructus, & ornamentum neceſſarium: ita & mœror noxię, ſequénſque pudor, quidam innocentiæ flos eſt, & ſpes bona. Verecundia iam eſt infantia virtutis: propterea non eſt extinguenda triſtitia extinctura culpam; nam nec noxia eſt, quæ tollit noxias. Ita diuinitùs comparatum in perniciem malorum, vt aut mala infœcunda ſint, aut fœcunda ſuo interitu. Exemplum cape à natura in mulò, & vipera, ille infœcundus, hæc infeliciter fœcunda. Curauit mater natura, ne mala procederent; ſin minus, ne proſpera. Sterilis ille eſt, ne multiplicentur monſtra. Apte inquit Gregorius Cerameus: [illegible]. Vipera verò mater eſt, ſed ſui funeris: in hoc ſolùm ſalutaris, quòd ſit periculum ſuum. Non aliter ex culpa genitus mœror, illam tandem interimit; quare ſalutaris hic ſcelerum homicida ſua donetur ſoſpitate: nec in ſe abolere decet, ſed in fonte, & quaſi in vulua, ſua culpa, præcauendo. Non volumus non naſci, ſi ſit vnde; ſed, ne ſit vnde.

Sterilitas non habuit à Deo propagandi vim: quemadmodum [illegible] mali a generatio [illegible] mutuò ſeſe [illegible].

*Cap. 41.* Quare, qui huius acerbitatem ſentire nolit, improbitati ipſi repugnet impatienti quadam patientia. Nemo gratis malus eſt. Omnis officij defectus efficitur defectu patientiæ, ( primum

 hinc

hanc officium puto:) quia difficile illud & arduum, quod virtutis eſt, ſuggeſtum, ſuſtinere nolumus. Duo peccaturis obiiciuntur mala, malum culpæ, & malum moleſtiæ alicuius, ſi malum eſt: & vt ab hoc leuiſſimo expediamur, eligimus illud grauiſſimum, quod ſenſus non trahit, quorum plurimùm valet apud nos ſuffragium, ſi priores ratione loquamur. Sed & his quoque duo ſunt remedia, vnius patientia; impatientia alterius: in moleſtiam valet patientia; in culpam pollet impatientia. Niſi aliquid patiaris, ne culpam feceris; plurimum patieris, quia feciſti. Præſtat pati cum compendio, quo tantum ſubducimus malum, (ſcilicet, malum, quod ſolum eſt,) quàm prolixa tortura omiſſi officij. Omninò aliquid patiendum eſt, aut poſt prauum opus, quia feciſti; aut anteà, ne facias. Induſtrius ſis, & callidè patere. Alterutrum ex his excuſari labor nequit. Satius eſt eligere minorem; &, ſi dolendum eſt, citò doleas, maiorem excuſabis dolorem, alterum malum. Quid alterum dico, vbi non niſi ſolum? Tum præuia iſta patientia duas nobis ſubducit moleſtias, appendices etiam eſt conſcientiæ, quæ grauior eſt, donec ad pœnitentiam adigat, altera ipſius pœnitentiæ. Horum dolorum circumſcriptio eſt præcox illa, & innocens tolerantia, cuius non leuis vſura erit, ſi cum exigua moleſtia duas magnas antevertat. Quàm ſalutaris eſt iſta patientia, quæ viperæ culpæ, & viperino dolori conſequenti obſtat! S[illegible] ſque cum ſit ſaluberrima virtus, virus





putatur; non aliter reiiciunt: de quibus elegans Theodotus canit:

*[illegible Greek]*

Ad hæc, parturit illa patientia lætitiam, & ſerenum, feſtiuumque animum reddit. Quid illi ſalubrius ac celebrius, quàm theatrum inſontis conſcientiæ, vbi certant, dimicantque virtutes mundiſſimo in campo: vbi totum diuinum, nihil turpe horret, nihil ſordidum habet animus? Tunc, vt ſublimiter inquit religioſus Theophanes, *[illegible Greek]*. Quid lætius, quàm quod omni triſtitiæ, tormentoque reſiſtit? Animoſa, aureaque illa Tiburtij ſententia: Omnis vilis eſt pœna, vbi pura eſt comes conſcientia. Namque, ſicut malè ſibi conſcio nullum extrinſecum eſt fomentum; æquè & benè conſcio nec tormentum. Quin naturale præmium conſcientia eſt, prima virtutis palma, certum, ſtatimque brauium, dulciſque matris naturæ blanditia, magnum mentis lucrum. Quæ vſura felicior, quàm gaudere ſemper, de quo ſemel laboraſti? E contra, nulla infelicior iactura, quàm lucrum mali. Verè, iuxta Chilonem, damnum turpi præferendum eſt lucro: illud ſemel dolet, hoc ſemper. Res perdita breui tempore contriſtat: conſcientia perdita perpetuò excruciat. Quæ libertas maior, quàm nihil timere? Quam ſolùm habet, qui non timet patientiam. Quid timere meritò poterit, qui ſe non timet? Bellè Periander rogatus, quid libertas eſſet: Bona, inquit, conſcientia. Et alius:

*Pœnitenda autem opera illis videtur eſſe tota. Cap. 42.*

*Diuina ſapiens conſcientia, & narrante Deum decente cuſtatur.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Virum vera virtute viuere animatum addecet*
*Fortiter, cunctiſque innoxium vacare aduerſus aduerſarios.*
*Ea libertas eſt, qua pectus purum & firmum geſtitat.*

Seruiles, lugubréſque animos, ſuæ, inquam, pœnæ ſeruos culpa creat. Quid ingenium, quid lætum habere, quid audere poteſt ille, cuius

*mens ſibi conſcia facti,*
*Præmetuens adhibet ſtimulos, terrétque flagellis:*
*Nec videt interea, qui terminus eſſe malorum*
*Poſſit, nec qui ſit pœnarum denique finis.*
*Atque eadem metuit magis, hæc, ne in morte grauiſcant.*
*Hinc Acheruſia fit ſtultorum denique vita.*

---

## APPENDIX III.

### *Actiones honeſtæ alunt lætitiam.*

Cap. 43. PRopterea ad lætitiam, & quandam animi feſtiuam pacem, magnum pondus rectæ actiones ſunt, quibus incumbendum eſt importunè: illud enim hominis eſt penſum, dicam & myſterium. Accepta cælo victima manus eſt. Veteres Luſitani abſciſſas captiuorum dextras Diis offerebant. Non alienam tu, ſed tuam offerto. Vitioſi laus eſt, ſolùm ſine vitiis eſſe: nam nec laus eſt, niſi quatenus indulgemus aliquid, adula



adulamúque corruptiſſimis moribus. Eò res venit, eò contractus eſt pudor, vt minor malitia pro virtute ſit. O anguſtam! ô malignam gloriam, ſolùm inter malignos non eſſe! O vituperabilem laudem eius, cui non alia ſit, quàm non eſſe vituperandum! Sine vitiis eſſe, non eſt bonum eſſe. Aliud eſt, eſſe non malum: aliud probum eſſe. Non eſſe malum, vix non erit malum: fortaſſe & adhuc malum eſt: vix & dubio iure vituperio liberabitur: nam poſſe, bonum eſſe, & non eſſe, ob viciniam ſaltē malitiæ, iam non bonum eſt: laus autem non eſt non mali, ſed boni, & de bonis. Igitur non ſufficit nihil pœnitendum agere; ſed agere, de quo ſit gratulandum. Illud oportet cauere, aliud eſſe bona facere, aliud bonum effici: quamuis & bonus non fies, niſi bona facies; ſed non, quia bona feceris, factus es bonus, niſi feceris benè. Virtus, quæ modum imponit rebus, maius interdum momentum habet in modo, quàm in rebus. Quid præſtat tibi bona facere, niſi benè? Idem ac ſcribæ delineanti pulcherrima elementa, quæ deinde litura ſuffuſa obliterat. Deſinit eſſe bonum, quod non benè eſt. Expungimus id ipſum, quod facimus, ſi non cum ſuo modo & munditia. Quò excellentius quid agas, puriorem & defæcatam ibi bonitatem naua. Exigua macula olei deformior eſt in Attalica veſte, aut purpura, quàm grandis in vili ſago.

Mus armenius ſuæ pellis candorem ſeruat intemeratum, etiam cum diſcrimine vitæ. Viliſ- Cap. 44.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

ſimè ſe taxat, qui minoris æſtimat virtutem, quàm animalia cætera; apud quem plùs valeat viuere, quàm pulcherrimè viuere; plùs anima, quàm pudor; plùs vita, quàm viuendi cauſa. Egregiè Ennius:

*Præter propter vitam viuitur.*

Namque propter aliam cauſam, quàm vt viuatur, viuitur. Indignus eſt vita, qui propter illam viuit. Cauſa viuendi digniſſima, virtus eſt. Quid amentius, quàm ipſam vitam facere cauſam reiiciendæ virtutis?

*Et propter vitam viuendi perdere cauſas!*

Quid infelicius, quàm non moriendo fieri dignum morte? Puer noſter Pelagius, ne albos ſuos mores contaminatos videret ab laſciuo Habdarraghmano Rege, atram mortem maluit: tantò maiori gloria, quàm Damoclis, ne libidine Demetrij turparetur, ſe interficientis. Quantò maioris animi eſt pati fatum, quàm facere: ſuſtinere virtutem, quàm fugere vitioſum? Non vnam, ſed plures mortes tulit Pelagius, ne vnus pudor eriperetur; quot, ſcilicet, membra ſua ante ſe vidit mortua, manus, tibias, brachia reſecta; ſcilicet, vidit ſe mortuum, antequàm eſſet. Sine manu, & brachiis præualuit aduerſus potentem Regem. Aliis pretium pudoris ſingularius fuit, Nicetæ lingua, Amiano oculos, Apolloniæ dentes, Margaretæ naſus, Agathæ mammilla, Brigittæ os.

*Laqueos natura tetendit:*
*Ipſa ſuas facies fabricat inſidias.*

Forma



Forma pudicitiæ, deformitate citiùs ſeruatur; atque elegantia virtutis, contemptibili fronte.

Sutor arrogans eſt de elegantia calcei, qui *Cap. 45.*
ſolo & ſordibus laborat: homóne abiecti & negligentis animi erit in lepore virtutis, cælo & Deo natæ? Quilibet opifex ſatagit, vt nullius pateat iuſtæ obiurgationi opus artis: cur humanæ artis opificium egregium perfunctoriè agemus? Totum pretium hominis, opus eſt, vt arboris fructus, atque ſine pretio eſt pretium boni operis. Fac te pretioſum benè ſemper operando: arbitrio tuo ſtat dignitas tua: ſi benè operaberis, bonus; ſi optimè, optimus eris. Vnuſquiſque filius eſt operum ſuorum: rarum generationis genus, eſſe ab iis, quæ à ſe ſunt. De hac proſapia gloriari etiam bonis licet. O ſummum fauorem! ó vnicum priuilegium rationis! arbitrio ſuo poſſe benè fingi: qualis vis, potes eſſe. Ipſe Creator noluit limitare bonitatem tuam: tu tu ſis peritus faber, & exornator pro voto, pro ambitione. Quid, ſi bonus ab amico, à vicino eſſes, ſine manu, ſine vllo ſuffragio tuo? Nequit hoc fieri: peculium cuiuſque & ſudor, bonitas eſt. Vna eſt virtus, quæ mutuò non accipitur, contra fortunæ morem. Sed fingamus id: non tanti deberet fieri. Præſtat, neminem feciſſe te ſine te bonum, vt poſſes fieri ſine vicino meliorem, fieri optimum. Ipſa illa omnipotens manus, genitrix hominis, elaboratione ſua humanam formationem honorans, & ſanctificans, ad imaginem diuinam te finxit, vltimam manum

L 4 non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non ſine te poſitura, vt ſimilis fieres. Aliud eſt eſſe ſimulacrum, aliud eſſe illud ſimile: ſunt enim imagines parum reſpondentes archetypis. Ad polituram autem & limam tua manus, tuaque ſtudia expectantur, ne vaſtam & rudem ſtatuam Dei relinquas. Si periſſimus artifex, qualis aliquis Phidias, dimidium duntaxat factum Iouis Olympici ſimulacrũ relinqueret, interim occupaturus ſterquiliniis amouendis, & præ tædio eximij operis vacaret ruderibus & ſtercori; quid ſanum putares in illo? Anne & ſaniorem te putas, ſi cœno deditus, ſorde & fæce vitæ diſtentus, infectum relinquis ſpirans ſimulacrum Dei? Putaſne Deum mancum, cùm Diuinitatis ſtatuam ſine manibus relinquis? ſine operibus bonis, dico? Putas cæcum, cùm ſine oculis, ſine prudentiæ & virtutis face? Putas truncum, cùm ſine capite & cerebro, ſine ratione & mente? Putas claudum, cùm ſine pedibus, ſine gradu ad bonum? Monſtrum enorme Deum pingis, dum te non componis, & integrum reddis. Τῶν θείων ἀγαθῶν τύποι εἰσὶ τὰ κατὰ ἀρετὴν πάθη, inquit in ſuis theologicis magnus Theologus Maximus, & addit: Οἷς ὁ Θεὸς [illegible] ἀνθρώποις γίνεται, [illegible] [illegible].

*Diuinorum bonorum typi ſunt mores ſecundum virtutem.*

*Quibus continenter Deus fit homo habens pro corpore ſtudioſos illos mores, pro anima ſcientiæ verba in ſpiritu, quibus Deus facit, qui digni ſunt, diuinæque virtutis [illegible] ſolitam experientiæ minimè ſed beatitatis largitur ſubſtantiam.*

*Cap. 46.* Hæce, incumbe tanto operi, nec vacet labor pretioſus. Operare ſemper: perfice expectationem



nem & ſpectaculum, non Græciæ ſed cælorum, & Dei. Memento hic duntaxat pingi æternitati, æternam laudem habiturus à Deo. Artifex ſimulacrum in plurium oculos & iudicium venturum, exquiſito, inſtantique curat conatu: exhibiturus es te imaginem vitalem diuinæ mentis, conſpiciendam, examinandámque à ſummo virtutis Magiſtro, ne quid obliquum, ne quem fictum, adulterinúmque colorem admiſceas. Nihil niſi ſolidum, rectum, genuinúmque placebit. Ne ſint opera, victimæ fictæ Milicho Ioui oblatæ. Cur mutilam animam habere vis; ſeu, quod deterius eſt, partem eius meliorem mortuam? Membrum abſciſſum malles, quàm mortuum; tunc ſolùm deſiderares, ſed non te etiam impediret: quomodo immortalem animam morte ægrotantem ſuſtines, ſcilicet, in eximio ſuo membro, & cerebro, paralyſi mentis affectam, cùm deſideas, nec opera mente digna moues? Vacat in te frons illa decoris humani, & gloria animi, ratio. Perinde atque aliqui artus mortui ſolent inutiliter hærere vegeto cætero corpori, vt ſolùm ſint oneri: ſic & pars, & velut caput animæ, mens mortua iacet, dum torpes, dimidiatum animæ, integrum virtutis cadauer geſtans, inertiam boni operis. Vitæ ſacramentum, operari eſt: quare & vitæ rationalis, iuxta rationem operari. Dum ceſſas, parentheſis vitæ eſt otium. Interim non viuis, dum nihil agis.

Deſidia eſt mors ſuperſtes, vigil ſopor. Vacua eſt vita, quam non implet cura bene viuendi. *Cap. 47.*

Verè dixit Poſſidonius, vnum eruditorum diem plus placere, quam ineruditorum longiſſimam ætatem. Quidni? Anteferenda eſt vna hora benè exacta, vnum momentum, immortalitati, non ſolum peccanti, ſed otianti. Sacra res tempus eſt; è cælo ortum habet motu & conuerſione orbium; inde ortum, vbi æternitas viget: ad ſuam originem reducendum eſt, & in tempore quærenda æternitas. Diuinitatis ſpeciem partim repræſentat; patet, quid ſit; latet, quid ſit. Plùs inuiſibile eſt, cùm præſens eſt: dum contemnimus illud, quaſi ſacrilegi erimus; dum amittimus, homicidæ noſtri. Fruſtrà viuit, qui non benè; at, qui malè, peſſimè iam moritur: mortem viuam & ſenſibilem patitur; mors eſt, quatenus ſine fructu vitæ: ſenſibilis, quatenus cum damno & pœna. Illud ſolatium mortis multis fuit, quòd ſenſu careat. At vitium, otiúmque, maligna mors eſt, cum ſenſu eſt: ferax mali, ſterilis boni, vt inculcæ terræ tribulos parturiunt.

*Cap. 48.* A vite tua racemos petis, ab aruo ſegetes, cur fructum tui contemnis? cur nullum tui vſum habebis? Eſto tui vſufructuarius. Tu tibimet pretioſus fundus es, ferax prædium, felix planta; & qui expectas à tuis fructus, cape priùs à te. Opera ſunt fructus hominis, & poma cæleſtis arboris. Vitis racemos, area frumentum, cùm non ſibi fructificent, dant, quantùm poſſunt. Si pro libito terra germinaſſet, non trigeſimum, centeſimum protuliſſet: ſi nihil, quàm ingrata colono! Tu tibi fructificas, & pro libito; cur anguſtos



guſtos tui prouentus facis? cur coarctas te, & limitas fructus tui dulciſſimos tibi, gratos aliis?

Virtus ſimilis mihi videtur muſicæ: in primis virtuoſo placet; deinde etiam vitioſis, qui, quod in ſe non ſeruant, in aliis obſeruant. Muſica & Muſicum delectat, & inertes artis. Cythara extulit Alchatoën ciuitatem, & virtus ædificat cæleſtem. Cythara, & virtus manu agitur, & amœnat animum. Quemadmodum muſices etiam eſt opus, virtutis diligens opera, non opus inde conſiſtens, continua actione ſuam demonſtraturæ vim, artificiúmque. Ex liberalioribus eſt honeſtatis ars, non propter opus aliud ab operatione. Sellularij ſuum artificium monſtrant in opere: quoquo operentur modo refert parum. Sutor cothurnum, ſartor togam, faber tripodem, aurifex calicem, in argumentum, & opificij gloriam iactare poſſunt. Quid factum, non qualiter, ab eis poſcitur: poſſunt errando bonum opus facere, poſſunt & ſine arte. Abiecto penicillo abſoluit ita imaginem alicuius pictoris, quam ars non potuit. Soli virtuti nec error, nec caſus fauet: adeò inimica fortunæ eſt. Si erres faciendo, etiamſi bonum facias, malum feciſti opus virtutis. Poteſt in aliis artibus oſtentari induſtria ſemel facto & ſuſpenſo de taberna artificio, ſitu & otio artificibus torpentibus: non ita virtus. Quemadmodum nec peritum Muſicum cognoſces, niſi exerceat artem, & ipſe oſtendat chelyn: ſui ſpecimen daturus, actiuus eſt. Nec ſatis eſt egiſſe. *Cap. 49.*

Res

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Cap. 50. Res vſualis, virtus eſt; cuius tamen vſus, non cum vſu perit: etenim, cùm operatio tranſeuntium rerum ſit, quando à virtute eſt, manet. Mirificum te admonebo, vt ſis conſtans, imò vt ſis immortalis, ne cures hæc, quæ manentia, conſiſtentiáque videntur, aurum, & cæter cenſus fortunæ. Hæc tranſibunt, cum minùs putes. Cura, quæ tibi tranſire modò putas, actiones, vt rectæ ſint: hæc manebunt. Audiſti aliquando monitum illud: Conſerua tempus. Illud eſt: In omni tempore habes, quod in vno bene feciſti: hoc te vbicumque comitabitur, & rara fide, etiam in morte, etiam poſt mortem. Tunc, vbi amici maximè deficiunt, incipiunt bona opera maximè amica eſſe, vt vel inimicos concilient. Inuidia morte tua placatur, ipſo cum cadauere cadit; poſthumas iras neſcit, nec iam virtutis gloriæ repugnat; liberum immortalitati poſt mortem ius relinquit: hæc pacifica ſolùm mortui poſſeſſio, honeſta vita, rectæ actiones. Quid iuuabunt conditi cum cadauere theſauri, niſi reſtituere terræ, quod è ſuo viſcere auulſum? Defuncto nihil. Solùm virtus inſepulta iuuat ſepultos. Non eſt formidabilis mors iis, qui habituri ſint aliquid poſt illam: ſolùm eſt terribilis iis, quibus omnia, quæ habent, auferet. Poſthuma hæreditas, probitas & iuſtitia eſt, quam mors non tollit, ſed attollit. Ex pruritu naturali nominis, ambitúque ingenito immortalitatis, qui etiam improbos fecit aliquando, aut fieri, aut fingi bonos, opera neceſſaria reputa, & iuxta naturæ



naturæ deſiderium. Reliqua tecum cadunt, tecum moriuntur: ſolùm ex mortalium rebus nequit domitrix omnium mors ſuperare, quod bene egerint. Hac parte illæſa, imò per ipſam ſuſcitata mortem; vbi inuidiæ venia eſt facilis, recuperatur vita.

Itaque potiſſimum ſtudium cum fructu tuo, Cap. 51.
cum guſtu naturæ, quid immortale aſpirantis, ratio operum ſit, maior quàm rationis, ſi fas eſt dici. Plerique, vt rationes virtutis inquirerent, perdiderunt virtutem; vt ſcirent bene operari, deſierunt: vbique modus neceſſarius eſt, niſi in iis, quæ fiunt cum modo, bona opera dico. Non iuuat ſapere, pluſquàm iuuat vſum. Verè Iamblichus ex Samio Philoſopho: Omne bonum, ait, re & vſu conſiſtit, non cogitatione. Eſſe bonum eſt bene agere. Veriſſimè beatus & ſublimis Methodius: [illegible] Iners eſt ægroto ars periti Medici, niſi procedat ad manum, & applicet remedia. Non curant languentem cogitationes doctæ, ſed acerba pharmaca, pungentia fomenta. Non ſanatur animus ſubtilia noſcens, ſalutaria eloquens; ſed iuſta operans.

Eſt tamen quædam ſapientiæ, & cognitio- Cap. 52.
num auaritia, ſicut & pecuniæ; cuius delectat acquiſitio auaris, non vſus. Nummus ad commercia eſt, & iuſtas impenſas: ſic cognitio ad operandum, iuſtáſque actiones. Sed, ſicut auari, quas

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quas auidiſſimè pecunias congregant, condunt; iis deinceps non vſuri, nec ad pietatis officia, nec ad egeni beneficia, nec ad ſuæ neceſſitatis ſubſidia: ita nonnulli egregia vitæ dogmata, ſubtiliaque virtutum præcepta excogitantes, negligunt eorum vſum, auidi ſemper nouarum ſubtilitatum, & ſenſorum argutas quærentes rationes, non minus quàm auari quæſitis non fruuntur; doctâ quadam inſipientia inertes. Dicam de iis, quod Anacharſis de Athenienſibus, nummis ad numerandum dumtaxat vti; iſtos & ſcientia. Quid eſt diuitis auaritia? locuples inopia. Quid ſapientis deſidia? doctrina ſtulta. Nemo pauperior eſt, quam diues auarus: ſic nemo ignorantior, quam doctus inefficax & torpens. Natura paucis contenta eſt: plura ſuperfluunt, quam requirantur humanis neceſſitatibus. Virtus quoque paucis conſtat præceptis: nam, etſi impleamus documentis chartas, non eſt, quia requiramus, vt bonus ſis: ſed, vt velis eſſe. Lucrari volumus; iterum atque iterum tentamus aleam: non ſemper benè conuoluuntur tali; non iactum feliciter ſemper facimus; non ſemper exeunt Coenſes: vt aliquando cadat, qui vincat, perdimus libenter paginas. Itaque vt velis eſſe bonus, plura neceſſaria ſunt, vt ſis, pauca. Addam ad ignominiæ notam: deterior, imò ſtultior eſt doctus ignauus, qui non operatur; quàm diues auarus. Defraudantur, conſumunturque vſu pecuniæ: at optima animi decreta, ſanctaque propoſita vſu pretioſiora redduntur.

Falli



Falli aliquando nos facit ſpes bona futuri: putamus vberi penu ſapientiæ promptiùs operaturos. O caſſam cogitationem procraſtinantis! Eleganter eam Alchuinus paralyticam dicit. O ineptiam ex nimio ſapiendi ſtudio, ex nimia prouidentia! non diſſimilem illius amentiæ, qui expectatione ferculi regij ieiunabat: iucundiùs, dicebat, tunc epulaturum; interim fame periit. Non curamus vitam, quæ noſtra eſt, præſentem dico: ſed vel futuram, quæ noſtra nondum eſt, & bona nunquam erit, niſi incipiat eſſe; vel vicini, quæ aliena eſt. O quàm bene voto viuimus! ô quàm ignauiter re, & euentu hoc eſt, malè ſemper: quia decernimus ſemper bene in ea, quæ ante nos albiſſimorum ſunt morum, reverà & ad præſens ſordidi incedimus fuſcis, tetriſque affectibus, ſed pulchris cogitationibus. Sumus vt cygni, quorum pedes, etſi in perpetuo balneo ſint, nigri ſunt; continua ablutione dealbantur nunquam: reliquum corpus extra aquas candidiſſimum eſt. Illa noſtræ vitæ pars anterior, quam præſens fluxus temporum non attigit, nec attinget, ſancta ſolùm, & pura eſt. Ita perpetuo negotio otioſi ſumus. *Cap. 53.*

Proh inertiſſimum ad otium animal, hominem ſapientem! Superfluit in hac mundana republica Rex, ſi non laboret, ſi non negotietur. ſuperuacuus ſimius eſt, ſi inefficax: is viuus, cui omnia effecta ſunt, ſi nihil efficit, ſuperuacaneus eſt, & otioſiſſimus, ſic dixerim, ad otium. Non ornatui ſeruit: ſine magna ſpecie effictus *Cap. 54.*

eſt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt. Sydera, cælum ipſo ſui conſpectu funguntur natura ſua: videri pro officio eſſet. Inhibeamus quadrigam Solis, & pernices incurſus compeſcamus: negotians illud lumen ſitu & inertia ſidat: ceſſet luſtratio cælorum, quotidianum penſum, claræ illæ radiorum manus, quibus Oeconomus iſte vniuerſi diſpenſat cuncta in officinis ſuis, in præcordiis terræ metalla cudit, in viſcere nubili fulmina; adhuc non otioſus erit, ſi aſpiciatur decor naturæ eſt, & exornationi ſeruiet pulcherrimum ſydus, velut honorarij aulici hoc naturæ atrium, & diuini prætorij decorabit frontem. At homo, cui omnia ſeruiunt, ſeruiet nihil, niſi ſibi, niſi virtuti ſeruiat. Nihil placidius, immò nihil pacatius, nihil conuenientius actuoſo ſapiente, nihil impertinentius ceſſante. Quies animi, motus virtutis eſt, & tumultus mentis, otium inertis. Dicam aliud mirabilius: impertinentior eſt, qui nihil agit, quàm qui nihil eſt. Quid, ſi male aliquid facit? Anne reduci velles in priſtinam non entium maſſam, & reſolui in inanitatem tuam, vnde inductus fuiſti in hoc naturarum vulgus? Minus es, ſi ceſſas. Arbor infrugifera ſucciditur: quæres, quare? Vt non ſit; nempe, vt nihil ſit. Vtilior ergo eſt, cùm non eſt, quàm cum eſt ſine fructu. Eligitur illud: igitur præfertur. In hac naturæ familia, ſuum cuique penſum datur: nullum otij priuilegium eſt: nobiliora, actuoſiora ſunt & feruidiora. Reſpice primum agilitatis exemplum, cælum; deinde illuſtria, & calida elementa: proxima aſtris loco,

&



& feruore ſunt. Ignis ſuburbium cæli eſt: terra torpens, & ſegnis, velut inſula longè diſtat, proſcripta videtur.

---

## ASCESIS I.

### *Eruderanda perturbationibus voluntas.*

FRuctus hactenus voluntatis, tranquillitatem, & lætitiam in vniuerſum exhibuimus: Cap. 55.
modum eius, vſumque eximij inſtrumenti reliquum eſt oſtendere. Non ſatis eſt monſtrare, quid agas: ſed quò, & quomodo, benè, aut meliùs. Poſt peritiam Muſici iuuat conchæ qualitas: poſt pacis fabricandæ modum, reſtat inſtrumenti modus. Sæpe manus eruditi artificis ob rude peccat organum. In primis expeditum, mundúmque oportet ſeruari: nam torpet rubigine & ſorde infectum; exercitio tamen ſeruatur limpidum, ſplendidum. Ita & voluntas ſuæ gubernationi, & vſui impeditur ſua labe, ſua paſſionum carie, ſuo ignauiæ otio, ſua libidinum ærugine, ſuo denique rudere. Diuus Paulinus ait:

*Impurus amor, maculoſa libido,*
*Rudera ſunt animæ.*

Vſus voluntatis libertas eſt. Probus vſus melioris electio, eiúſque, quod rationi arridet, non quod adulatur paſſionibus, quibus inepta ſuo fit libertatis vſui, & quaſi conſpurcata hebetatur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt. Sydera, cælum ipſo ſui conſpectu funguntur natura ſua: videri pro officio eſſet. Inhibeamus quadrigam Solis, & pernices incurſus compeſcamus: negotians illud lumen otio & inertia ſidat: ceſſet luſtratio cælorum, quotidianum penſum, claræ illæ radiorum manus, quibus Oeconomus iſte vniuerſi diſpenſat cuncta in officinis ſuis, in præcordiis terræ metalla cudit, in viſcere nubili fulmina; adhuc non otioſus erit, ſi aſpiciatur decor naturæ eſt, & exornationi ſeruiet pulcherrimum ſydus, velut honorarij aulici hoc naturæ atrium, & diuini prætorij decorabit frontem. At homo, cui omnia ſeruiunt, ſeruiet nihil, niſi ſibi, niſi virtuti ſeruiat. Nihil placidius, imò nihil pacatius, nihil conuenientius actuoſo ſapiente, nihil impertinentius ceſſante. Quies animi, motus virtutis eſt, & tumultus mentis, otium inertis. Dicam aliud mirabilius: impertinentior eſt, qui nihil agit, quàm qui nihil eſt. Quid, ſi male aliquid facit? An ne reduci velles in priſtinam non entium maſſam, & reſolui in inanitatem tuam, vnde inductus fuiſti in hoc naturarum vulgus? Minus es, ſi ceſſas. Arbor infrugifera ſucciditur: quæres, quare? Vt non ſit, nempe, vt nihil ſit. Vtilior ergo eſt, cùm non eſt, quàm cum eſt ſine fructu. Eligitur illud: igitur præfertur. In hac naturæ familia, ſuum cuique penſum datur: nullum otij priuilegium eſt: nobiliora, actuoſiora ſunt & feruidiora. Reſpice primum agilitatis exemplum, cælum: deinde illuſtria, & calida elementa: proxima aſtris loco, &



& feruore ſunt. Ignis ſuburbium cæli eſt: terra torpens, & ſegnis, velut inſula longè diſtat, proſcripta videtur.

---

## ASCESIS I.

### *Eruderanda perturbationibus voluntas.*

FRuctus hactenus voluntatis, tranquillitatem, & lætitiam in vniuerſum exhibuimus: modum eius, vſumque eximij inſtrumenti reliquum eſt oſtendere. Non ſatis eſt monſtrare, quid agas: ſed quò, & quomodo, benè, aut meliùs. Poſt peritiam Muſici iuuat conchæ qualitas: poſt pacis fabricandæ modum, reſtat inſtrumenti modus. Sæpe manus eruditi artificis ob rude peccat organum. In primis expeditum, mundúmque oportet ſeruari: nam torpet rubigine & ſorde infectum; exercitio tamen ſeruatur limpidum, ſplendidum. Ita & voluntas ſuæ gubernationi, & vſui impeditur ſua labe, ſua paſſionum carie, ſuo ignauiæ otio, ſua libidinum ærugine, ſuo denique rudere. Diuus Paulinus ait: Cap. 55.

*Impurus amor, maculoſa libido,*
*Rudera ſunt animæ.*

Vſus voluntatis libertas eſt. Probus vſus melioris electio, eiúſque, quod rationi arridet, non quod adulatur paſſionibus, quibus inepta ſuo fit libertatis vſui, & quaſi conſpurcata hebetatur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

betantur. Turbato latice arenulæ fundi perſpici nequeunt, quæ in pura & limpida vnda patefiunt: turbido quoque animo peruidet parum mens. Inſtabili, ſinque deque circumactio ocyùs ſpeculo vultus ignoratus manebit; nulla apta concetur ſpecies: ſic & verſatili corde nihil commodè diſcernitur, nihil ſalutare decernitur. Quæ lux reſiſteret quatuor conſpirationi ventorum? flante cupiditate, quod animi lumen immune erit? Irrequietis turbinibus nauclerus, vel Noto duntaxat laceſſitus, iam ad imum, iam ad ſublime iactatam nequit dirigere ratem. Quemadmodum qui vertigines agit, cerebro turbatur, donec corruat; ſi aliquò rectà ire conetur, in diuerſum vadit; egreſſurus ianuam, impingit in murum, illiſa fronte: omnia euerſa videt: ita circumactus animus affectibus videt nihil, vt eſt; omnia inuerſa, donec mens concidat adæquata pecori. Hoc affectuum vortice deiectus ſuo & honore & ſitu animus ſe alleuare neſcit, ſibique nequit ſe aſſerere angoribus, amariſſimus cupiditatum fructibus, mitis ipſis cupiditatibus, angorum floribus. Hæc ſunt libertatis obſtacula, niſi purificetur cor:

*Nubila mens eſt,*
*Vinctaque frenis,*
*Hæc vbi regnant.*

Blanditor affectuum intellectus, paraſituſque cupiditatis, grata libenter dicit, & ad guſtum blaterat.

*Cap.56.* Pro exactione finis gubernantur cætera illi ſeruien-

ſeruien



ſeruientia: quare peruertuntur, ſiue peruerſo, ſiue ſubuerſo illo, inter quæ iudicium eſt & ſcientia; quæ, dum ſeruit diuitiarum libidini, terrena à diuiniſſimo Iacobo dicitur; dum delectationi, animalis; dum faſtui, diabolica. Qua parte ſicut magneti contingatur, eò inclinat & reſpicit: ſic acumen intellectus eò trahitur, quà voluntatis contaminatione inficitur: nam affectus

*contage ſua palloribus omnia pingunt.*

Omnes colores arquatis videntur luridi. Sapienter Arabs dixit: Cùm nemo erit, à quo conſilium petas, ſi te ipſum adhibebis, fuge conſilium, quod proximum eſt cupiditati: nam cupiditas hoſtis eſt intelligentiæ. Sed & illud idem egregie: Socia eſt cupiditatis cæcitas. Magna inſtrumenta leui ſorde impediuntur: vnus dens in aliquo horologij rota æruginatus totum artificium impedit, motum retardat. Vndique terſa, ſplendida, alba voluntas ſit, vt quieſcat, ſuámque gubernet facilem lætitiam, ſcilicet, vt libeat, quidquid libeat, ſi benè libeat.

Dicas, quæſo, quo taxas pretio liberum eſſe, *Cap.57.* dominum tuarum actionum, imò votorum, grandi poteſtate; inter cæleſtes honores centuriari, Regem eſſe, ſi mundi non credis, ſaltem tui ampliori dominatione? Cur viliſſimo pendis honorem, commodúmque illud, facilè te dedens paſſioni, acerbæ tyrannidi? Fingamus præmium libertatis propoſitum brutis, libertis propterea ſolùm ad opinionem indolis. Propone leoni, aut equo, oblatum libertatis æqualis ac

 humanæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

humanæ priuilegium, iſta lege, vt impetus ille mitificet iræ, hic cupidinis. Moderatum pretium non negarent, ſiquidem illud exactum, quod vltrò exhibendum. Gratis homini ratio, libertaſque data: ſed ipſe rationalis vendit, pro quo irrationabilia mercarentur, pro furore, pro libidine; æmulatur opprobrium brutorum exauctoratus ingenuitate ſua; emancipatus diuina cognatione & familia. Quidni? Mancipatus mancipijs fortunæ.

---

## ASCESIS II.

### *Paſsio paſsione non eluenda.*

Cap. 58. VErùm iſta affectuum expiatio ſit, & ſingulorum, & omnium. Non ſatis eſt mitigare perturbationem, niſi id fiat, non perturbatione. Multis auaritiam ſatiauit fames honoris: aliis libidinem extinxit ardor iræ. Adoleſcens Terentianus flammas Cupidinis iracundia domuit. Diuiſa eſt mali potentia: adeò peſſimum ſingula mala ſunt, vt ſe non tolerent, ſibique repugnent. Vitia aliena ferre non poſſunt vitia noſtra: ſic & propria grauia ſunt propriis, fortiora infirmioribus. Superbus odit alterius ſuperbiam, non odio ſuperbiæ, ſed amore: quia ipſe ſuperbus eſt, ſuáque ſibi viſus eſt impediri ab alio gloria: quia diligit ſuperbiam ſuam, odit alienam. Sæpè non tam amor virtutis, quàm zelus vitij,



vitij, male de vitiis meretur. Ita eſt: vitia ſua ipſe odit vitioſus amore vitiorum, ſed maiorum. Aliquando, inquit pius Guigo, diſplicet malum ſine mercede boni: ſed mala diſplicentia eſt etiam mali, vbi bonum non placuit. Succumbis, niſi cum virtute vitium domes. Veriſſime illud Arabicum: Non vincit, ſed vincitur, qui malum malo vincit. Tunc indicium certum non democratiæ paſſionum cor occupari, ſed monarchia peſſimi alicuius affectus, &, vt ſuo nomine dicam, tyrannide. Tam validum tunc imperat vitium, vt ſeruiant, cedántque ipſa vitia.

In hanc tyrannicam potentiam inſurgit aliquando aliqua affectio: quia ſine pacto & fide vitia inter ſe ſunt. Singula ſeorſim, ſuæque legis, ſui ritus, nec vt virtutes in fine fœderantur. Ad certandum non proponitur ſcopus. Singula vitia ſuum iter, ſuum terminum habent, ſuum præcipitium, ſine ordine ſunt, ſine fœdere, in diuerſa contendunt. Ita malum malo contradicit propter inordinatum incurſum, & vnius finis defectum, qui tamen eſt fœdus, fibulaque virtutum in eadem conſertarum linea, vt pretioſiſſimi vniones, in qua vnitæ, aut vnæ ſunt, aut vna, iuxta Apollophanem. Malum tamen, quia diſperſum, & ſibi non amicum, & virtuti eſt hoſtile. Via cuiuſque vitij ſingularis eſt, & ab alterius deuia, & à virtute auia: ideò licet inter ſe inimica ſint, ſeſéque faſtidiant, virtuti etiam diſſentiunt. Quare nihil de virtute meretur, qui vitio vitium perimit. Sancta virtutis manu trucidan- Cap. 59.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur; feliciter, validè feriuntur. Virtutis virtus maior eſt & fortior, quàm vitij robur. Vna virtus duobus ſufficit contrariis: duos æmulos oppoſuit, obiecitque contra illam natura gnara virium boni, & mali: validiùs proptereà deſtruuntur, quæ virtus deuaſtat, quia robuſtior.

*Cap.60.* Interdum tamen fallimur, & ex ſpecie arma virtutis iudicamus, quæ ſunt vitij, quia pari perſonati vultu. Simium ſuum quælibet virtus habet, ſimile vitium ſimilia fingens, quod amico geſtu hoſtilia parat. Fortitudini temeritas, prudentiæ duplicitas, magnanimitati ambitio, blanda auguſtaque inſidiantur facie. Interdum ſpecioſiora vitia ſunt, ſi ad formam virtutis componantur. Larua ſpecioſior fit, quàm naturalis vultus choragi. At

*Quale caput eſt, ſed cerebrum non habet.*

Iſti formati, &, vt ſic dixerim, affectati affectus perſonæ dumtaxat ſunt: quia ſine ratione. Pulchra facies; ſed ſuperficies. Elegans caput; at ſine cerebro. Forma virtutis; ſed, quia ſine mente, quæ virtutem implet, & animat, inanis. Tota fraus, ſimilitudo eſt; nec aliter quàm Smerdes deprehenſus, quòd mutilus auribus fuiſſet; in eo virtus dignoſcenda, quòd integra ſit, germana, aurita, obediens omninò rationi, vndequaque quadrata, conſtans, ſtans poſt omnem iactum & iacturam. Nullum Regem ſui fecit, nullum beauit, niſi integra virtus, cui ſolum fida felicitas eſt.

*Cap.61.* Dignoſcere ſubtiliter affectus prauos oportet,



tet, ne ignoſcamus, nec ſpecie probabili cætera pericula nobis creemus. Imbuti Amyclarum ciues dogmate Pythagorico, cæde abſtinentes animalium, ſerpentes ſuæ paludis non occidebant, à quibus mox deleti fuêre: ita, dum vna cupiditate abſtinentes alteri indulgemus, hanc non ex virtute veniam, ab ipſis cupiditatibus delebimur. Si ad tempus componuntur, & miteſcunt, nulla eſt fides: cùm minus putes, ſe explicant. Quidam Ægyptius inſtruerat ſimias ad chorum, adductiſque ad ſaltationem perſonatis quiſpiam ex ſpectatoribus obiecit nuces, ad quas repentè illæ procurrentes chorum & modulos reliquerunt cum riſu; pro chorea, rixa conſerta nucum cauſa: ita ferij interdum, concinnique affectus aliquandiu videntur; ſed tandem neſciunt ſe diſſimulare, (hoc etiam ſtultitiæ debent,) harmoniámque animi commutant in tumultum, prout libidinis opportunitas prouocauit.

Argutè à Simplicio appellatur ambitio, *χιτὼν ἔσχατος*: etenim illam vltimò exuimus, poſtrema eſt vitiorum tunica, affectuum ſubucula, intimiùs adhæreſcit animo adhuc cæteris malis ob ipſam depoſitis. Opprimit alia vitia, vt credas eximiam virtutem: ſed egregiè eam dixit Bleſenſis charitatis ſimiam. Totus tamen zelus malitiæ, profectus ſui eſt: ad ſummum opprimit vitia, non perimit. Duo mala ſunt, dum malum ob malum deficit. Domeſticiora & præcordialia, fortaſſe chariora, vitia victa ſunt, quæ non tam reprimuntur, quàm recluduntur, & victor *Cap.62.*

 vitium

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vitium inſolentiùs, aſperiuſque inſurgit refrænatis reliquis, vt quod omne ius vſurpet. Cæterùm & prauos alios affectus, non tam repellit à corde, quàm compellit in cor: non liberat illis animum; ſed illos incarcerat in animo, eorumque apertas actiones dumtaxat cohibet: namque, qui ob reuerentiam, non virtutis veræ, ſed nartatæ, re non ſcortatur; obſcœna non ceſſat, turpiaque cogitatione tractare. Quin nec magis impugnat aliis malis, quàm ſibi, hæc gloriæ cupido: plerumque ſe deuicit; ſed, vt exurgat, adunca affectatione in ſe reflectitur: ſummittitur, vt attollatur: dum in caput ſuum videtur ſæuire, recentibus vt hydria pullulat. Itaque extinguere affectum affectu, excitare eſt. Canem fugitiuum ligat lactibus agninis, qui compeſcit cupiditatem cupiditate. Si forte infirmior cohibetur, efferocit pollentior: non eſt effundere venenum; ſed transfundere, & ab vno in alterum transmittere calicem. Æque ex vitro, atque ex auro, virus viſcera ſubit, & contaminat. Parum refert in auro cupiditas ſit, an in alieno poplite, obſequio, opinione; nomine, inquam & fama, fragiliori re vitro: vtrobique præcordia mordet, & pungit. Aliud eſt abiicere affectus, aliud mutare: aliud commutare paſſiones, aliud mercari virtutem. Ne ſimus trapezitæ cupiditatum; ſed emptores iuſtitiæ & honeſtatis. Siue auarus, ſiue ambitioſus ſis; cupidus es, & ſufficit fortunæ; ſatis eſt miſeriæ.

*Cap. 63.* Quid agis? Ex vno affectu adimis, alteri addicis.



Quò tuam tibi plus adimis pacem, deiicis quietem, & ſaginas hoſtem robuſtum, vt licentiùs rationi ſit rebellis. Pacatius regnum eſt, tutiùſque tyrannide, cùm Primates æque, & mediocriter pollent. Cùm aliquis nimis eminet, imminet, nec ſine ſuſpicione affectationis cauetur: ita cùm omnes affectus mediocres ſunt, minùs periclitatur regia auctoritas rationis: at, ſi ita vnus emineret, omnium in ſe viribus collectis, facile ſuo illam expelleret ſolio. Robur vnitum in vno violentiùs cædit, quàm per cæteros diſſipatum, qui difficulter fœderantur: licet enim contrarij ſint rationi, ſunt & inuicem. Itaque oportet non ſolùm partem ſecare cupiditatis; ſed omninò extinguere. Fera vulnerata ferocior eſt: interdum mutila cupiditas violentiùs trahit, valentiùs ſæuit: qui caudam dumtaxat viperæ calcet, in maiori erit diſcrimine: niſi totam poſſit ſtringere, præſtat nihil: læſa acerbior fit. Hoc contingit, ſi cum virtute non reſiſtimus, quæ omnibus reſiſtit malis; quæ, cùm vnam cædit cupiditatem, cædit omnes: at, quando non à virtute cæditur affectus, ſed ab alio, & cupiditas vapulat cupiditate; nihil aliud fiet, quam cùm leo cauda ſe verberat, vt irritet. Omnes cupidines cadant valida virtutis dextra. Æneates ſibi ex oraculo perſuadebant, fore, vt amitterent patriam terram, ſi particulam largirentur: ita, ſi deficimus in particula cupiditatis, ſi vnum remittimus affectum, laxatur tota cupido: ſi ad tempus ſopiatur, mox recreabitur: ſi fuges, redibit.

Qui cupiditatem alia pellit cupiditate, eandem pæne pellit: ſi deleantur omnes præter vnam, & ab vna ex homicida renaſcentur.

Cap. 64. Ad exemplum huius ſcenæ narrabo antiquam apud Iapones hiſtoriam. Duæ in illo imperio præclaræ familiæ erant, quæ in ſe factiones regni traxerant capitali odio æmulæ, iugi ferro & igni diſſidentes: hæc ſunt, clades, cruor, bella, peſſimæ radicis æmulationis poma. Semel accidit, periiſſe omnes alterius familiæ, nullo niſi infante quodam ſuperſtite, cui hoſtilis furor indulſit: ſed adultus reſtaurauit ille ſolus odia, totque comparauit vires, tot copias coëgit, vt ſuorum ſine miſericordia cædem vindicaret, trucidatis omnibus contrariæ familiæ, & factionis æmulis, ſuperſtite nemine, ſiue adultorum, ſiue infantium, ſiue virorum, ſiue fœminarum. Doctus miſericordia ſui, immiſericors fuit. Nouerat multorum mortuorum vindictæ ſufficere vnum viuum. Idem in animi republica puta, vbi vitiorum, virtutúmque familiæ æmulis ardent factionibus: aliquando pluribus vitiis deletis, ſi erga vnum benigni ſimus, hoc vlciſcetur alia: delebit virtutes, non plures, ſed omnes. Quare, oportet ſecuritati noſtræ cunctos ſiniſtros trucidare affectus. Athalia omne ſemen regium mactarat: ereptus ſolum infans Ioas eam ſpoliauit regno cum vita. Quid intereſt vnus ſolus affectus reſtet, ſi hic vindicet cæteros? Quid intereſt, deficiant, ſi fortè deficiunt paſſiones, cùm vna ſufficiat miſeriæ? Quid refert, ſint pauci hoſtes, ſi



ſi ſunt plus valentes? Numerum potentia compenſat, aut excedit.

Sola virtus pacificat & explanat animum: nihil illum æquabilem, niſi ratio facit; eundem in diuerſis; vnum in omnibus vitæ caſibus. Quidam, vt Cimbri, labores belli ferent hilariter, ægritudinis ægre: contrà alij, vt Græci, tolerabant humanè morbum, peſſimè hoſtem. Niſi virtus firmet, adhuc inconſtans eſt ipſa conſtantia. Idem animi tenor, ſi ex bono eſt, vbique eſt. Totam per omnes modos virtutum choream vna ducet; perinde vt in harmonicè aptata cythara, ſi vnam ſolùm tangas fidem, cæteræ reſonant: ſic in animo temperato, motus vnius virtutis cæteras opportunè commouet; vni omnes, ſiue reſpondent, ſiue concinunt. In ſonitu vnius fili harmonia non conſtat, omnes debent chordæ conuenire: ita omne opus, omnis patientia reſonat virtutum, cuius ex multis, ex omnibus, & vbique ſymphonia amœnat. Cap. 65.

---

## ASCESIS III.

### *Conatus, & impetus ad bonum.*

IAm ad inſtrumenti vſum pulſus ſpectat, quæ re gubernandum vt. Ob huius imperitiam pereunt non pauca artificia. Ducturus pictor ſubtiliſſimum filum, ſi apprimat penicillum, lituram, non lineam producet. Lapidarius politurus Cap. 66.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

turus petram, ſi toto lacerto inſligeret, infringeret potiùs. At, ſi faber lento & molli malleo dumtaxat lamberet incudem, & non cæderet pleno robore & halitu, nunquam ferrum cederet. Huius generis voluntas eſt, robora exigit, ſpiritusque.

*Nullum eſt præſtantius vitæ viaticum, quàm audacia.*

Οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίῳ.

Animus, vis, audacia, commeatus virtutis, atque felicitatis eſt; non diuitiæ, voluptas, faſtus. Hæc potius viatica miſeriæ. Conſentit Menandro Ioannes Geometra:

*Homini enim bene audenti, etiam cælum peruium eſt.*

Ἀνδρὶ γὰρ εὐτόλμῳ, καὶ πόντος ἐστὶ βατός.

Nihil inuium eſt animo forti & audenti. Deambulat, iuxta Euripidem, virtus ſuper labores, ferreoſque interdum affectus tractat nequit, aut delicato pede ſupergredi, aut molli dextra aggredi. Omnium pretioſiſſima res, libertas eſt: qualis libertas ſui erit, felicitas inquam? Quid mirum, difficultas pretium commendet, ſi vigor felicitatem? Vis materiam virtutis præparat, ſubigitque, & pinſit ſuam aſperitatem.

*Cap. 67.* Non imperitè Muſonius, omnium difficillimam artem felicitatis dixit, difficiliorem medicina, muſica, & mechanicis. Cæterarum diſciplina eſt innoxia, & inculpabilis, ſine pugna, ſine contrariis, ſine oppoſitis moribus, ſine auerſantibus habitibus ars virtutis cum conflictu eſt. In aliis artificiis materia reſiſtit: hic & artifex ſibi obeſt, & conſuetudo impedit. Quid? Ipſa præcordia male ſana & aſſueta repugnant: affectuſque non tondendi, ſed eradicandi. Annoſam quercum



quercum ſine vi non euelles: cum ſtirpe eſt, quod intus repugnat, &, vt S. Ennodius ait,

*Viuit medullis, quod meat:*
*Turbantur alta viſcerum.*

Extirpatio ſui ſine valentia non fit, quia non ſine violentia. Vis deſideratur, & iuxta Pſeudo-Xiſtum, infinita: quod credo in mollioribus libidinibus cum religione dictum, & non ſine Philoſophiæ venia: namque & momento perimendæ ſunt, & fortiſſimæ ſunt æmulæ. Nec calor momento ſuperari poteſt, iuxta Phyſicorum placita, niſi aduerſariæ qualitatis vis infinita ſit. Paucioribus confligens copiis, non vincet, niſi valentioribus. Non totus tu pugnas pro te, ſed dimidium tui. Conatu ſupplendum eſt. Qui duellum acceptaret hac ſuperba lege, vt vna manu dumtaxat dimicaret, æmulus cum vtraque, inſolentis oporteret eſſe roboris. Quid, ſi aduerſus plures vnus ſolus alterius lacerti mutilus? Cupiditates infinitæ ſunt; tot hoſtes habes ſine laſſitudine pugnaturos: etſi ſingulæ infirmæ forent, numero ſunt robuſtiſſimæ, importunitate moleſtiſſimæ, & cæterua ſua te vincent, & proterent; niſi validè, diuque (neſciunt inducias) obſtes.

Vt vrbs expugnetur, quot machinæ, quot *Cap. 68.*
copiæ, quot ingenia, quot arma? quantò maius eſt ſui potiri, quàm rerum: plus eſt ſe inuadere, quàm vrbes, quàm orbes, quod non ſine vi fiet. Potentior tibi hoſtis es, quàm hoſtilis Xerxis exercitus; expugnatu difficilior caſtris turritis, præſidiis, & cinctis triplici muro vrbibus. Quot expugna-

expugnatores vrbium fuerunt, qui ſe non potuerunt, non dicam, expugnare, ſed propugnare; ne dicam dominari, ſed tueri, quia nec tueri? Quare, fortior eſt, qui dominatur animo ſuo nulla voluptate captus. Is ὄντως ἀνδρεῖος eſt, inquit Ælius Ariſtides, quem expugnatori præponit vrbium homo ethnicus: hæreditaria ſuperſtitione, Eudæmonis filius fuit, Sacerdotis Olympici Iouis; ſed religioſe interpretatur Salomonem: ὁ γὰρ τοσοῦτον κρείττων τῶν ἡδονῶν, ὡς τὰ [illegible] αὐτῶν, πῶς οὐχ οὗτος ἐστὶ τῷ ὄντι ἀνδρεῖος, καὶ σώφρων, καὶ καρτερικός; Τείχη μὲν ἔστιν [illegible] πολλάκις ὑπὸ φαύλων, καὶ [illegible] οὐδὲ [illegible] ὑπὸ δὲ τῶν ἡδονῶν πολλοὺς καὶ τοὺς πάνυ ἀγαθοὺς ἄνδρας κατειλημμένους ὁρῶ. Quantò præſtantior mens ſaxo, tantò præſtat expugnare ſe, quam vrbes: quantò melior animus corpore, melius eſt vincere ſe, quam alios. Aliena victoria hoſtium dumtaxat domat corpora, non animos, qui eò plus efferati, indomitique ſunt, quia videant domita corpora ligno, ferroque adſtricta: at victoria ſui ipſum ſuperat ſuperiorem mundo, cæloque animum. Vulgares, vileſque viri cepêre ciuitates clariſſimas: ſed viles voluptates viros clariſſimos. Plurimi ſubditionem ſuam oppida, metropoles, regna fecêre: pauci, ſatoque ſemetipſos. Ad hæc, vt Vrbanus ſui nominis quartus, Maximus Pontifex, eleganter dixit: Cùm quis contra populos, vel vrbes decertat, totus ſimul interior, & exterior homo certat, totus ſimul pugnat: at, dum contra ſe, non totus, ſed minor

*Is, qui tantoperè voluptatibus omnes contempſit, vt earum nulla ſit captus, is verè fortis eſt, temperans, & patiens, cùm vrbes ſuperauerit, quibus multa videremus, à vulgaribus hominibus capta ſint, voluptatibus contrà multos etiam clariſſimos viros ſuperatos vidit.*



nor quàm dimidius dimicat. Quidni? Dimicat vt inermis: ſed, quid mirum, ſine armis, ſi ſine ſe? Igitur non molli & ignaua manu, qui pro ſe militat, tam minima ſui parte repugnet, pugnétque.

Cap. 69. Illud conſiderandum eſt ad exemplar virtutis, quanti robur prœbeant Ethnicis in Alcide, eccleſiaſticis Sapientibus in Samſone. Illi, cùm egregiam nullam probitatis formam habuiſſent, propoſitam finxêre robuſtiſſimum virum, incredibilibus inſtructum viribus, per omnem violentiam verſatum, per omnem cruditatem coleſtiam, vſque ad cæli patientiam, quod vicario ſuſtinuit humero: namque hæc maxima virorum probatio, ſuſtinere etiam ipſum Deum. Atqui hanc vim omnimodè neceſſariam, non in artu corporis, ſed in arte mentis; non in lacertis, ſed in virtutibus; non vt habeas, ſed vt adhibeas. Iam habes; voluntas eſt. Quid neceſſe eſt? Velle; quod rarò benè habes, rarò generoſè. Omnis palma tui, eſt animoſa bona voluntas. Nullum ſine huius bonitate bonum habebis, hoc eſt, facies. Habes, quod laboras, quod ægre, quod vi facis. Non veniunt gratis magna bona, potiùs veneunt. Nummus, aut angor, aut labor eſt. Hoc Dei commercium, ſuo labore, iuxta Epicharmum, vendentis bona. Aude, aggredere, conare, &, prout valuit Fabius, incurſu auerte aciem, non minutis vulneribus, impetu, non ſubtilitate ſolùm adductus affectus pugna. Meticuloſi terga vertentes magis expo-

nunt

nunt ſe diſcrimini auerſi, apertique, cùm non aliud telis obiiciant, quàm tergus, ignauiorum clypeum. Plures ſolent cadere in fuga, quam in pugna. Duplicat aduerſarius vires, qui ſecurus de ſe reſtaurat impetum maiorem: vires antea diuiſas, attentas etiam ad defenſionem ſui, colligit ad offenſionem hoſtis iam pluſquam exermis quia fugientis. Quare, non ſolum honoratior; ſed etiam ipſis victis ſecurior eſt pugna, quam fuga. In curſu licet reluctetis, hæc libertatis meæ vis eſt, poſſe te cogere: hoc tui arbitrij ius, te neceſſitate, ad victoriam, ſcilicet, ſi ad pugnam. Maxima coactione & violentia opus eſt in iis cupiditatibus, quæ magis alienæ ſunt à ratione. Qua parte conſentimus belluis, eodem nobiſcum gerendum modo. Ratione non flectuntur? compellantur. Admittit & vim virtus, & gloria libertatis. Subibit, ſi non per vim, ſaltem cum vi amara. Hanc vim præcipuè aduerſus mala, & in malis commendo, quæ rationi minus parent. Ad bona Dux eſto, ad mala miles: nam proſpera mente ſunt regenda, aduerſa manu vincenda, aut toleranda. Felix ille, qui bonorum rector, malorum impugnator eſt.

* * *

ASCESIS



## ASCESIS IV.

### *Diligentia de bono.*

CÆterùm & artes ſunt plura exigentes; nec contentæ induſtria & robore, diligentiam apponunt. Iners induſtria cum incuria eſt: debile robur cum torpore. At, cui magis debita ſollicitudo eſt, quàm virtuti totam ſollicitaturæ vitam? Cui magis cura obnoxia, quàm omnia curanti? In ea præcipuè te cura amanda eſt, quâ nihil curæ tibi adhibenda diligentia, vbi omnia negligas, te primum, ſi tibi prouidere vis. Cura virtutis eſt ſecura incuria, cura felicitas, procurata ſors, promiſſus caſus bonorum, quæ piger fugit morando. Proximum eſt, vt nunquam facias, quod in proximum vis facere. Modeſta repulſa, procraſtinatio eſt. Nobis ipſis vrbani ſumus, & rationi aliquid boni flagitanti vrbanè denegamus. Non inquimus: Nolo facere. ſed, Poſteà, cras faciam. Damus verba, & nobis imponimus, vt miſeri ſimus, vt mali. Ipſa vota vecordi cunctatione damnamus. Sæpiſſimè fuit fortuna culpa noſtræ inertiæ. Aptè Bernardus Syluester inquit: Rarò diligentiam cum infortunio ſociabis. Diligentia, mater fortunæ in pluribus fuit, ſiue, vt ſic dicam, quædam altera, & factitia fortuna: alteram dico, non ſecundam; quia, quòd fida ſit, melior eſt; & quia præuenit, prior. Eſt quædam manualis proſperitas, eſt præcox & anticipata ſors. Cùm om- *Cap. 70.*

N nium

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nium rerum velociſſima fortuna ſit, præcurrit illam diligentia: priùs interdum donat, quàm fortuna muneret: & neſcio, an dicam fortunam, ſpuriam diligentiam; an diligentiam, legitimam fortunam.

*Cap. 71.* Id ſaltem nemo negarit, addere fortunæ non quid leue, addit dignitatem, addit, vt ſic dixerim, mentem illi, quæ bruta etiam à ſapientibus diffamatur, cum pro voto & ex conſilio ſit. Non aliud deeſt fortunæ ad ſui reuerentiam, quàm quòd non ſit in humana manu: iſtam calumniam diligentia expiat. Addit & lumina excæcatæ fortunamque iuxta illud Plautinum,

*In occipitio quoque habet oculos.*

Faſtuoſum illum, falſum tamen, fortunæ titulum, quòd omnia ſibi ſeruiant Reginæ omnium, iure vſurpat: nam diligentiæ ipſa ſeruit fortuna. *Omnia ſunt mancipia diligentiæ.* Verius itaque Antiphanes ait: *Τῇ ἐπιμελείᾳ δοῦλα πάντα γίγνεται.* Quid aluit Damnis Martiam felicitatem, an militaris peritia, an robur (illud hoſtibus maius.) Peruigil, indefeſſaque ſolicitudo. Fortunam ſibi, priuſquàm hoſtes, ſubegit. Non aliam felicitatem, quàm diligentiam nouit: felicior, qui fecit felicitatem, quàm qui reperit.

*Cap. 72.* Si ad fortunam caſu occurrentem vigilia valet, quantùm ad virtutem valebit ſoli obuiam conſilio? Inſomnis opilio pro pecude pernoctat: cur pro felicitate non expergiſcimus, niſi quòd damnis noſtris, aut inutilibus, diligentes ſumus, voluptati, otio? Quemadmodum canis illa fabri in



in Apologis Locmani, vetuſtiſſimi Perſæ, quam malleorum ſtrepitus è ſomno non excitabant, & ad dentium ſonitum & maſticationem, cum comedebat, euigilabat ſtatim. Reſpice aulam: tot Argos, tot Briareos inuenies, quot ambitioſos, oculis, & manibus vberes, vt nutus Principum diſtinguant, vt ex vultu, velut ex tripode, augurentur oracula cupiditatis, tranſpiciant guſtus, aras adulantium, & officio præcurrant iuſſa. Præcipua aulæ, id eſt, adulationis, ars, diligentia eſt. Nequis aliter Deo placere, nequis tibi. Inertia enim primùm ſibi grauis eſt; & præter ignauiæ non prouiſum damnum, ſua ſe mulctat prouidentia. Qui voluptatis cauſa deſes eſt, is, ait Thucydides, confeſtim deſidiæ ſuæ iucunditate, præterquam quòd ſegnis ſit, priuabitur.

Deſident importuni cicadæ modulis in æſtatem, at in formicæ operas. Succedit hyems: illarum otium fructificat mediam; harum ſolertia copiam, quibus inopia cum diligentia fuit annona, fuit fortuna, fuit fortunæ. Beſtiolæ, quas miſellas, deſpectaſque natura fecit, quas innoxias damnauit hyemali ergaſtulo, quas viuas ſepultura denegato (qua ſolùm auaritie cum mortuis viuitur) victu, ipſæ ſibi carcerem in horreum mutarunt, hypogæum in triclinium. Vna omnium animalium formica diues eſt, habet, poſſidet, conditque. Aliæ in diem victitantia pauperrima ſunt; ſcilicet, portionem prouidentiæ natura ſuæ in illarum diligentia delegauit: ſic fuit de illis ſolicita, quòd ſolicitas fecerit. Plus pro illis cu- *Cap. 73.*

 rauit,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rauit, quòd curas cum illis diuiſerit. Ita etiam ſæpe fortuna partem ſui iuris cum diligentia partitur.

Cap. 74. Confer apem, & pauonem. Quanto iſtum ſtudio natura compſit, quàm negligenter apiculam? Vix formauit: auara materiam dedit, exiguam diſtribuens, diſtracta, & quaſi ſui oblita ſpeciem contemptibilem poſuit, non diſpoſuit. Sed aufer e mundo pauonem, quid amittemus? Aufer apiculam, quanta aufertur vtilitas, guſtus, lucis, valetudinis, & menſæ, & aræ? Diligentia ſua negligentiam emendauit naturæ, pretioſiorem ſe faciens ſpecioſo alite. Quid miraris? Studio proprij laboris, ſtudium alieni ſænoris vicit; hæc ſatis prælata, quòd ſtudioſa facta. Ad has te iure remittit parœmia beſtiolas, imbuendum diſciplina vitæ. Abeſt communibus voluminibus exemplum apis; ſed illuſtre eſt, dignúmque, non modò huic chartæ, ſed pectori ſtricto inſerendum. Eleganter Sapiens ait: Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε, ὡς ἐργάτις ἐστὶ, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε, καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται· ποθεινὴ δ' ἐστὶ πᾶσι, καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενὴς, τὴν σοφίαν τιμήσασα.

## ASCESIS V.

### *Bonum debet eſſe continuum.*

Cap. 75. VErùm poſt curam, vt efficiamus ſecuritatem animi, oportet ſecuram facere, & conſtantiæ neruo vincire: nec enim periti artificis eſt, opera cadura facere; ſed fundata, æterna. Magnum pretium dat rebus diuturnitas. Vitrum ſi ſecuritate æquaret aurum, pretio ſuperaret. Sæpè pretioſius, quod in rebus eſt, tempus eſt. Antiqua artificia antiquiùs habentur. Dignitas eſt durâſſe: erit & poſſe durare, nec facilè infringi. Integros animos reddit virtus. Ipſa res integra, res vitæ, non horæ, non diei, quæ cum Sole occidat, aut cum Sole non oriatur; interdiu, & noctu, vbique & locorum & temporum amanda, quæ adhuc in exitu inchoat; res perpetui initij eſt, ne offendat finem; perpetuò naſcitur, ne vnquam occidat. Nulla dies ſine linea, quantò magis ſine puncto? Ego mallem, nulla hora, nullum punctum ſine virtute. Res continua eſt: fruſtra fiet, ſi per fruſta. Ex fracta patera non aleremus vitam; cur ipſam vitam infringimus? Idem velle, idem nolle, eſt ſacramentum ſapientiæ: nec enim niſi ad rectum vnitas voti reperitur. Vitium diſpergitur. Continuam complacentiam ſuſtinere, non niſi honeſtas valet. Hoc peſſimum malum habemus, mutare mala, variare vitia, non ponere cupiditates, ſed tranſponere: alioqui vel vitij tædio citius boni eſſemus.

Nemo in bono ſtare poteſt, qui non progre- Cap. 76.
ditur. Baſis diuinæ imaginis, virtutis dico, proceſſus eſt. Vt ſtet immota, promoueatur. In conſtantia collocatur illud Dei pulcherrimum ſimulacrum; nec ibi ſtabilietur, niſi per continuam progreſſionem. Faciliùs fatigatur, qui diu ſtat,





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quaſi qui interim ambularet. Rectitudo humani ſtatus, & figura conſiſtens greſſu potiùs, quàm ſtatu conſiſtet abſque ſede. Specta ſtructuram humanam: tota in anteceſſionem componitur. Commodiùs artus compacti ſunt ad progrediendum, quàm recedendum: ire vlteriùs, non receſſim, voluit diuina mens. In hoc rerum caducarum, fluentiúmque alueo retrahemur impetu decliui, ſi antrorſum non tendamus, imò contendamus. Sufficit, vt te inurnias retrò abſque alia diligentia, aut negligentia tua, dum in amnem non procedas, & fluctus impugnes. Adnatare ſemper eſt opus, ne redacti, reuolutique vnda abſorbeamur. Dignata eſt Sapientia cæli aliquando conſentire ſæculari in hoc veridicæ, & non ſtultæ, fatigatos ex virtute, damnandóſque ad exteriores tenebras, ad fletus, ad ſtridentes mugitus, obiiciens manibus & pedibus obligatos: ſcilicet, inertes, ineſficacéſque ſtatuit, aut deficientes, qui non profecti, nec ad vltimum virtutis ſunt egreſſi. Hoc ritu narrat Plato Ardiæum ſæuire: vbi nec oblitus tenebrarum exteriorum, & fletus, & ſtridoris; addidit aliam cæremoniam, quam non expreſſit noſter Magiſter IESVS, non iam neceſſariam ſplendente ſua diuina doctrina, quòd etiam obligato capite proiiciebantur ignorantes ſignans. Nunc nos malitia plus damnat. Non viderant Ethnici finem virtutis, & tamen procedere iubebant: quid nos libero lumine, propoſita certa meta, aut torpemus laſſi, aut moramur



mur claudi inæquali greſſu; nunc recti, nunc declinantes; iam boni, iam peſſimi; heri ſtudioſi, hodie maligni? Sanitas animi non laborat tertiana febri, vt frigeamus, & caleamus; vt alterna ægrotemus luce. Non computat virtus atros dies, non eſt bicolor.

Sapiens eſt, qui neſcit numerum: vnum ſe ſtabiliens vbique; licet minùs ſit vnus, quàm plura. Plus eſt eſſe vnum, quàm multos. Magnitudo viri vnitate conſtat. Magnus eſt, qui non eſt multus, non varius. Megaricæ factionis celebre fuit placitum, id bonum duntaxat eſſe, quod eſſet vnum. Conſentit & aliud Pythagoricum, vnitatem ſpectare ad bonum, ad malum diuerſitatem. Satis plura facit, qui ſemper eadem. Aſſequitur nulla, qui ſequitur cuncta. Id ſis hodie, quod benè heri: id cras, quod hodie. Vnum impediunt plura: ad plura vnum confert, imò ad magna. Non eſt Geometræ magnitudinem taxare virtutis, ſed Arithmetici; cùm continua res ſit; non cubitu, nec pertica metienda eſt; ſed numero, ſiue vnitate potiùs. Magnus eſt, qui vnus, qui idem eſt ad æmulationem diuinam: *Cap. 7.*

*Sic Deus eſt magnus, de ſe valet, & manet in ſe,*
*Cui ſummum & proprium eſt, ſemper id eſſe,*
*quod eſt.*

Iſtam teſſeram Diuinitatis, quam Proſper commendat, vſurpat etiam virtus, cui nihil præ conſtantia conſentaneum. Quid obiicies difficultates & ardua paſſim occurrentia? Fateor, paſſim offendi, quibus offendamur; ſed ſtultè ſiſtimus:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

id ipſum, quo pigritamus, nos eitat. Nihil nos ab actione magis arduum arceat, quàm aurificem aurum, ſculptorem abies, quam viſurarium à mutuatione indigens. Anne propterea deſerenda ars, quòd materia ſuppetat artificij? Materia virtutis difficultas eſt: quid quòd difficilius quidquam occurrat, vt obinde deſiſtas? Præſtantior materia inuenta eſt. Nunquam vidi artificem opus faſtidiiſſe, quòd precioſius metallum viderit: nobilior materia virtutis difficilior eſt. Dura, difficiliaque ligna ad cathedram, vel ſtatuam ſeligit faber, quamuis magis laboret: cur ad ſedem felicitatis, ad ſtatuam Diuinitatis recuſas difficilem materiam, cùm tui copia operis ipſa difficultas, labórque ſit?

*Cap. 78.* Nihil igitur iuſtè impedit continuam virtutis gloriam; iuuant multa. In primis ipſa continuatio, quæ maximè materiam præparat, ipſas difficultates leniens. Verè à Sanio dictum, eligendam eſſe vitam bonam, gratam conſuetudine fieri. Quid? Ipſius dolendi mos gratus eſt. Mœror diuturnus, voluptas familiaris ſæpe euadit. Maligni animi eſt, queri de natura, quòd cùm actionibus corporis præſentem voluptati mercedem donauerit, ſalubres mentis functiones in difficultatibus locauerit. Non reliquit ſine ſua, & maxima voluptate virtutem, ſed cum augmento id fecit. Corpori morituro voluptatem ſimilem diſtribuit, ſenſilem, moribundam, in ipſo ſuo natali expirantem, deficientem, quò plus procedit. Quò plus comederis, minorem capis guſtum,



guſtum, donec faſtidias, & ipſa fit acerba voluptas: animo tamen æterno vitalem dedit & orientem ſemper, quò plus diminuit, iucundiorem. Vſu naſcitur, conſuetudine augetur, & annis fit perennior.

Præſtantiſſima præterea naturæ commiſſura, ſupplementumque, conſuetudo eſt. Si in aliquo peccauit communis genitricis pietas, reſarcit hoc remedio. Mutatoria, voluntariáque indoles fit aſſuefactio, per quam in illa te compones, quæ velis. Hanc maximam liberalitatem ſuſcepimus poſſe pro guſtu mutari, aut componi. Mater amantiſſima non vnicâ veſtem vnigenito dat, plures largitur, vt mutare poſſit: ita nos benigna parens natura, non vno adſtrinxit ingenio; dedit, vnde mutaremus, & mutaremur. Non tantùm illi debemus, quòd nos dederit: ſed quòd dederit mutatorios. Multùm dedit in hoc, quòd poſſemus recuſare, quod dedit; quòd poſſemus ponere nos, mutare nos, alios effici, meliores, inquam, &, velut veſtem, exuere genium. Quantùm ad bonum præſtat conſuetudo, collige ex quo pollet in malum. Faciet homines meliores, quæ poteſt facere alios: nempe, homines faciet viros, quæ poteſt facere belluas. Sardenſis quidam, quemadmodum narrat Aben-Ezra, elapſus à parentibus, in ſyluas ſe recepit, vbi ceruorum gregalis, eorum ritu diu vixit, manibus, pedibuſque gradiens, eodem veſcens pabulo; cùmque Inſulæ Rex cum aliis illum venaretur ceruis, reſtituturus parentibus, ipſum alloquentibus *Cap. 79.*

bus reſpondit nihil, nec vinum, nec panem appoſitum guſtauit, niſi herbam, donec parentum manus iterum euadens rediit ad ſyluam. Adeò conſuetudinis furore, quod horribile, inſulſumque, non modò in ſpontaneum, ſed neceſſarium pergit. Quid minus cedat conſuetudini rudis natura, ſi cedit ratio & politia? Tranſit in violentiam voluntas antiqua. Perindè vt voluntariæ vias abit in neceſſitatem legis, auctoritate temporis: ligat enim conſuetudo æquè ac promulgata, ſolemniſque ſanctio: ſic & in neceſſitatem naturæ tranſit. Repertus mos populorum fit ciuilis & communis lex: ita etiam ſingulorum naturalis & priuata. Quæ aliena ſunt, prædia, domus, vtenſilia, vſu facimus propria poſt legitimam præſcriptionem; indolem quoque alienam aſſuefactione appropriamus, & quoddam ius bonitatis acquirimus. Saltem conſuetudine iura in te acquirat Deus, præſcribat, & tui poſſeſſionem, vel vſu trade.

Cap. 80. Nemo præterea peritiam artis alicuius adeptus ſine vſu importuno; nec adipiſcetur virtutis gloriam, quandocumque opportunæ, ipſa ſua præcipuè importunitate. Archimedes perpetua figurarum deſcriptione vbique intentus ſui obliuiſcebatur, non modò voluptatis immemor, ſed vitæ, victúſque. Compellebatur à ſeruis ad miniſteria vitæ, plus illa patiens, quàm fungens. Violenter latus ad fouendum corpus vnguentis, interim digitis lineas per membra ducebat. Hoc contumaci ſtudio nec aduertit fatum, quod in arte



arte ſua expectauit. Ita oportet momentum vſque mortis præoccupare virtute, & vt huic vni intendas, nihil attendas. Quæ ſemel optima conſcientiæ vota nuncupaſti, ſempiterno conſenſu & niſu refecta; nec tibi verba des, ſed, vt pius Honorius ait pro honore piorum,

*Antea mors migret, quàm tua verba cadant.*

Antea è vita migres, antea tu cadas, quàm decretum vitæ. Eſt conſuetudo boni, fortis, nempe, iſte virtutum nodus, quoddam vitæ iurum. Pereunt antea acta benefacta, niſi nunc benefaciendo viuas, imò niſi pereas. Omnis ſalus eſt vita in morte, ſi ibi repræſentetur. Sequentium operum proceſſus præterita redimit, extremum reuocat priora, & raro ordine ſequuntur antecedentia vltimum: at remiſſio operis contra id ipſum, quod geſſiſti, peccat, & infeliciſſima potentia in præteritum valet; facta infecta reddit. Hoc agitur, cùm non agitur: non ſolùm in præſenti non agere, ſed pridem non egiſſe: adeò tota vita a momento vno pendet, à quo & æternitas. Sapienter illud Indicum à Megaſthene proditum præſentem vitam monet [illegible]. Conſentit ſapientiſſima Syncletica, & magnus Athanaſius. Eſt breue hoc tempus, ſtatio æternitatis, adoleſcentia æui, iuuentus immortalitatis. Peſſimè ad æterna inſtruimur, niſi per continuam inaugurati immortalitati iniquè mutationibus gaudemus. Confert autem ad hanc proceritatem, vt ſic dixerim, ſerium virtutis, ne ita operemur, vt qui mutuò dat, ſpe recipendi, quod amitti

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

admittitur. Sui conſcia malitia eſt; nec titulo propriò audet noſ petere integrè & palam: furtim, & ad præſens ſolicitat, pollicita breui recedere, & cura maiorem locum virtuti & reſtitutioni; deinceps iam minus importunam ſe promittens, vt immodeſti petitores id ſemper promittunt, quod nunquam implent, non amplius poſtulare. His ſeducimur inſidiis: ingreſſa ſemel ingruit, & contumacior fit.

*Cap. 31.* Paratum iuuat etiam eſſe, velut exercitus quadrato agmine ad pugnam componitur, cum hoſtis ignoratus vndique creditur, in promptu vndequaque & recentia habere omnia præſidia vitæ, egregia aliqua dogmata & decreta animi, quæ quotidie promulganda cordi ſunt: nam quotidie licet benè viuere; & oportet, ſi licet: quotidie poteſt malè agi; & caueatur, ſi poteſt. Galenus ſingulis diebus præcepta Samij ſenis recitabat ſibi. Hierocles ſcribit, legem Pythagoream fuiſſe, bis in die illa repetere. Diogenes manè iubebat præſtrui. Epictetus etiam ad ſingulas actiones. Ne moleſtum ſit repetere eadem, ſi iidem debemus eſſe. Semper placet eſſe bonos; placeant, quæ ſemper bonos faciant. Non ſit graue ſemel memorare, vnde ſæpè memorabilia oporteat, id eſt, bona. Vt benè ſemel loquatur Orator, & Sophiſta: millies legit, relegit Tullij, ut Demoſthenis fragmenta. Ipſe Demoſthenes octies manu propria tranſcripſit volumen Thucydidis. Non parum intereſt inter alimentum animi, & corporis: alitur enim ille,

quem



quemadmodum corpus: huius autem cibus conſumitur, & in diem ſeruit dumtaxat; alium cras quærere opus eſt. Animi verò nutrimentum, ſine conſumptione eſt; quare idem ſemper licet ſumi. Præcipuam tamen ad conſtantiam fidem faciet ratio; hac ſola duci, non opinione. Veritas, rectum iudicium, pacificata ratio, eadem ſemper eſt; qui eam ſequitur, idem erit. Saluus erit; velut filum Theſei per vitæ intricata impedimenta, & obſcuros calles ſecutus euadet. Opinio quid inſtabile eſt, nec vno, nec ſuo ſtatu manebit, qui eam reſpectet.

Oportet quoque plurimùm infelicia morum tentamenta vitare, præſertim faſtuoſa: hæc infauſta magis ſunt. Peſſimi ſunt arbitri morum honores, virtutis ſyrtes. Veriſſimè diffamati in hoc iam, ſine ſuo titulo inhonorati, quòd mutent mores. Qui immutabilis ſui, virtutiſque ſequeſter velit eſſe, & ambitionem, & ambitioſa oderit: ſuam mediocritatem amet, id eſt, non tantùm ferat, ſed defendat: negligat non modò cupiditates ſuas, ſed quæ potuiſſet cupiiſſe. Altiſſima rerum omnium victus odit alta: libenter amplectitur medium ſtatum, quæ in medio conſiſtit: amat modum, quæ omnia moderatur. Facetè mirantibus quibuſdam ſubitam cuiuſdam mutationem pridem humilis, modeſti, benigni, donec in Abbatem eligeretur, inde iam elatioris, rigidique animi, reſpondit: Quòd priùs demiſſo vultu incederem, erat, quòd Cœnobij claues quærerem; quibus nunc inuentis, me erigo, *Cap. 32.*

& cer

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& ceruicem attollo. Verùm hæc non fuit mutatio morum, ſed declaratio. Maius damnum eſt, quòd variet bonos mores, quàm quòd explicet. Sæpe plures modeſti, qui etiam inuiti prouecti fuerunt, in ipſa mox dignitate corrupti ſunt, indignè indoleſcunt & in ipſa declaratione ſatis variat, dum degeneribus indulget, & ſpeciem probitatis delet. Tam venerabilis eſt virtus, vt ipſi, qui eam corrumpent & manient, colant; & vt ſe imagine rei ſanctiſſimæ non peſſimos faciant, pluribus vitiis abſtinent.

*Cap. 83.* Denique ad opificium virtutis, nec tantùm violentia valet, nec induſtria erudit, nec diligentia ſatagit, nec vſus præſcribit; ſed fortuna eſt opus ſummo operi, vt ab ipſa etiam nonnullæ proſperantur artes. Aliquid vltra, & ſupra mentem, vt mens recta ſit, neceſſum eſt. Quid? Facimúſne virtutem famulam, cuius eſt domina? Nequaquam. Nec fortunam intelligo hanc apud vulgus diffamatam, vt cæcam, brutam, quæ fugit bonos, & quod dignis adimit, transfert ad impios, inconſtans, fragilis, perfida, lubrica: ſed præſentem illum Numinis fauorem humanis affulgentem actibus ſine conſilio, ſine voto noſtro. Diuinam itaque gratiam puto innocentiſſimam fortunam animæ: occurrit minùs præſumenti. Hoc eſt ingenium, iuxta Stagiritem & Nyſſenum, fortunæ, inopinis adeſſe. Monuerim hæc, ne putes, aut vi, aut ſolertia, aut cura, aut habilitate tua ad virtutem pollere. Sine gratia, aut hæc non erunt, aut erunt tanquam, aut peius quàm



quàm ſi non eſſent. Omnis honeſta actio, omne bonum opus, opificium eſt gratiæ ſolicitioris ope. Eleganter Hildebertus dixit: Officioſiſſima eſt hominibus gratia Dei, & velut in totum ſerata obſequium. Nihil ſine Deo, ánne & aliquid bonum? Omni bono adhuc minimo ſummum bonum præeſt.

Summam illam efficacem mentem adeò rebus negotioſam, etiam Ethnici putarunt, nihilque ſine ea fieri. Non ſatis vnam rati Deitatem tantæ rerum ſingularium ſuffecturam aſſiſtentiæ, per multas diſtribui hanc curam ſiuſêre. Heſiodus triginta Deorum millia in his occupat curis. Varro trecentos Iupitres enumerat, ſine alia Deaſtrorum turba. Cuique rei ſuum dedicarunt Numen, quia nihil, niſi à Numine. Quid ſuum Numen? Non niſi geminum: ſæpiſſimè multiplex. Infantiæ noſtræ Leuanam, Cuninam, Eduliam, Potinam, Vagitanum, Statilinum, Fabulanum, & alia ſexcenta. Suos quoque affectibus patronos Deos dederunt. Dederunt & virtutibus. Pudicitiam, Fidem, Concordiam, Clementiam, Deas adorarunt: quia nulla ſine Deo virtus. Hæc veritas mendacia plura conſecuta. Igitur modeſtiam animi ſeruare oportet, &, vt Diuus Paulinus ait, *Cap. 84.*

*Mentem Chriſto humilem, celſam ad faſtidia*
*mundi:*

atque omnes noſtros conatus irritos putare, niſi putemus. Sub nullam autem vigetur virtus, nullo vincitur ingenio, nullis fugit machinis, niſi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

niſi diuina porrigatur manus. Nihil facies, niſi nihil te putes. E cælo venit cæleſtis res. Omnia cælo debemus. Lux, dextera Solis manus, quæ officinam naturæ gubernat, è cælo eſt. Lac germinum tumentibus è nubium mammillis inde mulgetur, inde mulcebris calor, inde multiplex ille aſtrorum riſus ſalutaris. Non minùs pendet animus è cælo, quàm corpus; ſed cum diſcrimine: influxus corporis dimittitur per plenum: influxus animi per vacuum, cùm adhuc ſe exinanit. Hæc ſui vacuitas magnes fit diuini reſpectus, illex Diuinitatis, impatientioris vacui, quam naturæ. Ineſt Deus ei, qui ſibi deeſt: adeſt, ſi tibi abtus, vt Eunomo cicada pro filo, iuxta Pſeudoſis, Aſclepij preces. Sapienter propterea Barbarus dixit: Caput diſciplinæ, ſilentium; caput omnis intelligentiæ, delectio. Vnus eſt honos, cuius meritum ipſo pretioſius eſt. Videns Scapheus diſcipulum vehementer inflatum, veriſſima obiurgauit ſententia: Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ ἐστι, ἀλλ᾽ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Quidquid rectè fit, id magnum eſt, addo & glorioſum: at, quidquid magnum fit, non eſt ſtatim bonum, ſæpè vituperabile, rarò ſecurum. Ius ſecuritatis vindicat humilitas.

*Bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum.*

LIBER

---



# LIBER TERTIVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## LEMMA I.

*Iuuanda eſt voluntas ingenio.*

HACTENVS affluenti ſine ſobrietati, hactenus lautiſſimæ abſtinentiæ vires attemperauimus cordis potentis ſumma cupiditatis licentia, &, quod mirum eſt, innocentia, quod velit; volentis ſumma felicitate, quod poteſt, ſuum abſque ſquallore fortunæ tutari ſuum proprio marinum florem pacis, ſine timoris vepri, & voti omnium acutiſſima ſpina. Pollet amare voluntas, quod libeat; pollet & odiſſe, quæ nec metuat, nec cupiat diſſolutis fortunæ machinis, vel ſi in hoc ſe interdum violaret vltronea compulſione, ipſiúſque ſponſis conatu. Ad aliud iam (noſtro ſæpè ineptimus iudicio) officioſum illi organum animi componitiri veniamus, ſocium ſuę virtutis intellectum, *Cap. 1.*

O qui,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

niſi diuina porrigatur manus. Nihil facies, niſi nihil te putes. E cælo venit cæleſtis res. Omnia cælo debemus. Lux, dextera Solis manus, quæ officinam naturæ gubernat, è cælo eſt. Lac geminum tumentibus è nubium mammillis inde mulgetur, inde mulcebris calor, inde multiplex ille aſtrorum riſus ſalutaris. Non minùs pendet animus è cælo, quàm corpus; ſed cum diſcrimine: influxus corporis dimittitur per plenum: influxus animi per vacuum, cùm adhuc ſe exinanit. Hæc ſui vacuitas magnes fit diuini reſpectus, illex Diuinitatis, impatientioris vacui, quàm natura. Ineſt Deus ei, qui ſibi deeſt: adeſt, ſi tibi abſis, vt Eunomo cicada pro filo, iuxta Pſeudo-Aſclepij preces. Sapienter propterea Barbarus dixit: Caput diſciplinæ, ſilentium; caput omnis intelligentiæ, delectio. Vnus eſt honos, cuius meritum ipſo pretioſius eſt. Videus Scapheus diſcipulum vehementer inflatum, veriſſima obiurgauit ſententia: Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Quidquid rectè fit, id magnum eſt, addo & glorioſum: at, quidquid magnum fit, non eſt ſtatim bonum, ſæpè vituperabile, rarò ſecurum. Ius ſecuritatis vindicat humilitas.

*Bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum.*





# LIBER TERTIVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## LEMMA I.

*Iuuanda eſt voluntas ingenio.*

HActenvs affluenti ſine ſobrietati, hactenus lautiſſimæ abſtinentiæ vires attemperauimus cordis potentis ſumma cupiditatis licentia, &, quod mirum eſt, innocentia, quod velit; volentis ſumma felicitate, quod poteſt, ſuum abſque ſquallore fortunæ tutari ſuo proprio marium florem pacis, ſine timoris vepri, & voti omnium acutiſſima ſpina. Pollet amare voluntas, quod libeat; pollet & odiſſe, quæ nec metuat, nec cupiat diſſolutis fortunæ machinis, vel ſi in hoc ſe interdum violatet vltronea compulſione, ipſiúſque ſponsis conatu. Ad aliud iam (noſtro ſæpè ineptimus iudicio) officioſum illi organum animi componitum veniamus, ſocium ſuæ virtutis intellectum, *Cap. I.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quidam ſecundo erat abuſu, eius illa aberrat vſu. Iuuat propterea adminiſtrum præparare, ne ſola laboret; ſed mulcere impetus bonos illecebra aliqua, ne ſemper vires omnes euocare cogantur appetituri ſecura. Poteſt voluntas odiſſe fortunam, & ſine infortunio erit. Maxima felicitatis diligentia eſt negligentia fortunæ: at, ſi opinio laudet illam, commendet ſarcinas illas vagas & vanas, quibus, onuſta licet, venit leuiſſima, grauiter nos oneratura, renuntietque ſalutarem, & bonam; non niſi ſe vrgeat, amplexabitur voluntas, & minori allubentia contra fidem interpretis ibit. Tunc ſolum fortuitò fortunata erit abominatione fortunæ æſtimatæ fidelis. Sed, quia illos intereſt inter felicitatem vulgarem, & tamen illam virtutis, quòd illa caſu, iſta conſilio libenter veniat obuiam; illa propterea cadit, & cæca eſt; iſta ſubinde ſtans, & oculata: oportet iuuare luce aliqua, & ſatis expiare mentem erratis, ne totum fabricandæ pacis onus ferat voluntas; ſed interdum affecta & exonerata exultet. Licet ſatis ſibi ſit, vt poſſet velle, aut odiſſe, quæ vellet, (garriat licet arduum opinio,) ſed cum genita, cum niſi volet, plerumque nullo modo volet. Blandimentum à ratione capiet, quo mitius gubernent ad bonum, vt cardo oleo, axis vnguento, valeitur facilè verſus apprehenſa. Semper tamen in his, & in voluntatis ardore ad bonum, & in mentis flamma ad verum deſidero gratiam. Hæc incipit, hæc perficit, quidquid nos perficit, ne officiat noſtra inertia.





Eſt intellectus conſiliarius, atque, vt ſemel dicam, oculus voluntatis: prout enarrat, prout hortatur, prout ruit ille, ruit iſta pene: impellitur annulorum catenæ inſtar, ſi vnum trahas, alterum contrahes. Velut virgo pudica in clauſtris nihil per ſe tuens, nihil audiens, niſi quod vnus famulus renuntiet, dicta credit omnia: ita ſolum ſequitur voluntas fidem mentis, ex cuius dicto præcipuum momentum tranquillitatis ſuſpendunt, ſi veridicus ſit nuntius, nec falſis rumoribus infeſtet pacem cordis, ſilentium teneat. Eſt intellectus interpres, & lingua rerum; ſed iam ſerpentis, iam canis: ſi falſa, contaminat; ſi vera, mulcet, & lambit mala: & quemadmodum canina lingua ad ſanat, quò poteſt pertingere; omnibus ita medetur ratio malis. Cuius vitium neceſſium eſt monere, quatenus cognitio ſalutaris cupiditatibus ſiat: & quemadmodum voluntatem ſuis inſtitutionibus generatim perſtruximus, inſtruamus intellectum. Duæ ſunt tantæ miſeriæ, aut quia peſſimè amamus, aut iudicamus. Vtramque ſeruare oportet. Opus itaque eſt, ſancta atque magnifica ſenſa animi parare, veridicíſque cogitatibus ornare, & tantummon onerare mentem, vt in promptu ſint. Pro opportunitate, etiam obuiam currant, & animoſa illa, excellentiáque decreta in opus tranſeant, etiam præcurrant. Quorumdam barbarorum Medici veſtile ſecum pharmacopolium, ne remedij mora morbo indulgeant: ita pharmaca vitæ præſentia comportanda ſunt. Cap. 2.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Mens ſit veritatibus referta, officina ſalutarium herbarum: ad exigentiam euentus veniant omnia ſuo pondere æſtimantibus. Gemmæ geſtantur aduerſus pericula & caſus: geſtentur aduerſis caſus fortunæ, & diſcrimina animi, ſi non Chriſtiani, ſaltem philoſophici ſenſus.

*Cap. 3.* Venitne lacero ſuggeſtu, lugubrique ſupercilio paupertas? Obueniat illud, aut quid ſimile:

*Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.*

Faſtidium inopiæ te vexat? Oppone: Paupere pauperior eſt, qui nolit eſſe pauper.

*Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.*

Sufficiens, ſed arcta & morosa paupertati ſententia, cui pauca deſunt, auaritiæ plusquam omnia. Quid? grauis adhuc videbitur frugalitas? Occurrat ratio: Non eſt graue, quod nihil graue habet. An leuior erit, ſi adiicias omnium grauius metallum? Nullum pondus maius quam auri. Stultitia eſt, velle alleuiari additamento rei omnibus grauioris. Pondus nequit, niſi detractione, minui; quomodo adiectione expectabis minorem ſarcinam? Non tam grauis poteſt eſſe paupertas, vt eſt putari grauem: illud error eſt; illud naturæ. Subigat te proſperitatis cupido? Subueniat ſtatim: Peruerſe me amo, cum amem peruerſam fortunam. Appendix bonæ fortunæ mala eſt. Hanc ducit illa, licet cæca. Hic videbis mirum aliquid, quod cæcus cæcum ducat. Aſtutia fortis eſt, cum non habeat, vnde inuadat pauperem, locupletare, vt inſidioſa felicitas pandat



dat ianuam miſeriæ. Quacumque ingreditur pinguis fortuna, capi poteſt ſqualida & macra. Cur amabo bona, quæ ipſo amore me facient non bonum? Memento illius:

*In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſſimus.*

Repulſam patitur ambitio tua? Confeſtim cogita, quòd licet non habeas, quod cupiſti, habes, quod debuiſti cupere. Fecit alius, quod tibi faciendum erat, repulſam cupiditatis. Iam gratiam debes. Debueras impetrare à te, ne peteres, aut à fortuna, ne daret; non potuiſti à te, non tentaſti ab illa, vltrò fecit. Quid? quietem, ſi obtineres, putabas votorum? Certè nec pauſam. Non pacat animum, quod poſſidet, ſed, quod nolit. Plures, vt quieſcerent, vltrò reiecerunt, quod tu optas. Melius eſt nolle, quæ non habes; quàm habere, quæ vis. Compendio laboris maturam quietem cura: ne accipias, quod, vt quieſcas, relinquendum eſt. Triplicis laboris compendium erit, & obtentionis, & retentionis, atque renuntiationis. Æque ſolet eſſe moleſta rerum poſſeſſio, ac poſtulatio: moleſtiſſima tamen reſignatio fortunæ. Felicem te putes, ſi non habeas, quod ſi non habuiſſes, felicior eſſes; feliciſſimus, ſi nec optaſſes. Quis ditior, quàm qui nec voto eget?

*Quod vult, habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt.*

Prima fortuna eſt non optantis; alia non habentis male optata; media eſt eius, qui nec habuit.

Etenim vocibus familiaribus ſtatim mitigantur iraſcentes canes: ita cupiditates oportet *Cap. 4.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

manifeſtefacere familiaribus rationibus, atque veritatibus aſſuetis in procinctu ad omnem fortunæ libidinem. Eleganter Socrates: ὥσπερ οἱ ἐν οὐρίῳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτω δὲ ἐν εὐτυχίᾳ ἐστῶτες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα. Hoc pacto, velut flores aliqui ſequuntur Solem, affectus pulchri conuertentur ad lumen rationis, ſequentes verum, cuius periodo vix malum inuenies. Hanc turbam malorum opinio peſſimo introduxit inuento, tam maligna fide, vt illud, quod minus putet malum, culpam, & ſæpè commendet, non peius duntaxat ſit malum, ſed vnicum. Reliqua ad vtrumque ſunt nullo tincta natiuo colore; poſſunt fieri mala, ſi facias: at, quia ex ſe innocentia & vtilitati noſtræ obſequutura, boniſque moribus morigera, ſi velimus hac parte bona appellare, poterimus. Atqui, cùm verum comitatur bonum; etiam intellectu amabis, voluntate intelliges, ſi illo reſpicias bonum, iſtâ verum: cognoſces, quod bonum eſt; diliges, quod verum eſt: cùm bonum, quod præſentis cordi, verum ſit; & verum, cui applaudit & celebrat mens, bonum ſit.

*Sicut ij, qui ſecundante cælo & vento nauigant, etiam quæ contra tempeſtatem vſui ſunt, parata habent: ſic, qui proſpera fortuna ſapiunt, etiam aduerſæ illius ſubſidia expediunt.*

## LEMMA II.

*Opinio multiplicat mala per ipſa bona.*

Cap. 1. DVobus igitur peccat cognitio modis; & quia tenebris affulget; & quia luce non illuſtrat,



luſtrat, apprehenſionibus, ſcilicet, falſis, quæ excitant voluntatem; aut veris, quæ non ſtimulant. Quantum in illis mendacium, in his ſecors quædam, & remiſſa veritas delinquit. De illis mendacibus priùs differendum; notiores ſunt: nunc comitiis iniquis condemnant res: nunc iniuſtis elogiis commendant; aut quæ bona ſunt, mala; aut quæ mala, æſtimantes bona. Primus error perperam nos affligit, & fluctus animi auget formidine inani. Horret animus alioqui optabilia, deceptus peruerſo teſtimonio: tum falſorum multiplicatione malorum multiplicantur timores veri, hóſque conſequentium cæterum ærumnarum vulgus. At illud mirandum, quòd multiplicentur multiplicatione bonorum, dum plura, aut alia putet bona, quàm ſint. Teſtificatione illa bonitatis auidè optamus, vehementiùs perſequimur, libenter amplectimur. Quid inde? Dilemma quoddam, & neceſſitas miſeriæ: ſiue obueniant hæc bona, ſiue aufugiant, vtrolibet modo verſat nos ſuâ ſcuticâ fortuna, vexat cupido. Nanque, ſi non obtineatur, quod putatur bonum, auidéque cupitur; certa eſt ærumna & mœror animi, deceptione omnium moleſtiſſima, ſpei. Illud etiam mirandum, quòd certus quoque angor veniat, ſi conſequamur, quæ optauimus. Impleta voluntas non ſemper eſt beata. Apparens illa rerum bonitas, quam noſtrum fabrefecit cerebrum, delicatiſſima & tenuis eſt, contactu diſpergitur, comprehenſione diffluit, interque digitos collabitur, quaſi aquam pugno

 ſtringeres.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſtringeres. Aliud poſſeſſio inuenit, quàm cupiditas quærit. Adijce, quòd à votis ad curas gradus vnicus eſt. Quæ optauimus, de his timemus. Quid refert, te affligant cupiditate abſentes diuitiæ, an nactum illas præſentes te lacerent timore? Fraus iſta voti fallit gaudium; & vt fortuna ſæpè pro bonis ſuppoſuit mala, pro lætitia ſubrogat mœrores.

*Cap. 6.* Iamne cenſebis æquè afflictum, & voti compotem, & irritum, qui nihil obtinuit cupitorum, & qui omnia conſequitur? Credo ſæpè infeliciorem, qui obtinuit. Inexpertos ficta felicitas minùs infeſtat. Inopinum illud moleſtum acerbius eſt, & commutatione mali pro bono vehementiùs, & velut ex irritatione percellit, ſcilicet, ſeſquiduplo ictu. Iungitur fruſtratio voti cum ſubſtitutione damni, & ſubitatione inſperati periculi. In primis æquè grauis eſt iniuria ſpei, & gaudij, ſiue non conſequaris optata, ſiue non fruaris: nam nequis frui, cùm id, quod conſequeris, non ſit, quod conſequi volebas. Itaque vtroque modo fruſtratio eſt voti: non habes, quod optabas: æquè enim illuditur voluntas, cùm obtinet, quod cupit, & cùm amittit: nam vtroque modo amittit. Hannibal, (qui vix in alio maiori fuit diſcrimine, quàm auaritiæ, per tot diſcrimina fortiſſimus Dux, qui non robore, ſed aſtutia potuit defendi aduersùs fortunam & alienam cupidinem, ne quis putet aduersùs propriam ſine conſilio,) quaſdam amphoras Cretam veniens, falſurus Gortynios, compleuit plumbo,

ſummáſ



ſummáſque auro & argento opertas in Dianæ fano depoſuit. Si tu percuperes illas, quòd putares ſolidas aureis; an, poſtquàm obtinuiſſes, minùs iraſcereris, quàm ſi iam obtenturus præriperet alius? Vtroque euentu voto irritus eſſes, auro careres. Hæc aſtutia opinionis eſt, ſubſtituere pro auro plumbum. Cæterùm, præter iſtam communem ſpei iniuriam illa additur, quòd vltra quàm mulcet bono expectato, ſæpè malum inexpectatum ſufficiatur, quo ſimul infortunatus & calamitoſus fias, ſine voto, & contra votum miſerandus. Ad hæc, quia ſine ſuſpicione infelicior. Nulla magis metuenda mala ſunt, quàm quæ non permiſerunt metui. Subita tela fortunæ acutiora ſunt. Quæ præter ſpem iacit, grauiùs ſauciant; qualia erunt, quæ contra ſpem? Adeò falſa rerum opinio eſt, maleuoli & ſiue auſpiciis, vt ipſam præcipuè fortunam informet: adeò fallax, vt fallacem felicitatem plus fallat. Illa ferè matrix eſt totius miſeriæ; peruerſa malorum trapezita; illa rea totius triſtitiæ, ſiue malum in bonum, ſiue bonum in malum commutet, ſiue alterutrum, ſiue vtrumque mutuet fortuna: illa rarum fecit occurſum gaudij; obuium, importunúmque mœroris: illa mœrorum vulgus alit, omnium calamitatum miſeraria. Non itaque excuſatur inuentione bonorum: nam & plura mala ſequuntur bonorum opinionem, cupiditates, timores, inuidiæ, [illegible] ſecum teſte trahit vera mala. Falſum bonum grauidum eſt multis damnis: quin, etſi ipſa bona

 inno

innocentia fuerit, parcendum eſſet ob malorum, quo non compenſantur modò, ſed vincuntur, numerum, eodem conſilta artifice. Dices, falſa iſta mala non fore moleſta, ſi & bona falſa non adiuuent. Atqui non minorem ducit caterуam verorum malorum, malum, licet falſum. Timores excitat abſens, triſtitias præſens; curas vtrouis modo.

---

## LEMMA III.

### *Iniqua æſtimatio rerum ab exiſtimatione eſt.*

Cap. 7. NOs architectamur mala. Ipſo noſtro furiamur iudicio, atque ingenio ad noſtram dementationem vtimur. In exemplum illudentis opinionis traducendus eſt Amanopulentos theſauris, magnificos honores, larga Aſſyrij tyranni munera, quibus ſupra omnes proceres euectus eximia & pinguis adornabatur victima fortuna; ad hæc liberalitatem etiam naturæ, filios charos, nihil omnia homo auariſſimus, & vltra fortunam ambitioſus duxit. Seduxit igitur illum opinio, cùm magna illa conſiderauit; imò & cùm nulla, nihil omnia dixit præ ſeruili obſeruantia, quam ſuis ſe taxauit amantiſſima ſui, & attentiſſima auaritia. Culpa iſtud opinionis fuit: nam, cùm a læuum fortunæ obliquæ latus iacebat ille



ille in domo parentis Amadathi, ſi offerretur dimidium, quod faſtidioſus felicitatis tunc deſpexit, vulgaris aliqua præfectura Prætorij, & vel ſeruus vultus tyranni, minùs ſeriùs imagine quadam beneuolentiæ, aut pro iſtis ſortis infidæ fauoribus cæremoniæ illa, & cultus vnius Mardochæi, illorum potiùs delectum haberet; neque poplitem captiui maioris faceret, quàm dexteram & gremium Reginæ omnium fortunæ. Quid igitur permutauit rerum faciem? Quid mutauit fortunæ pretium pretioſiſſimæ viliſſimis? Quid diruit tot ſuperbos præcipitantem, niſi arbitra deceptionis opinio? Illam hæc priùs apparentem optim gloriam, & frontem compſit, replaudebant, cùm voluit, inanem magnitudinem iam magnum ſinxit, iam nihil reſtituit. Non ſolida moles fuit, quæ ſine ſuo caſu collapſa eſt; quia putabatur, ſolùm phantaſia ſuſtentata. Immutatas in ſe res nunc ſupra cælum mittimus, nunc infra ſinum, non niſi quia putamus, & mutamur.

Illum enim mundanarum rerum colorem, Cap. 8. iſtum ſplendidum geſtum obduxit, non veritas, ſed opinio peruerſa, tranſuerſum iudicium agens, magni bona pro libidine, non pro veritate commentans. Capio iam huius vanitatis fidem, non à Lycæo & porticu Stoïcorum, non à Cruce IESV; non, inquam, ab Philoſophia, non à virtute, non à fide, non ab ipſa Dei ſapientia; ſed à mendaciſſimis, ab ipſo mundo, ab ipſis vanitatis mancipiis. Falſiſſimæ opinionis cruciatus hanc

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hanc extorſit contra ſe veritatem, omnia nihil eſſe. Spectemus Amanum, non vulgarem fortunæ amalium, conuocantem auditores, & coacto cœtu, turpi pronuntiantem ore luculentam ſententiam, Academia, & Stoa non dignam modò, ſed maiorem. Mundano quodam flatu, furoreque correptus intonuit peſſimus homo dignam optimo vocem: Nihil me habere puto. Nihil dixit innumeras opes; nihil, numeroſam familiam; nihil, gnatos chariſſimos, nihil, ſplendidos honores, quibus Aſſuerus eximiam ſignauit fortunæ hoſtiam. Quid amplius à Zenone aliquo, aut Socrate deſiderares? Adiecit, quod peccatum exiſtimationis retexit: Quandiu videro Mardochæum Iudæum ſedentem. Omnia dixerat nihil eſſe præ Mardochæi obſeruantia. Interdiu euanent ſtellarum radiationes, ſcilicet, coram Sole inebriante omnia ſuo lumine: at illa, quæ Aman contempſit, quantoperè puſilla, quæ nihil viſa coram te leuiſſima, captiui inflexione?

VII. Quotuſquique ex porticu Chryſippus aliquis, ita ad exaggerationem, ita ad contemptionem rerum humanarum animoſam extulit vocem? Sæpiùs legi, & audiui, omnia iſta friuola ſub Luna bona, nihil eſſe, & vanitatum vaniſsimam vanitatem: ſed illorum collatione bonorum, quæ virtus parturit, æternitas nutrit. Non miror, ſcintillam non diſcerni, inter flammantia culmina, atque interdiu ſydera abſcondi: neque miror hæc temporis auidiſsimi pabula parum videri ad æternitatis ſatietatem. Vehementiùs depreſſa ſunt,



ſunt, coram nihil viſa nihil. Nullus ita ſua bona deſpexit, niſi ipſe mundus per Vatem ſuum nocentiſsimum.

Neque ex abrupto lapſum iſtam putes vocem: dicturus illam ſententiam, conuocauit teſtes laudatos; & ne bonorum obliuione ſenſus felicitatis amiſſus argueretur, (ingenium cordis amittunt abſentia & oblita,) præſentauit cuncta, ſingillatim recenſuit. Lancem nihilominus flexit inflexi de Mardochæi genu, & nihil omnia dixit, &, quod plus eſt, dixit; non vnum, aut alterum bonum, vniuerſa complexus, triplex, inquam, fortunæ peſtilens penu ſplendidè ſibi impenſum. Si expectes opum diffluentium dolium; expoſuit magnitudinem diuitiarum ſuarum: ſi inflantium vtrem honorum; quantam gloriam ſuper omnes Principes & ſeruos ſuos Rex eleuaſſet? ſi colliquefacientium animarum voluptatum, conuiuia cum Rege & Regina: ad hæc, ſi ſupellectilem à natura complice fortunæ deſideres; non modò familiam, ſed turmam filiorum agnouit: adiice non minutam appendicem, ſpes ſuas nouis Reginæ fauoribus recreatas, & in maiora gliſcentes. Nihil dixit auariſſimus hominum, auaritiæ vota, omnem fortunæ, naturæque aceruum. Quo tempore? Cùm habuit: cùm præſentia rerum irritata cupiditas ſæuit, & aſpectu, Reguli inſtar, infeſtat. Quo tempore? Cùm oblitus mortis, vegetus, valens, non in confinio æternitatis, cùm tabes & macies ægrotantis corporis, & vicini fati aſpectus etiam peſſimos Philoſophiam

Cap. 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

loſophiam docet. Quo tempore? Cùm innocentem fortunam putauit, aut immortalem, rudis & inexpertus inſtabilis ſui ingenij. Quo tempore? Cùm indemnia adhuc bona putauit, nullo contuſa vulnere; cùm vitrea non didicerat; cùm adhuc felicitatis vbera ſugebat; cùm nouâ capiebat pignora, & ſerò vadimonia; cùm adhuc ipſius mundi cliens, & ambactus in eius ſacramenta iurabat, non auſuga, aut eiectus. Si nihilominus vnius fidem non acceptes, ſubſcripſit coetus integer communis plauſus fuit: nemo ex amicis refellit. Audiuit coniux, charam ſobolem nihili à marito fieri; ſed annuit dicto. Audierunt amici fortunæ potiùs, quàm fortunati, contemni ſpes ſuas; & licèt inimica ſuis votis ſuffragia dederunt. Veriſſimè omnia nihil erunt, quod non negauit auarorum cupiditas, blandientium adulatio. Verum erit, cui tot etiam peſſimi, etiam mendaces non dixerunt contrà. Sed inſtemus adhuc calculis: ſi pretioſus fortunæ vertex dominantiſſimæ, præ ſeruuli poplite habitus adeò paruì fuit; qualia iſta diaria bona erunt præ æternis, præ Deo? ſi ad malignam diſparent lucem, an conſiſtent ad meridionalem æſtum?

*Cap. 10.* Vnde igitur ſonant magnificè? vnde mulcent blanditer? vnde perfido præſtringunt fulgore? Videri eſt, & purpurata vmbra, intus ſceletus, & ſolùm compago nullitatis, & ſolidum nihil, & totum deceptionis artificium, quorum anima & vita putari eſt. Tingit, effigiatque omnia opinio noſtra inſtabili charactere. Præterit figura mundi:

di:



di: vtique; nam æſtimari eſt. Et ipſe præterit mundus, iuxta Plotinum, ſicut ſub ſigillo effigiatur fluens aqua: amoue ſigillum, deletur figura. Deſine putari bona, aut mala; non ſunt. Ex compoſito obliquis quibuſdam apprehenſionibus conſpiramus magna haberi, quæ parua; quæ nulla ſunt. Supponuntur, non ſunt: nec aliter quàm luſorum pacto, calculis pretium imponitur, abſente nummo. Perinde liberè mentis conceptus componimus; quemadmodum impoſitis rebus nomina: nobis tamen imponimus. Placitum humanum fuit, hanc vocem, *leo*, fortiſſimum animal; iſtam, *homo*, ſapientiſſimum notare. Poterat, & ex conſenſione populorũ, nomen *leo*, ſignare timidiſſimũ, & fugaciſſimum leporem; quemadmodum nunc animoſum & regium brutũ. Poterat & vocabulũ, *homo*, inſulſum peponem, aut inertem aſellum indicare: communi conuentione ita pactum eſt, non natura ſua. Pari abutimur libertate conceptibus ipſis, & libero, peruerſo tamen, hominum conſenſu, opinionem magnitudinis rebus tribuimus; non quæ ſunt magnæ, ſed quas ſupponimus; non quæ habent magnitudinem, ſed habere volumus. Conceptum illum boni, aut magni, natio peſſimorum diuitiis, honoribus, deliciiſque addixit: decolor tamen, ex ſe indifferens, vt opulentiam, aut mediocritatem ſignet, famam, aut ſilentium. Conuenit tamen auarorum regio maiores putari opes, quàm mores; honorem, quàm meritum: pretioſius aurum, inter humanis vſibus, quàm

fortuna

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ferrum officioſum. Poſſent & eadem conuentione gentium commutari opiniones, & pretia rebus indita. Pactum iſtud apud Spartas fuit, interdicto ignaui metalli vſu, Lycurgi ſanctione. Inter Macrobios Æthiopes valuit æs, viluit aurum, niſi ad retinacula fontium: maluerunt vincire corpora, quàm animos. Errauerunt apud nos primi rerum taxatores, inuidi generis noſtri. In abdito, in arduo, in raro pretium felicitatis locarunt: certè vt nemo felix eſſet; ſed ipſum beatitatis votum plurimos miſeros faceret, ineptè, aut impiè, cùm in noſtro ſit æſtimationem rerum facere: ea elegêre ad beatitatis titulum, quæ ſit neceſſe inquirere, quæque natura, quia vetuit, abſcondit: ea neglexêre, quæ in promptu, & ſub manu cuique ſunt, quibus ſemper felices eſſemus, alioqui miſeri. Cur in æſtimatione auri relegamus felicitatem ad terræ viſcera, ſubter ſaxa & ſimum, ad Inferorum porticum? Quomodo ex regione miſeriæ efferret ſe felicitas?

*Cap. II.* Hactenus iſta rerum taxatio peſſimè nos habuit, fortaſſe & peſſimos. Placitum noſtrum fuit: placeat mutare, & iniquum reſcindere opinionis pactum, & felices inter miſerias erimus:

*Si benè prudens ſis, omnibus fortunatus eris.* Ἂν νοῦ ἔχῃς, τὰ πάντα γ' εὐδαίμων ἔσῃ.

Quid? inutilem & audacem putabis ſpem, reuocare humani generis iudicia, tranſuertere peſſimorum opiniones? Impoſſibilis profectò opera potiùs, quàm inutilis. At non communem in hoc conſenſum quæras, ſed tuum. Hoc intereſt inter voces, & conceptus: illarum ſignificata corrigere



rigere non poteris, niſi in hoc conſpirent multi: hos licet tibi, & tecum emendare. Nomina ſunt rebus indita, vt alloquaris alios, qui niſi in partem veniant ſenſum, nullum tenebunt. Conceptibus tecum loqueris, nec vltra te ſpectes ſuffragium: ſi tecum conuenias, pactum eſt. Verùm hoc arduum & contumax putabis contradicentibus populis, ſibi nouum ſenſum facere, & firmatæ reuerentia multitudinis authoritati fidem ſuam negare. Sed non tanta eſt multitudinis dignitas, vt inuiolabile mendacium faciat: ſatis eſt feciſſe venerabile. Non vincitur veritas numero. Quid ſuſtines ſeduci, quòd à multis? Nec ſecurum præcipitium reddit copia impellentium. Vulnus à pluribus laceratis profundius ſubit. Si veneno ferculum conditum noſſes, abſtineres; etſi iucundum, etſi multi ſalubre iurarent: nec exemplum comedentium imitareris. Non exemplum, ſed opprobrium ſit tibi ſcelus alienum. Error multorum, non ſit authoritas inſipiendi, cùm nec poſſit eſſe excuſatio culpæ: nec ſocietas errantium aliquem abſoluet. Eximiè philoſophatur Eucherius: Ad negligentiam vitæ non nos negligentium turba perſuadeat: nec ad damnum propriæ ſalutis alienis ducamur erroribus. Quid nobis in illo Dei iudicio proderit multitudo, vbi ſinguli iudicabuntur? Vbi ſola examinatio meritorum, actus quemque, non populus abſoluet? Ceſſent, ceſſent ſolatia maleſuada diſcriminis. Nimirùm, præſtat vitã propagaſſe cum paucioribus, quàm

 perdi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

perdidiſſe cum pluribus, atque adeò non nos ad incuriam peccatorum ſola peccantium numeroſitas pertrahat; neque hoc, quod ſibi alij parum conſulunt, quædam nobis efficiatur auctoritas.

*Cap. 12.* Cæterùm, ſi hæreas, nec refellendam multitudinem putes, nec audeas mendacium dicere, quod plures probant; certè ſecurus error eſt, ſi vnus hic fallaris, neque mala credas, quæ vulgus infamat, ſint licet: ſatiùs conſultum erit, ſi non putes. Quid inde? Compendium malorum: non timebis, non angeris, non ſolicitaberis: vix, cùm venerint, ſentientur: ſolùm in tranſitu mordebunt. Non antecedet, non properabit metibus dolor. Sincera tela & comminùs gubernabunt, dum ſint duntaxat. Quòd ſi timeas, duplicant vires; & cùm nondum ſunt, lædunt. Nullibi tutus manebit timens: vbique ſecum eſt; nec fuga ſecura; nam eminùs dimicabunt. Opinio malorum etiam ſecuros ſauciat. At immemor illorum, & ardens animus priùs videt elabentem dolorem, quàm venientem; imò quàm ſentiat, cuius niſi tergus non videt. Occipite ſuo frons deformior eſt. Nonnulli aridis oculis ſua membra ſecari viderunt: alij integri licèt corpore, fracti animo fuêre, qui viderunt non alienos dilaniari artus, ſed tangi; ad alieni ſanguinis conſpectum exangues, pauent, deficiunt. Quare, etſi mala eſſent, paupertas, ignominia, labor, quæ plures bonos fecerunt; ſententiam tuam, more Sceptico, ſuſpendere, non inutile foret.

Nolo



Nolo tamen artificioſam ſecuritatem, nec mendaciunculis niſam, ſed veritate. Errat multitudo; vulgus eſt. Ponderanda ſuffragia ſunt. Turba ſceleratorum miſerorum, quæ fallitur; nemo optimorum. Igitur aliam mentis linguam doctus ſis, & veteres dediſce vulgi opiniones, ne alieno pereas iudicio: ne commendatum per multorum manus errorem defendas: ne malum tuum contra rationem excuſes. Damnorum noſtrorum patroni diligentiſſimi ſumus: ne in verba antecedentium iures, & ſacramento errantium te adſtringas. O ignauum! ô indignum ratione, qui mauis credere, quàm iudicare! Non ita humani arbitrij eſt mutare res, vt vocabula: nolito in iſtam vaniſſimam improborum malis ſuis gratulantium conſpirationem venire. Hoc ſalutare præceptum cape, ſcire rebus ſua dare, & quadrantia pretia imponere, vt Adam nomina. Id ſint, quod putes; id putes, quod ſint. Natiua iudicij loquela te aſſare: nec diſpar in gaudij, paciſque ædificio, quò ſydera pertingas, & confinis cæleſtibus te tuteris alluuie decurrentis fortunæ. Confuſio intercipit vota, & conſilia tua, ac linguarum apud Babylonem conturbatio: aqua poſtulabatur, ſed adminiſtrabatur later, attollitur rupes. Ita eſt: bonum appetit, clamatque voluntas; datur, quod nolit: putatur bonum, non eſt, confuſa felicitatis ſpe. Nec tantùm caſu mala eueniunt, inueniuntur quæſita, appetimus, appetitione boni, ipsâque ſolicitudine felicitatis infeliciſſimi ſimus. Æquiuocatione cupiditas la- *Cap. 13.*



borat

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

borat petitura bonum integrũ, bonum conſummatum, partialia, egena, ſimulata appetit, quibus non ſatiata, licèt adepta, reſtaurat appetitionem: ſed, dum ſuum, cui nata eſt, bonum non contingit, ſimili votorum confuſione premitur. Error iſte vexat nos, quòd velimus mutare res, non iudicia; cùm iſtud poſſimus, non illud. Eximuntur res iure noſtro. Opinionis ſolùm, rectáque rerum iudicia, noſtra dominatio eſt: cætera fortunæ. Adeò præſtò, & in medio eſt remedium miſeriæ, non, tollere, quæ putes mala, ſed, non putare, & ſuum rebus reſtituere honorem.

---

## LEMMA IV.

### *Mala ab opinione potiùs veniunt, quàm è rebus.*

Cap. 14. SEd & opinionis damnum iſtud eſt, ſe ipſam ſternat: nec damni cauſam noſcimus, vt popularibus ſeditionibus vſu venit. Scite Prudentius ait:

*Turbatis ſenſibus intus*
*Seditio, atque animam morborum rixa fatigat.*

Lædit nos opinio; non, quia læſura creat, mala, inquam; ſed, quia ipſa nos lædit, ipſa eſt mala, ipſa in illum. Non lædunt, quæ putamus lædere. Putare lædi eſt læſio noſtra: at putari, non eſt officium rerum, ſed opinionis. Nulla eſt miſeria, quæ



quæ non iudicetur. Quid eſt, quod hic eamdem plagam credat patriam, alius exilium; ille lætus, hic infortunatus? Putari ſibi extraneam. Audis quaſſatam alienam nauem; audis alienam combuſtam domum; non commoueris: audis tuam; rumperis præ dolore: naufragium, incendium non incuſſit illum; ſed putare ad te pertinere. Si ignorares, maneres lætus. Diſce ab alienis caſibus, quomodo tuos feras. Nec putes ad te pertinere, niſi quod in te eſt, & tuo pareat arbitrio, non fortunæ: nec aliter tuis rebus, quàm extraneis tangaris. Iſta omnia extranea ſunt. Sin minùs, non caſus te ſauciabit, ſed tu, dum iudicas ſauciari. Igitur iniuria opinionis, eſt omnis iniuria. Quid nos iniuria afficit, niſi putari affici? Noſmet ipſi proxima lædimus, ſed celata manu. Veriſſime quidem Simplicius ait: Opinio, qua nos iniuria affici putamus, ipſa nos quaſi iniuria afficit. Cæterùm, iſtud prauum iudicium, opus noſtrum eſt. Tollamus, ſine hoſte erimus. Si innocentes nobis ſimus, nullus nocebit. Quiſque ſe ipſum lædit; & quia damnum verum ſibi ſponte parat, dum honeſtatem non colit; & virtutis normas non ſequitur. Culpa ſolùm, malum verum eſt: & quia in his, quæ falſam, iniuſtámque mali famam ſuſtinent, aduersùs nos armamus, dum putamus inimica. Itaque & mala facimus, & fingimus: ſed & dum fingimus, facimus. Quæ calumniantium linguæ ineſt arcana vis, vt noſtrum cor premat, quaſſet animum audita? Ad immanes cæli minas, hor-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riſona conſiſtimus tonitrua; cur ad inuidi concutimus clandeſtinam voculam, quæ vix clauſtra dentium rupit, & tundit pectus noſtrum, niſi quia opinio in ſubſidium venit? Aut vera calumniator pandit, aut falſa contorquet: ſi vera, cur pudet audire, quod feciſſe amauimus: ſi falſa, cur non delectat conſcientiæ innocentia. Ille ſolùm, qui mentitur, læditur, licèt non putet: alter ſolùm, quia putat.

*Cap.15.* Iniquiùs noſtro inſanimus iudicio, quàm vecordia. Thraſyllus Æxoneus, profectus in Pyræum, naues in album referebat proprium, quæ ſubducebantur, ſuas æſtimans: hac opinione, ſi quæ in portu ſaluæ venerant, immodica geſtiebat lætitia. Mox reſtitutus menti nunquam cumulatius gaudium hauſiſſe dicebat, quàm cùm vidiſſet naues non ſuas ſeruari. Nos, an ſani, neſcio; ſed, ſi ſani, inſaniores ſumus: triſtitia noſtra luimus alienum dumtaxat damnum; & nos integros, tutóſque lugemus. Adeò ingenioſi malorum inuentores nobis ſumus, & periti fabri, & materia calamitatum. Quemadmodum nonnullis auditu, aut aſpectu aliquo intactis ſtupent dentes, ſic immunes trepidamus. Ipſa opinio pericula creat, aut eſt. Qui ex præaltis deſpiciunt ſpeculis, deficiunt viribus, vt collabantur nemine in præceps trudente, niſi cogitatione ſua. Nos quoque ipſa opinione periclitamur: illa ſæuiùs ſauciat nos, quàm damna. Quidam effuſum humanum ſanguinem ſpectantes, nimio miſereſcendi affectu corruunt animo; cùm ipſi, qui vulnerati



nerati ſunt, ſui compotes maneant. Fuerunt, qui ſine fletu ſecari membra tulerunt: alij, qui ſolùm viderunt, nec cum ſpiritu. Fons itaque ægritudinum animi reperta parabile remedium faciet: nam & Medici actum de morbo putant, ſi cauſam norint. Correcta opinio ſoluit dolorem; innocens non admittit. Si poteſt deponi mœror, poterit non ſuſcipi. Valebit ſerena mens, quod turbata. Nonnunquam conſternatione aliò raptus animus, dum intercipit opinionis munia, euaſit ſenſum acerbum. Qui Pompeij cædi adfuêre, ſiccis aſpexêre oculis, donec Tyrum appulſi ibi afflictati ſunt, cùm ſecuri: interim metus hoſtilis claſſis, & ſolicitudo fugæ intercluſerat ad alia ſenſus. Dies quoque medetur dolori, cùm docti experimento ſumus, nullum tantum eſſe malum, vt ſuo ictu funditùs gaudium quaſſet: minuitur enim ſenſus aſper minori fide opinionis.

---

## PÆDEVSIS I.

### *Remedium opinionis eſt, cognoſci.*

NOn leue aduersùs hanc momentum putes, cognoſci: ſi tibi vbique renunties: *Cap.16.*

*Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa.*

Inuidus mordet, fama tacet, nummus deeſt, ſupellex perit, filius obit, vota fugiunt, diſcrimina pendent? Omnia iſta ſi te afflictura conueniant,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riſoria conſiſtimus tonitrua; cur ad inuidi concutimur clandeſtinam voculam, quæ vix clauſtra dentium rupit, & tundit pectus noſtrum, niſi quia opinio in ſubſidium venit? Aut vera calumniator pandit, aut falſa contorquet: ſi vera, cur pudet audire, quod feciſſe amauimus: ſi falſa, cur non delectat conſcientiæ innocentia. Ille ſolùm, qui mentitur, læditur, licèt non putet: alter ſolùm, quia putat.

*Cap. 15.* Iniquiùs noſtro inſanimus iudicio, quàm vecordia. Thraſyllus Æxoneus, profectus in Pyræum, naues in album referebat proprium, quæ ſubducebantur, ſuas æſtimans: hac opinione, ſi quæ in portu ſaluæ venerant, immodica geſtiebat lætitia. Mox reſtitutus menti nunquam cumulatius gaudium hauſiſſe dicebat, quàm cùm vidiſſet naues non ſuas ſeruari. Nos, an ſani, neſcio; ſed, ſi ſani, inſaniores ſumus: triſtitia noſtra luimus alienum dumtaxat damnum; & nos integros, tutóſque lugemus. Adeò ingenioſi malorum inuentores nobis ſumus, & periti fabri, & materia calamitatum. Quemadmodum nonnullis auditu, aut aſpectu aliquo intactis ſtupent dentes, ſic immunes trepidamus. Ipſa opinio pericula creat, aut eſt. Qui ex præaltis deſpiciunt ſpeculis, deficiunt viribus, vt collabantur nemine in præceps trudente, niſi cogitatione ſua. Nos quoque ipſa opinione periclitamur: illa ſæuiùs ſauciat nos, quàm damna. Quidam effuſum humanum ſanguinem ſpectantes, nimio miſereſcendi affectu corruunt animo; cùm ipſi, qui vulnerati



nerati ſunt, ſui compotes maneant. Fuerunt, qui ſine fletu ſecari membra tulerunt: alij, qui ſolùm viderunt, nec cum ſpiritu. Fons itaque ægritudinum animi reperta parabile remedium faciet: nam & Medici actum de morbo putant, ſi cauſam norint. Correcta opinio ſoluit dolorem; innocens non admittit. Si poteſt deponi mœror, poterit non ſuſcipi. Valebit ſerena mens, quod turbata. Nonnunquam conſternatione aliò raptus animus, dum intercipit opinionis munia, euaſit ſenſum acerbum. Qui Pompeij cædi adfuêre, ſiccis aſpexêre oculis, donec Tyrum appulſi ibi afflictati ſunt, cùm ſecuri: interim metus hoſtilis claſſis, & ſolicitudo fugæ intercluſerat ad alia ſenſus. Dies quoque medetur dolori, cùm docti experimento ſumus, nullum tantum eſſe malum, vt ſuo ictu funditùs gaudium quaſſet: minuitur enim ſenſus aſper minori fide opinionis.

---

## PÆDEVSIS I.

### *Remedium opinionis eſt, cognoſci.*

NOn leue aduerſùs hanc momentum putes, *Cap. 16.*
cognoſci: ſi tibi vbique renunties:

*Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa.*

Inuidus mordet, fama tacet, nummus deeſt, ſupellex perit, filius obit, vota fugiunt, diſcrimina pendent? Omnia iſta ſi te afflictura conueniant,

 fixo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fixo te ſiſte pede,& puta: Non iſta ſunt,quæ me
lacerant mala; ſed opinio, qua iudico eſſe mala.
Non poteſt ita eſſe. Non res; ſed cogitationes
meæ peſſime de me merentur. Horreo pauper-
tatem, quia horridam puto; & dum puto, hor-
rorem mihi incutio: at læta Aglao fuit, felix
Tello, affectata Diogeni, quæſita Crateti,perti-
nax Demonaci, glorioſa Epaminondæ, ſtudioſa
Horatio,iuſta Ariſtidi,ſecura cunctis. Conuitiis
ſuccidor?Vnde percellor, niſi quòd putem? Ver-
bum fuit, non fulmen; vox, non ſaxum. Stabi-
lior animus, quàm corpus eſt: pudeat, ſtante
corpore, ruere animum. Vnde penetrat vulnus?
Illæſo thorace cor ſauciatur: ergo telum, non
vicinum modò, ſed domeſticum eſt; non defo-
ris, ſed internè dirigitur; opinio propria percu-
lit,non ſermo alienus. Quid inde ſi taceam,niſi
quòd tacebit maledicus? Citiùs moleſtus ero il-
li ſilentio, quàm defenſus reſponſione. Quid in-
de mali,ſi patienter feram? Nec digitus, nec pi-
lus deerit;in nullo artu dolor hærebit:ergo dam-
num ſolùm opinionis eſt. Phantaſia mea me
pungit,non dens æmuli: ſi nolim ægrè ferre, ſa-
nus ſum:adiſciam, vindicatus ſum: taciturnitate
mea ſigillabo maledicum os: ſi vtrumque pan-
datur,turbo ingruit: vehementem ventum inter
duas pernium feneſtras non continebis, niſi
claudas alteram: è neutra iam perflabit. Noluit
reſpondere Dion, & ſaluus fuit:noluit concerta-
re Cato,nec ignobilis fuit. Inæqualibus vir pro-
bus armis à maledicentibus prouocatur: non te-





netur. Facillimum eſt peſſimis malè audire, &
maledicere, vtriuſque exercitio aſſuetis: at opti-
mis maledicere,præter votum;malè audire,præ-
ter morem; illud non volent,iſtud non ſolent:&
voluntas,& exercitium abeſt.

Mortem formido? Non illa mala eſt,ſed eius *Cap.17.*
opinio: ſi non putetur mala, tractabilis eſt: quæ
miſeris eſt optabilis, ſalutaris erit felicibus. De-
ſinent illi mala pati,iſti agere. Quid calumnior?
Malorum terminus bonus certè erit: aut nulla
alia mala ſunt,aut nullum malum eſt mors. Cur
ægrè ferimus finire, quæ ægrè ferimus durare?
Res in ſe non ſunt implicatæ, noſtra ſibi repu-
gnat æſtimatio. Quid? Mortem non metuo;ſed
modum:ne violenta ſit. Certè qui nolens mori-
tur,hic violenter moritur. Quid?Ne ignominio-
ſa ſit. At, nulla turpis mors honeſtè viuenti.
Quid? Ne ſubita ſit. Iam & morbus bonus vi-
detur,cùm optetur:nam,ſi malus ſit ipſe,& mors
mala. Cur vtrumque volo, & altero non liben-
ter fraudabor? Nulla morituro inopinata mors
debet eſſe. Si omni hora expectetur,in quacum-
que non nimis citò veniet. Quid? Ne immatura
ſit. Omni mortali matura mors eſt, fortaſſe &
ſera: antè venire potuit. Vnam ſolùm intempe-
ſtiuam ſemper fateor,ſed malorum: nam omnis
opportuna bonis. Quòd citò nauigauerim, non
dolerem: cur, quòd naufragium breue ſit? Nul-
lam immaturam mortem dicat, qui poteſt ſem-
per mori. Subtilia iſta,dices:an & vera? Egre-
gium Epicteti monitum: Quemadmodum ad



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quæſtiones & ſophiſmata nos exercemus : ita quotidie contra phantaſiam exerceri nos conuenit; ab illa proponuntur nobis quæſtiones. Tametſi tria tingendarum rerum pigmenta, opinionem, conſuetudinem, affectum Pyrrho cenſuerit; ebrioſius primum eſt, & cui poſtrema ſeruiunt, cum quo miſcentur.

*Cap. 18.* Propterea opinionis onera præcipuè alleuianda ſunt, & nullo meliùs, quàm ſui conſideratione. Quemadmodum, qui incubone, & graui inſomnio premuntur, angorem leuare interdum ſolent inter vana illa phantaſiæ pondera, commemoratione ſtatus ſui: Somnium, inquiunt, iſtud eſt, non ita re contigit. Atque in ſe reflexa cogitatione, quòd ſomnient, licèt ſomniantes etiam, ſolatium aliquod anxietatis capiunt : ita, dum graue quid videmur pati, attento animo dicamus: Iſtud opinio eſt, non eſt malum; ſed imaginatio mali. Sic elidentur triſtitiæ noſtræ inutiles, grauiſſimi vigilantium incubones, &

*portenta cordis ſauientis:*

alioqui leuia & vana conſtringent nos, & exprimet per ora languorem. Si vaſculum caſu conciditur, præ iracundia mente concidimus; quid fragilius teſta, aut vitro? Cur ob id fracto es animo? Quomodo non es conſiſtentior luto, in quo omnia tela fortunæ debent infringi? Quid frendes, minaris, iraſceris: Cape Epicteti præceptum: Memento ex his eſſe, quæ ita ſunt: memento teſtam ex his eſſe, quæ franguntur. Minuta & leuiſſima ſauciant opinione grauiter; præſertim ſi



ſi iræ ſuffumigetur flammis : at ratione ſola luitur. In exemplum narrabo, quod accidit diſertiſſimo Galeno, etiam animorum eximio Medico. Is comitem itineris Roma rediens habuit Gortynenſem ciuem, pluribus quidem rebus nõ contemnendum, ſimplicem vitam moribus, officioſum amicis, frugi ſecum, liberalem ad ſumptus; ſed cuius omnes iſtas dotes corrumpebat præcipiti phantaſia furor. Cùm iam eſſent Corinthi omnia, quæ vir iſte ſupellectilia ſecum vehebat, vna cum ipſis ſeruis naui tradidit vehenda à Cenchris Athenas vſque; ipſe mercede conducto vehiculo terreſtre iter Megaris inſtituit. Cùm iam Thriaſium attingerent, ſeruos, quos habebat ſecum, rogauit de quadam ſupellectili, illis caſu abfuit. Quid reſponderent, immemores, vbi eam ſeruaſſent; inter plura non facile erat meminiſſe. Talem huius ignorantiæ opinionem admiſit ille, vt furore percitus, vbi nihil aliud habuit, quo adoleſcentulos cæderet, gladium vna cum ipſa vagina arreptum in caput binis ictibus mortalibus infligeret. Quid offendit illum? Serui? Minimè : innocentes erant: fuerant & diligentes. Ergo opinio læſit: hæc iniuriam illi fecit : ſerui officium præſtiterant. Agnouit mox ipſe : nam, vbi ad fluorem ſanguinis è vulneribus aduertiſſet animum, Galeno, & ſociis relictis, illicò pedibus iter ingreſſus eſt, ne ipſo præſente expiraſſent : minùs cenſuit ſe dignum vita, qui minùs in poteſtate ſua fuerat, pro iracundiæ ritu & errore expetituræ ab alio pœnas

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pœnas à ſe priùs exigentis. Sed, cùm occurriſ-
ſent ſocij, facti pœnitens, Galenum manu ar-
reptum Megara introduxit in domum quam-
dam: deinde lorum porrigens, cùm ſe ipſum
exuiſſet, iubet verberare pro iis, quæ furore ne-
fario patrauerat: ſeruiliter corripi voluit, cùm
iuris ſui non fuiſſet. Galenus in riſum fluxit: ille
ad genua vrgebat precatus, ne aliter faceret.
Tantò maiori riſu Medicus commouetur, quan-
tò illum diutius pertinacem ad ſui ſupplicium
videbat. Poſtquàm ſatis diu certatum vtrinque
eſt, recepit ſe Galenus, facturum quod poſtula-
bat, illaturùmque verbera, ſi ipſe quoque valdè
exiguum quiddam, quod Galenus peteret, vi-
ciſſim præſtaret: admiſit. Tum doctus Medicus
etiam curandos animos, quos non verbera, ſed
ſana verba ſanant, rogauit hominem, vt ſibi ſer-
monem quemdam recenſenti accommodaret
aures; hoc eſſe, quod poſtulabat. Paruit: mox
prolixo Galenus & ſalutari ſermone expoſuit,
non verberibus, ſed ratione medicandum eſſe.
Ille ſibi prouidens adhortatione Medici nun-
quam ſalutariùs, longè poſthac ſe ipſo melior
effectus fuit, correcta opinionis iniuria. Vnicum
morum remedium, ratio eſt. Noui & ipſe biduo
abſtinentem cibo omni, & luce fœminam, ſo-
lùm tenebris & lacrymis incumbentem, ob in-
teritum catuli: pari caligine corpus damnauit
mens cæca: caruit ratione recta, efficaci opinio-
nis pharmaco.

Cap. 19. At, cui non ſuppetat rationis fides, ſufficit
opinionis



opinionis mala fides: meminerit eſſe peſſimum
peruigilij inſomnium. Male audiebat Pyrrhoni
opinio: nihil putabat malum, niſi quod puta-
ret. Noluit putare, & ad conſtantiæ miraculum,
aduſtionem, ſectionémque vlcerum adhuc ſine
oris contractione tulit: adeò ſecurum eſt, non
putari mala, vt vel ſi fallamur, & ſint mala, non
erit malum. Quomodo, qui nihil malum putat,
formidare poteſt? Certè ſi triſtari poterit, non
timere: maiorem portionem miſeriæ ſaltem
præcidit. Plùs vexamur timoribus, quàm malis.
Solent quidam, ventris mancipia, ita auide per-
cupere ganeata cibaria, vt ſaliuam ſuam ſimili
ſapore inficiant adhuc ieiuni. Pueri quandoque
potionem hauſturi amaram præſentiunt acerbi-
tatem, formidine humorem inquinante linguæ.
Itaque non cibus, non potio mulcebat, non acer-
babat; ſed opinio. Iuuat exiſtimationem malo-
rum deponere: licèt ſint, minus triſtabimur, nihi-
lo iſta fraude fraudabimur, niſi curis.

---

## PÆDEVSIS II.

### *Salutaris vſus opinionis, & intellectus.*

LVbet adiicere vſum opinatiuæ facultatis, Cap. 20.
abuſu ſuo iam refutato. Eadem & virus no-
ſtræ hilaritatis, eadem antidotum mœroris po-
teſt fieri: nocet, ſed valet mederi: ex ipſo ſcor-
pio medicamentum ſui morſus premitur: perit a
in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in hoc eſt, non tantùm innocuas res facere, ſed feliciter peruertere, vt ſalutares faciamus. Eadem vis, ſi dirigitur, iuuat; ſi flectitur, nocet. Domitatus equum non macerat impetus, ſed erudit, & ipſam laſciuientis pulli indolem ad elegantiam inſtituit: ita rerum apprehenſio, quamuis, cum fallax eſt, peſtis gaudij ſit, habet ſuos rectos vſus: ad animi pacem educari poteſt. Ex calumnia iſta male apud Philoſophos audiuit opinio, ſuis inuentis miſeriam noſtræ conditionis augeri. At & ipſa crementa lætitiæ, ſubſidia fortunæ poteſt reparare. Bifariam rerum claſſes digeſſimus: aliæ mutabiles, quæ noſtro arbitrio non pareant: aliæ immutabiles, & quæ in manu noſtra ſint. Ad illas æqualibus ſuſpendimus momentis animum, & ſub neutro cohibuimus voluntatem impetu: ſiue odio, ſiue amore periclitatur; mutabilia ſunt, & extra cordis ius; nec prehendere illas, nec ablegare ſatis poſſumus. Quare aut ereptis, quæ in voto erant; aut adiunctis, quæ in faſtidio; angor indubitatus venit. Deeſt, quod cupimus; adeſt, quod odimus. Hæc ſunt omnia elementa mœroris. At, quia conſtigere cum rebus nudis & aridis, vt ſic dixerim, harum ſemper eximendo formidinem, illarum extinguendo cupidinem, poſſibile, ſed difficile eſt; fauebit propitia aliqua opinio, quæ commoda ſpecie purpuret, aut cruentet illas, &, prout opus fuerit, pingat, vel ad metus, vel illecebras. Etenim dolorem ſiccum nuda frontis ſuæ auſteritate, & intento reſpectu, qua dolor eſt, & ſauciat,



ciat, appetere ægrum eſt: at, ſi ratio mitiget, & non ad vultum illum horridum duntaxat reſpectet, ſed circumſpiciat vndique, iam cicur, & tractabilis erit, ſi ratio dictet iſta. Quid ſenſum committis? Excipe dolorem animo, nullum in hunc ius labor vindicat: nullus dolor maior patientia eſt: omnis minor eſt gloria, ſi breuis, virtus longæua eſt: ſi longus, gloria æterna eſt. Leuis eſt patientia volentis, & gloria patientis non leuis: vtrâque ferendus eſt, & exiguus dolor propter patientiam, & grauis propter gloriam. Quid, ſi inſtrumentum iſtud ſit bonorum? Quid, ſi aſylum ſæuioris fortunæ? Quid? homo es, non Deus. Damnum doloris penſet iſtud bonum, meminiſſe tui: gaudeas te noſſe. Quid malum adhuc putas? A Deo nullum malum eſt. Deus voluit. Anne minoris eſt voluntas Dei, quàm ſenſus tuus? Quid? Hactenus contumax periſtis? Iraſcere, indulge affectui, funde bilem, ſi tollere dolorem poteſt: ſi proficis, impatiens eſto. At nullum extenuat impatientia malum, impinguat omne. Gemis: ſed non frendeas. Fers ægrè tantum dolorem: ergo velles minorem. Sed neceſſe eſt, feras non ægrè: quia, ſi nolis, magnum facis. Patientiâ ſolùm minor redditur. His, aut ſimilibus miteſcet opinio rei acerbæ.

Itaque non licet calumniari imbecillitatem humanam, quòd ſua adæquare vota nequeat, neque pareant res cupidini: tantumdem enim arbitrio cadit: nequeunt percellere nos, niſi apprehendantur, & renuntiet imaginatio, aut pacificas, *Cap. 21.*

aut

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aut hoſtiles. Hoc de noſtris eſt. Ita eſt propitiè
nobiſcum actum, quandoquidem ſub noſtra ma-
nu non veniant res, quòd earum facies veniat,
qua vel terrent, vel pelliciunt. Nihil noſtrum in
rebus eſt, niſi iudicium; & ſatis hoc eſt, non mi-
nùs ac ſi ipſæ: vt dimittere, aut admittere acer-
bas, vel ſuaues pro libidine ſit. Æquè compēdio-
ſum eſt gaudij artificium, ſub noſtram recidit ar-
tem: vt libet informare res, licet. Non tutior eſ-
ſes inter ſcorpios, dipſadas, ſepedones, natrices,
dryinos, viperas, ſi ad te accedere non poſſent,
quàm ſi accedentes ſuum peſtilenti morſu tranſ-
mittere nequirent virus. Æquè incolumis ma-
neres, ſi tuo arbitrio fuiſſet motus venenantium,
aut venenum: ſine iſto innocentia ſunt. Quid
refert extra ius noſtrum res eſſe, ſi earum acies
iuris noſtri eſt? Opinione noſtra, aut inſtruimus,
aut ſpoliamus. Virus, aut ſalubritas, & ſapor re-
rum iudicio noſtro funditur. Arma iam conce-
dimus, iam tollimus: at exermem militem vel
timidus non pauebit. Edentulus aper eſt inno-
cens; mancus vrſus, ludicrus; cæcus baſiliſcus,
ſanus: in nullum eſt malum ſine opinione no-
ſtra, quæ, vt ſcit mala deformare, nouit & bo-
na comere. Hac parte iuuandi ſumus: huc illa
flectenda eſt. Si iſtum teneamus ſenſum, ad-
mittere partim iam liceat duas Epicteti anſulas:
vna alleuiat correptas res: altera grauat. Nequit
fortunæ ingenium ita teres, aut bonum, aut ma-
lum architectari, quin opinio noſtra neſciat of-
fendere demiſſum aliquid, aut eminens: hinc le-
uigatum,



uigatum, inde exaſperatum. Quod iſto reſpectu
vmbra mali ſubnigreſcit, illo radiat boni ſpecie:
ſi rectà contemplemur, frons pulchra patebit.
Artificioſum quoddam genus picturarum pro
reſpectibus figuras variat: ſi obliquè obtuearis,
arietem iſtinc videbis, aut afellum: ſi aliunde,
leonem, aut bouem; ſi rectà, elegantem faciem.
Non aliter colores mutant res: aut lundæ dan-
tur, aut feſtiuæ. Eadem contemplabatur Hera-
clitus, quæ Democritus; ſed è diuerſo ſitu: illius
excitarunt fletus, huius cachinnos. Idem metal-
lum neglexit Curius, dilexit Craſſus. Sub binis
omnia formis ſpectare licet, torua & eleganti.

Quin, ipſius formæ elegantiam turpi latere, *Cap. 21.*
& contemptibili poteſt videri ſpecie, (vt illud
quoque ad exemplum ſit,) ſi ea intuearis parte,
qua temporis ſoror eſt, qua animi extranea.
Quid letaris te omnium fragillima? Ipſo delica-
tior vitro forma eſt: iſtud ſine ictu non peritus il-
la ſine vulnere cadit: non eſt opus, vt pereat, niſi
quòd exiſtat: durando interit: dum ſeruatur, per-
ditur: res omnium fugaciſſima: non eſt ſtabilior
tempore; cum ipſo fugit. Non eſt opus, quòd at-
terreat hoſtis, ſi contines tempus, unde ſiſtere
ſpeciem. Diffluit ſubſtantia noſtra, accidentiæ
ſtabit? Vis ſcire, quid ſit? Expecta, ſcies, quòd non
ſit. Quid amas, quod, vt vota tua feliciter ca-
dant, periturum eſt? Amas formam, ſed non odi-
ſti vitam: ſenio forma perit, ante ſenium mor-
bo. Non eſt pretioſa ſpecies, nec valetudo, niſi
cum animo ſpecioſo & vegeto. Sunt venena,
Q quæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

quæ admiſtione alieni ſucci ſalutaria fiunt: nunquam periculoſior mens ægra, quàm in corpore ſano.

*Cap. 23.* Ambiguæ itaque res ſunt ad contemplationem noſtram: ſed anſula ſalutari comprehendi oportet. Viſus eſt Androcidas ineptus miles, quòd claudus deſcenderet in aciem, & propterea increpatus: alio tamen latere ille ſumpſit, & ſuum tutatus eſt conſilium, & ad gloriam torſit dicterium: Pugnare, inquit, non fugere, mihi propoſitum eſt. Theramenes, opinor, ſiue alius alitus Lacedæmone animus, innocenti capulo prehendit fatum; lætus, ridénſque damnationem mortis excepit; riſúmque torquenti maleuolo ad legum, Lycurgique contemptionem, Ego (reſpondit) gratiam habeo illi, qui ea me plectit mulcta, quæ ſine mutuatione & verſura poteſt ſolui. Scilicet, ſana iſta anſula lenis fuit: grauiſſima leuibus animis mors, & mala malis. Lacones, ſiue trecenti, ſiue ſexcenti fuiſſent, qui aliis ex omni Græcia effugientibus Xerxem relicti ſunt, ſuam quoque ſatis honorare fugam poſſent. Non erat ſpes victoriæ, ſed ſepulcri: non tardè expectabatur vinci, ſed obrui: ſatis gloriæ fuit, quòd tardarent. Nimiùm fecerunt, quòd dubitarint; nec pudor erat non ſperare vincere, à quo rerum natura victa, maria, montes. Aliud eſt præliari, aliud deſperare. Maxima potiùs ignominia, ſi illos primos Græcorum vinceret Barbarus ſine teſte virtutis; hoſtium dumtaxat arbitrio commiſſa fama: ſed glorioſiùs altero

tero



tero arripiebatur mors latere. Vnde tremor? Saxa commilitones erant: anguſtæ Thermopylæ laxent animos: natus erat locus paucis: non numeretur Lacon, ſed æſtimetur. Sparta muros non habet, nunc habet: fuerunt, non fugerunt ſocij: ſuperflui viſi ſunt: non reliquère Spartanos, ſed elegerunt. Licet dicere: Hic meus eſt dies. Non iam defendatur Græcia, ſed pudor. Aliis non fuiſſet dedecus fugere: Laconicæ infamiæ deliberaſſe eſt ſatis. Si victoria incerta eſt, gloria eſt certa: ad certam victoriam Athenienſes veniſſent. Lacones ad certam mortem ſtare ſolent. Quid? Fugerint ſocij? Nec ſequendi ſunt, nec reuocandi. Cur iſtud primum in Athenienſibus Spartæ probabunt? Aliud imitari licet, non fugam. Montes mutauit Xerxes: diſcat eſſe, quod vincere poſſit potiùs, quàm mutare. Offendat Barbarus aliquod difficile, ferire Laconem. Proh pudor! inter hoſtes fugere, inter fugientes tardare! Qui vicerunt ſtando Græcos, vincent vel cadendo barbaros. Paucis maior gloria vincere erit, minor iactura vinci, nullus pudor. Hiſne ſatis præponderans opinio verget? Archius, Triarius, Portius, Cæſtius habuerunt, vbi ſe funderent.

At, ſi quocumque flectere opinionem licet in *Cap. 24.*
naturę fauore, in virtutis experimento, cur non in fortunæ iracundia, & ea parte arripere, qua non vtit? Pauper ſis: nõ reſpectes diuitias, vt inſtrumẽta voluptatis; ſed, vt tormẽta virtutis, diſcrimina ſaltem. Euge, liberalior virtus eſt, quàm fortu-

 næ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

na: non dat repetitura; non negat neceſſaria. Solùm non dat, quod datum nocebit, quod ademptum proderit: ſolùm eripit, quod relictum lædit. Quid intereſt, exuat caſus: conſilium, & virtus induet. O inepte, remedium paupertatis præſentiſſimum habes, non deſiderare. Tantumdem eſt, habere, & non cupere. Quid ægre fers paupertatem? A te pete, quod deeſt: locupletiſſimus eris. Dabis tibi, quæcumque nolis. Ille diues ſolùm eſt, qui à ſe mutuum accepit: iſte ſolùm numquam eget. Victu ſplendido cares? Ne putes guſtum, ſed naturam: illi nihil, huic parum ſatis eſt. Satur non eris: ſed eris ſanus fortaſſe, & bonus. Exiguo in victu exigua eſt voluptas, id eſt, malitia. Gaude neceſſitate virtutis: ſponte non feciſti, quod debes: poſt illud quid melius, quàm facere coactè? Si anguſtus non eſt cibus, laxa erit gula, capiet omnia vitia. Quid? Delicias quæris? Ipſe Epicurus in oleribus & abſtinentia voluptates ſuas poſuit. Repulſam pateris? Ne iacturam voti intuearis, ſed periculi. Tuta mediocritas eſt. Nulla tibi iniuria, ſed ambitioni tuæ: huic ipſe prior iniuriam facturus eras. Imitanda eſt ars naturæ; ea parte adhærere, qua conuenit. Hoc aſtu æmula inter ſe compagine pacificus conſtat orbis: ignis aëreum ferè in dimidio ſui aduerſatur, aër aquam, aqua terram: ſed eo cohærent latere, quo amicant. Ignis ſiccitate lætatur, aër humiditate ſumma: nunc propterea horrent, & diſcedunt? Minime. Callent manus pacificas nectere aliunde



de quærunt ſe amplecti, & communi ligantur nexu, caliditate. Aqua quoque, & aër frigore & calore ſe hoſtiliter fugarent; amica tamen vtrique humiditate ſe oſculantur. Terra pariter contempta ariditate, init cum humore fœdera, quà frigeſcunt: ita inter hoſtiles impetus amor eſt. Nos tamen pigro iudicio res arripimus & contraria anſa prehendimus, qua nos vrunt, qua aduerſiſſimæ ſunt.

---

## Præcepta topica in vſu opinionis.

### LOCVS I.

*Ex comparatione fortunæ.*

ATqui, vt poſſis te ſolerter fallere ſalutari opinionis vſu, aliqua memoranda ſunt præcepta. Primum ſit comparatio fortunæ. Sapienter Barbarus ſapiens ait: Non eſt malum, quod cum alio comparatum bonum eſt. Amiſiſti bona? cur propterea triſtaris? Alij caruerunt: læti viuunt. Quin ipſe nondum adeptus illa, nouiſti, quid ſit ridere. Reuocatus es in ſtatum capacem gaudij, expertus fuiſti, riſiſti. Quid modò mœres? Habes minùs, quàm ſperabas; ſed non quam eges: quid mirum, maneas citra ſpē, *Cap. 15.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſi ſupra ſpem ambis? Speraſti plùs, quàm debebas: iuſte habes minùs, quàm ſperabas. Fateor, amiſiſſe aliqua: ſed retines alia. Cur obliuiſceris omnium? Scito manſiſſe plura. Non omnia perdidit fortuna, ſed tu, cùm non memineris. Puerorum more excandes, quibus cùm vna nux eripitur, præ iracundia excutiunt è manu omnes; dum aliquid negatur, omnia nolunt. Inuidè tua reſpicis, cùm inuiſa cuncta habeas ob rem vnicam, quæ abeſt. Abſtulit aliquid fortuna? ignoſce; quia plura dedit; & ipſum, quod abſtulit, meruit à te alicuius rei patientiam. Fortaſſe, & poſteà emendauit hanc iniuriam, & anteà redemit. Plus eſt, quo te delectes præſentibus, quàm ereptis. Pauca abſtulit ſors, pepercit pluribus: plus dimiſit, quàm rapuit. Diffunde mentem per reſtantia, ne putes infortunium, potuiſſe plus habere. Compenſat gaudium poſſeſſorum, ſenſum amiſſorum. Ne reſpectes ablata, ſed relicta. Cur miſerum te putas, qui ſi conferas te cum miſeris, felix eris? Gratificare potiùs, quòd habuiſti plura, quòd pauciora habere poſſes, quòd adhuc habes: plura, ſcilicet, quàm alij habent; imò quàm opus habes, & quàm habere es dignus. Ariſtippus opulentum prædium amiſit, anne propterea doluit? imò lætus ſolatus eſt dolentes. Amico, ſiue adulatori, qui ægriùs tulerat, niſi finxiſſet, iacturam alienam, Nónne, dixit, tu prædiolum vnum habes; mihi tres reſtant fundi? Cur non doleam potiùs tuam ſortem? Sapienter duplici collatione pharma-

cum



cum temperauit fortunæ: reſpexit, quæ habuit ipſe: quæ non habuit alter.

Quid? adhuc putas perdidiſſe multa? Compenſa lancem timoris: ſi multa amiſiſti, pauciora, & pro paucioribus metues. Cur te putas miſerum, quòd perdidiſti, cùm te beatum poſſis facere, ſi non deſideres? Iniuſtus es, ſi ius ſuum repetendi mutuanti integrum non ſeruas, ſi non permittis ſuum arbitrium. Ne damni loco habeas reſtituiſſe, ſed lucri accepiſſe. Memento diu habuiſſe, non diutiùs poſſe habere. In iſta autem conferendæ fortunæ induſtria cauendum eſt, ne attollas oculos, ne ſurſum lumina iactes: per inferiores cliuos dimitte, & dilata obtutum. Nulla, quantumuis magna fortuna, ſe contenta eſt, ſi maiorem, aut æqualem videat. Nulla tam tenuis, quam non magnificet minor, quam non ſoletur triſtior. Hoc intereſt inter iſta corporis, & rudia bona temporis mancipia, atque inter bona animi & virtutis: in illis reſpiciendi ſunt, qui minùs habent; in his, qui plùs. Cuius ſi deſideres cauſam, iſta eſt. Temporalia contemnenda ſunt, æterna exoptanda: reſpectus enim minoris felicitatis ſolatur, & mitigat auidam cupidinem. Aſpectus maioris virtutis prouocat & incendit animum, diſpiciens inde, quantùm tibi ſuperfluat fortunæ, quantùm deſit virtutis. Iuuat præterea diſparium comparatio, fortunæ, inquam, cum virtute: vt iſtius gloria leniat illius vulnus. Agidem tantoperè animauit contemplatio virtutis, & innocentiæ bonum, vt vltrò prouocaret

*Cap. 26.*



fortu

fortunam, imò fata: ipſe lictorem plorantem, trepidum, anxiumque ſolatus eſt, erexit ad opus, quia ſuam fortunam cum virtute contulit. Sic, inquit, iniuſte, & contra leges moriens, longè melior ſum, quàm qui nuper morte damnarunt. Hæc inquiens, vltrò exhibuit collum innectendum laqueo pro gloriæ ſuæ torque.

## LOCVS II.

### *Ex contingentia.*

Cap. 27. ALiud corrigendæ opinionis pharmacum dabit contingentia, rerumque anceps caſus. Pretioſam ſupellectilem magni habuiſti, aut vnicum vnionem, aliúdve inuidiæ pignus, auaritiæ prædam? amiſiſti? hac tecum ratione, ne dicam, ſolare, lætare: Perdidi ſupellectilem: ſed incolumis ſum. Mea ſalute gaudeo. Multos perdidit auaritia, non dumtaxat propria, aliena etiam: vtriuſque diſcrimen euaſi. Multi à furibus occiſi, à ſeruis interempti: culpa fuit, diuites fuiſſe: ablata illis vita, vt auferrentur nummi. Anne ipſe priuilegium impetraui ab inuidia, ab auaritia, inexorabilibus tyrannis? Quod alicui, omnibus contingens eſt: quod omnibus, mihi. Ergo, ſi ob iſta fortunæ crepundia occidendus forem, libenter ſic tranſigerem diſcrimen: perderem omnia, ne perirem. Dedêre viatores crumenas latroni, nauigantes merces Oceano, vt ſe redimerent. Minus ipſe dedi, & ſaluus ſum. Me, & mea amiſſurus, vt me ſeruarem, lætus concederem mea: gratularer mihi, gratiam aliis haberem. Quid mihi ad iſtam lætitiam nunc deeſt? Supereſt potiùs. Haurio iſtum ſpiritum: iacto hos artus: viuere me ſentio: melior nunc mea conditio: cur triſtiorem faciam? Cum vita ſum, & nulli gratias debeo: neminem rogaui; anceps non fui, non formidaui.



Honore publico depoſitus es, & procuratione exauctoratus? Neque iſtud graue putes. Anne, ſi procederes, iurabis, nulla fore contrahenda odia? nunquam ob iniuſtam functionem, aut inuidorum calumniam, eò venturum, ne cum munere opes, honorem, amicos, appendices fortunæ, vitamque poneres? Si præſcius quis huius tuæ fortunæ ſæuitiæ, ne tanta calamitas te obrueret, pecuniis & ſolicitudine res ſolerter prouidiſſet, vt honeſto titulo deponereris, quo præoccupares infelicem ſortem, gratus illi fuiſſes, etiam ſine munere tuo. Quid modò iraſceris? Habes, quod tunc optares, opes, honorem, amicos, vitam; inſuper, quæ amico fido pro gratia largiturus eras. Gaude potiùs. Infida fortuna tibi fidelis fuit, & liberalis: gratis abſtulit damnum: debebas aliquid ſoluere, vt auferret. Ægrotas? dolor pungit? Anne & iſtud ſine ſolatio? Fortaſſe & cum lætitia. Minus malum iam aliquod bonum eſt. Nemo non gaudebit bono ſuo. Forſitan dum langues, magnum aliquod facinus fortunæ eludes. Robore, valetudinéque ſi firmus eſſes, interim aut iracundia tua, aut petulantia Cap. 28.

 aliena

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aliena in foro prouocatus offendiſſes illum, qui tuo iugulo repararet iniuriam ſuam. Nónne malles fuiſſe in lecto, quàm in feretro? Quo pretio illum emeres languorem, redemptorem tuum? Nummos, an artus ipſos dares? Si opus fuiſſet, oculos: dexteram extenderes ſecandam. Non adæquantur membra vitæ.

*Debilem facito manu,*
*Debilem pede, coxa:*
*Tuber adſtrue gibberum,*
*Lubricos quate dentes:*
*Vita dum ſuperes, benè eſt.*
*Hanc mihi, vel acuta*
*Si ſedeam cruce, ſuſtine.*

Quid mœres? Vitam modò habes, mox valetudinem, inſuper ſanam dexteram. Numera artus tuos, nullus abeſt.

## LOCVS III.

### *Ex reſpectu finis.*

*Cap. 29.* SIt etiam caput dirigendæ opinionis, rerum capita, vultúſque reſpicere: fines ſuos dico. Vix vnquam ita ſe pandunt res, quàm in exitu. Viſa eſt Moyſi virga manui ſuæ ſocialis, qua ſe iuuabat, horridus ſerpens: atterruit illum, fugauit, donec cauda extrema apprehenſa, reddita ſtatim eſt, quod fuerat, virga, inquam. Plura, quæ ad ſubſidium noſtrum ſunt, timemus, fugimúſque alienis formis terribilia, & virulenta viſa: alia



alia ſalubria apparent, quæ venenata. Ne iſtam priorem obtueamur faciem; ſed finibus prehendamus ſuis: tunc quod ſunt, videbuntur. Finis rerum, caput eſt. Vtrique: nam notificat. Capite, & ore quemque dignoſcimus, non tergore, non occipite. Audimus ſæpè, omnia iſta bona temporì cedentia, diuitias, voluptates, honores, nihil eſſe. Vnde iſta notitia? Ab exitu, in nihilum faceſſunt: inde nihil eſſe dicimus, & diſcimus: nihil, inquam, boni & neceſſarij: nam ſæpè aliquid, aut plurimùm mali ſunt. Scorpium venenantem non timebimus ex adulanti ore; ſed à præpoſtero morſu. Qui virus voluptatis velit noſcere, extrema reſpectet: initio palpat; exitus, exitium eſt: fine ſuo pungit ſcorpione perfidior. Prudenter itaque Phalaris ſcribit: Sapientis viri officium eſt, ante verba, rem ipſam; ante rem, diligentiùs quoque exitum conſiderare. Exitum voluptatum conſidera, pœnitentiam, aut præcipitium. Quid? Exitum conſidera omnium, ſecundam mundi ianuam, mortem. Audi, & hauri Samium monitum:

Μὴ δ᾽ ἀφραδίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν, ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.

*Ne imprudenter teipſum habere circa aliquid aſſueſcas: ſed cognoſce, quòd mori, fato conſtitutum eſt omnibus.*

Iam ex iſta rerum clauſula panditur veritas. Omnia nihil putabis; etſi æterna forent, præter te re vno perituro, omnia tecum tibi peribunt, etiam non pereuntia, nec peritura. Iuuat vltra fines rerum, etiam reliquias ſuas, & veluti cineres proſpicere. Quid poſt diariam voluptatem reſtat?

reſtat? Longa pœnitudo. Quid poſt laborem honeſtatis? Lætitia æterna, gratulatio, laus: iſtæ ſunt reliquiæ virtutis. Anne ſanæ mentis erit, commutare longam, vitalémque voluptatem virtutis pro breui cupiditatis, & dolore æterno?

## LOCVS IV.

### *Ex comparatione temporum.*

*Cap. 30.*

IVuat, vt tranſilias damna rerum, quòd ipſa iudicio tranſcendas. Quid erit, poſtquàm fuerint? Trans voluptatem te iace, & ſaltu ſupera. Qui cœnoſum riuum offendit, ſi tranſiliat, non ſe inquinabit. Cogita frigida iſta delectamenta præterita, quid tunc erit? Non optabis futura, contemne præſentia. Quid tranſacta voluptate retinebis? Nihil. Mentior: imò multùm; ſed pœnitudinis, ſed faſtidij, certè ſi non ipſius voluptatis, tui ipſius. Quantùm ad oblectamentum, cùm vltrà ſumus, omnes æquales erimus, & qui fruiti, & qui priuati voluptate: quantùm ad peſſimas, quas habet, reliquias, deterior cõditio affligit gauiſos. Age, nolis: ſed acceptam habeas iucunditatem felleo ſubſidentem ſitu. Æſtima te iam fruitum. Idem habebis fruiturus, atque cariturus: niſi quòd id minùs, ſi careas, morſum cordis, pœnitentiam; ſi fruaris, ſecuritatem, virtutem. Compenſa guſtum illum peregrinantem pro conſtantia vitæ huius, pro æternitate futuræ, pro guſtu conſcientiæ manſuro.

In



In his quoque, quæ cortice exaſperata ſunt triſti, lugubrique, quotquot ſiniſtra manu ſors gubernat, transfer te poſt menſem, aut annum: cogita iam te oblitum tui vulneris, & reconciliatum fortunæ; perinde iam lætaturum, ac ſi nihil accidiſſet aduerſi. Præripe modò, quod poſteà habiturus es. Tempus medetur dolori. Nónne iſtud opinionis argumentum eſt, illâ potiùs, quàm dolore dolere? Quod poteſt labilis dies, poterit ſtabilis mens, corrigere opinionem, extinguere ſenſum. Puluillus perinde contempſit recens nuncium defuncti filij, ac ſi iam multos annos reſciſſet, ſine gemitu non interrumpente precationem. Solennia pontificalis carminis verba concepit, diſſimulans audire, quaſi iam ſciſſet; aut ſæpiſſime, & cum faſtidio audiiſſet. Solùm id, quod ad præſentem curam videbatur ſpectare, neglectim & perfunctorie prouidit. Hoc tantùm dixit: Cadauer igitur, quò vultis, proiicite. Æſtimauit filium non immortalem; nec conſiſtentius quid, quàm teſtam, quæ conſciſſa, fragmenta nihil curantur; eruto nucleo, putamina proiiciuntur. Ita ſine nucleo, hominis mente, corticem cadaueris neglexit. *Cap. 31.*

## LOCVS V.

### *Ab exemplo.*

NEc leue adminiculum præſtabit commemoratio exemplorum. Non ad ineptum *Cap. 32.*

I2 peſſimo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

peſſimorum ſolatium, qui ſocietate condolentium recreantur; & dum plures miſeros vident, beatiores ſibi crudeliſſimè videntur: ſed, vt pudeat ægrè ferre, quod multi moderatè & tranquillè; nonnulli lætè tulerunt; alij cupidè, & cum diligentia ſupra patientiam. Compoſuit Python Rheginus mortem cum gloria virtutis, & animoſè prouocauit conciues, ne, vt parcerent ſibi, parcerent hoſti. Alligatus à Dionyſio machinæ, quam pro expugnando Rhegio parauerat, muriſque admotus, vt machinæ, in qua ciuis de patria benemeritus erat, parceretur, exclamat Python, vt tela illuc contorquerent: ſe enim ſignum libertatis eſſe. Vnus fuit, cui damna precaria fuerunt; qui periculum flagitauit. Moneamur præterea conditionem noſtram. Cogitatio humanitatis onera ſua magnopere leuat. Non Dij ſumus; ſed mortales. Quæque dolemus, appendices mortalitatis ſunt.

## LOCVS VI.

### *Ex prouidentia ratione.*

*Cap. 33.* CÆterùm in plurimis, fatorum conſideratio Demetrium impulit, pluréſque antiquorum ad malorum opinionem ponendam, aut portandam; ſcilicet, neceſſitatis lex coëgit ad patientiam. Nobis validius adiumentum eſt opinionis leniendæ, non neceſſitas, ſed voluntas; diuina, inquam. Quid acidum putare poſſumus, quod



quod illa propinat? quid malum, quod illa conſecrat? Non trahimur fatis, ducit nos Deus. Quò? Ad ſe. Quà? Ne iſtud rogesnam nec aurigam ad vnam vrgemus orbitam; nec naucleru m ad vnam periodum. Qualibet vehant, dum, quò volumus, veniamus. Ipſorum munus eſt noſſe itinera. Cur Deo præſcribimus leges viæ, quas auriga non patitur? Quid quereris? Salebroſa ducit ſemita? Compendioſa eſt, ſecuráque: imò iam ſalebris carebit; ſi putes vectorem Deum, ſi tutum iter. Cum Deo pugnare vis, ſi reſiſtis. Iſtud prouidentiæ ſolatium, magnorum animorum eſt, & maiori otio diſſertandum.

---

## PÆDEVSIS III.

### *Diſtractio ipſius opinionis.*

HIs opinionis ſalutaris induſtriis obmuteſcet voluntas noſtra, quantumuis procax fuerit: etenim placabilis indolis eſt; ignauia ſolùm diſciplinæ ferocit. Iam non vociferabitur vel ſpecie boni, quamlibet ratio obiiciat, aut ſubſtituat. Puerili itaque modo fallenda eſt. Cùm puer mixta ſingultibus balbutie cultellum poſcit, mater negat, & ſemouet, ne ſe vulneret filius: augentique puero fletus, ſubſtituit pomum, aut nuces, quibus ille iam conticet lætus. Ita cupiditati noſtræ aciem fortunæ poſtulanti, aliam boni innocentiorem faciem ſufficere *Cap. 34.*

re oportet, quia quieſcet. Quia tamen non porrigitur per ſuperficiem hic vultus; nam profunda res eſt veritas, (nec enim omninò falſus eſt Democritus;) fodiat mens, donec luceat ſuum aurum. Effodiunt auari theſauros, donec aliquid reperiant; in iſto laboremus, donec nihil. Ditiſſimus animus eſt, qui hoc inuenit; omnia, quæ vulgus quærit, exaggerat, nihil eſſe. Sciamus vti libertate noſtra: ſciamus gubernare intellectum, pretioſiſſimum tranquillitatis organum hinc inde congeramus rationes, donec peſſimam commutemus opinionem; ſin minùs ponamus, & diſtrahimus; nec, quæ cogitamus malæ, cogitemus. Memoria rei grauis etiam grauis eſt. Nocentiores regulo ſunt res, & inhumaniores, quæ non ſuo, ſed noſtro nos ſæpè perdunt reſpectu: nec corpus illud futile ſauciant; ſed mentem. Peſſime de nobis meremur, cum iis, quæ nos triſtant, hæremus; nec audemus transferre ad alia mentem: & ſi fortè aliquando rapta aliò fuit, noſtris malis ſtatim reſtituimus; non aliter atque infantes, qui cupientes tractare ignem, licèt doleant, rurſus tangunt. Igitur ad aduerſas res; cum præſentes ſunt, non aduertamus; cum præteritæ, non recordemur; cum futuræ, ſolùm prouideamus, non formidemus. Vlcera, quò plùs tractantur, ipſa noſtra manus magis corrumpit. Ignorantia infortunij obſtat mœrori: eadem vis inerit obliuioni, inerit incogitantiæ: idcircò dolores ſupit dies. Quid dolemus calamitates iſtas futiles, quæ ſolùm igno-

ratione



ratione farcirentur? O fallacia bona, quorum gaudium, aut dolorem, fallit ignorantia, aut obliuio! O mendacia bona, quorum ſenſum ipſa noſtra deceptio decipit! Quid affligimur ob vacua iſta fortunæ munuſcula, quæ perinde eſt habere, atque carere: vt oculo panis verus, & pictus ſtomachus ſolùm ſentiet damnum. Non quod habemus, gaudemus; non quod amiſimus, dolemus: poſſumus ob illa gaudere etiam carentes; poſſumus mœreri etiam poſſidentes. Si dimidium theſauri fur abſtuliſſet auaro, dum neſciſſet, lætaretur, fictâ ſecuritate, ſuis funeſtis nummis, perinde ac ſi poſſideret: cùm nihil auferatur, ſed renuntietur vel vnus ablatus aureus, dolebit: namque opinio noſtra ſolùm nos verberat. Infortunium ignoratum non lædit fortunam: ita & non cogitatum parum offendet.

---

## PÆDEVSIS IV.

### *Veritatis obſeruantia.*

HÆc dixerim pro his, qui tundere ipſam frontem malorum non audent, vt ſaltem foribus ſe clauſis tueantur. Omni medendum modo eſt dolori: alioqui ſtrenuum, & neruoſum animum opto, validum veritatis alumnum, ipſius firmamento ſtabilitum, quam vbique gaudeat reſpicere, gaudeat ſequi. Nemo conſtans, niſi veritatis aſſecla. Nullus ſtat animus, niſi Cap. 35.

 quem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quem impellit ratio. Bellè itaque Diogenes, fortunæ dixit apponendam fore animi fiduciam, legi naturam, affectibus rationem. Quid enim fortunæ procellas pacat, niſi impauidus animus? Quid ita ius dicit, & colit, niſi natura? Quid ita ſiſtit, congelatque cupiditates fluctuantes, niſi ratio? Veritatis natalitia ſunt è ratione, cælo, Deo, qui prima eius ſtirps eſt. Opinionis verò, quæ ſimia quædam eſt veritatis, & vacuus vultus, è ſenſu & fæce iſta rerum origo ducitur: ideò illa honorabilis, & patriam ſuam ſapiens, æterna, conſtans, conſtantes ſuos ſequaces reddit; iſta vilis, labans, mutabilis, ſuos quoque clientes verſat ſimili infirmitate: illa animi Conſul; iſta peſſimus corporis Tribunus: illa ſolùm pro anima pugnat, iſta pro corpore repugnat, magna ſtipata caterua, & diſcordi tumultu. Vna eſt veritas, & eadem, & ad omnia accommoda. Verè à diuinis Auguſtino, & Proſpero, dicitur lex omnium artium, & ars omnipotentis Artificis. Vna veritas lex erit omnium virtutum, norma omnium morum, vnum ſemper ſentiens, idem iudicans. Vna eſt ratio ſui ſimilis ſemper: opinio multiplex, & ſui diuerſa, contraria probans, falſa laudans. Quare, qui conſtantiam, baſim felicitatis quærit, vna ratione fundari oportet. Vnus erit, qui ſequitur illam; varius, qui opinionem. Ianuam ſimplicem veritatis habemus, mentem; multas opinionis valuas, omnes ſenſus, phantaſiam, cupiditates, paſſiones. Egregiè adiecit Stoïcis Proclus, non ſolùm ex opinionibus paſ-

ſiones



ſiones moueri; ſed etiam propter paſſiones & impetus permutari opiniones; quandoque ex optimis peſſimas ſæpè reportari: ita per diuerſa improbi & ignorantes appetiti, & ſibi, & aliis repugnant; multiformes, & diſcordes ſecum: non mirum, quòd ab aliis diſſideant. At, qui ratione ſunt præditi, ab eodem ſuperiore canali lucis vniuerſam hauriunt cognitionem. Itaque eleganter ait ille: Omnes ſententiæ veræ, ſunt filiæ intellectus: ſorores ſunt, concordant omnes. Propterea, qui probus eſt, ſibi & aliis probis conſentit, vnus ſemper ſecum, & inter plurimos idem. Occurſus prætereà rationis, & perturbatæ imaginationis diſtrahit à ſe improbum. Habet, vnde videat verum; habet, vnde ignoret: ſecum idcircò diſſidet: cuius diſcordiæ argumentum eſt pœnitentia, mitigatis paſſionibus ſequuta. Præualet plerumque ignorantia, languentē obruens igniculum mentis, omni modo mortalium vitam tenebris corrumpens, & in vniuerſam & priuatas actiones, nec aliter ac cæcos huc & illuc facit impingere.

Ergo, qui pacis gaudia, qui tranquillitatem *Cap. 36.*
amat, qui conſtantiam, qui felicitatem, cuius eximia dos immutabilitas eſt, & æternitas; veritatem amet, qua æternabit virtus, ſtabit pax, manebit lætitia; in ſolido ſunt. Recta ratio, omni expiata opinionis fæce, focus iuſtitiæ eſt, lar virtutis. Sacra res, mens eſt: igniculum ſacrum in conſcientia perpetuò euigilantem ſeruat; pignus, ſcilicet, felicitatis ſecurius quàm pruna Veſtæ,

 imperij

imperij archabo, & cuſtos. Inquirenda igitur ſemper eſt veritas, & acri iudicio vindicanda, & velut extorquenda è rebus, extorta amplecten-da, ſemper amanda, &, vt Philo eleganter ait, oportet τετιμήσθω ἡμῖν ἀλήθεια ἰσχυροτάτη· vt, quidquid dixerimus, pro iurato ſit; quidquid cogitauerimus, pro inſpirato. Sermonem, vt ſacramentum vereamur; iudicium, vt oraculum; & bonam voluntatem, vt præceptum diuinum. Magno alioqui luemus negligentiam, aut ſi non quæramus, aut non lucremur. Plùs quàm ignorantia nocet ſcientia inefficax. Pri-ſcos illos ſapientes, ob vnius veritatis otium, di-uinus Apoſtolus traditos ait in paſſiones igno-miniæ, in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, mali-tia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inui-dia, homicidio, contentione, dolo, indignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contume-lioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incom-poſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine mi-ſericordia. Adeò in tot mala, & ignominias di-ducta eſt vnius rei ſcientia contempta: ſcilicet, tantæ ignorationis rea fuit notitia ignorantiæ ſi-milis: meruit fieri, quod eſt viſa; ſcilicet, meruit eſſe, cuius tantumdem fuit.

*Curam habere antiquiſſimam inueſtigandæ veritatis.*

*Cap. 37.* Quid eſt, quòd nihil ægriùs feramus, quàm mendaces dici, nihil libentiùs, quàm eſſe? Pudet audire, quòd decipiamus; placet decipere; &, quod miraberis, placet decipi. In neminem maiori



maiori ſurgimus ſtomacho, quàm in ſeductorem noſtrum: ſed ſeduci, molliter, imò beatè ferimus, atque, ad incrementum iniuriæ, non ab alio, ſed à nobis. Sæpe manum obtendimus veritati fulguranti: tenebris gaudemus, vt vlulæ, & noctuæ; niſi quòd nos ſine venia, ſponte ſequimur, illæ natura impelluntur. Ignominioſum, & puſilli animi eſt, tacere veritatem ob mortis minas: annè & propter mortem, aut vacui honoris expectationem, velle decipi, & ſibi imponere honorificum erit? Ægyptij rationem vitæ quotannis exigentes ab exteris, damnabant morte mentitos; rati indignos vita, qui de vita ſua falſum dicerent. Nóſne innocentiores erimus, qui vitam ipſam mentimur, &, ne benè viuamus, decipimur? Diligenda veritas eſt, cui debemus viuere, & eſſe: omnia ei debent, quòd ſunt; capient ab ipſa, vt benè ſint. Sublimiter Zorobabel ait: Πᾶσα ἡ γῆ τὴν ἀλήθειαν καλεῖ, καὶ ὁ οὐρανὸς αὐτὴν εὐλογεῖ, καὶ πάντα τὰ ἔργα σείεται, καὶ τρέμει. Addit Athanaſius: Πᾶσα ἡ γῆ τὸν δημιουργὸν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ὑμνεῖ, καὶ εὐλογεῖ, καὶ τρέμει. Grati veritati ſimus. Si non amamus, ne oderimus: ſi oderimus, tremamus: non ſumus ſecuriores cælo.

*Omnis terra veritatē clamat, & cælū ei benedicit, & omnia opera quaſſantur, & tremunt.*

*Omnis terra opificem, & veritatē deprædicat, & benedicit, & tremit.*

* *
*

## PÆDEVSIS V.

### *Senſus veritatis attingendus eſt.*

Cap. 38. AD alterum iam mentis peccatum opem laturi veniamus: peccat enim, aut iudiciis falſis, aut languidis, tametſi veris; ſed adeò hebetibus, & ſqualentibus, vt cùm fortiſſima, lucidiſſimáque rerum ſit veritas, non dimicet, nec micet. Diximus iam de perfida impoſitione iudicij falſi; nunc de languore, & ſegnitie veri reliquum eſt diſſerere. Itaque remiſſus iſte torpor, ſi non nocentior, non vtilior erit. Brachium exangue & mortuum, hærens vegeto humero, licèt non doleat, non iuuat: ita ſunt quædam iudicia vera; adeò tamen friuola, vt cor nequaquam foueant; adeò laſſa & flaccida, vt illud non concutiant. Iſtæ ſunt cogitationes, quas egregiè Alchuuinus paralyticas dixit; ſine motu ſunt; nequeunt porrigere voluntati manum; nequeunt gubernare lacertum. Eadem ſententia à duobus æquè audita, æquè probata, vnius fodicat & mordet cor; alterius nec lambit. Quin in te ipſo eadem nunc veritas mordet, mox nec adlatrat: quia cum languore, & incommodo greſſu, aut minimè opportuno ſubit mentem. Pondus illius plerumque eſt, quo pacto cadat, vt quadret: num aliquibus non inſidet, nec ipſo ſentitur aſſenſu. Eleganter dictum eſt, hos audiendo non audire. Sæpè contingit, audire hominem

loquen



loquentem; & non audies, quid loquatur: ſi à longè vocem mittat, aut ſummiſſim, audies clamorem, audies ſuſurrum; non audies ſermonem. Perinde eſt audire, ac non audire. Ita eſt. Sunt quidam aſſenſus mentis efficaces, clari, penetrantes cor: alij ſummiſſi, quos articulatio veritatis non ferit, nec penetrat ſuus aculeus. Audiunt veritatem, non quid loquatur veritas. Quot ſunt, qui veriſſimum habuerunt, qui ſæpiùs audierunt, quod magnus Antonius, quod Simeon Stylita, quod Franciſcus, ſubita ſapientia: ſed retinuerunt ſuas opes, &, quod peius eſt, opera, vitia? Eadem fuerunt verba, & ab eodem Authore: alios tamen ſubeunt, vt integra; aliis excipiuntur ignauiter. Quoties fortunę cum inſtrumento ſuo reſpectus, & memoria ceruicem Seſoſtris ſurrectam non flexit? Curru ferebatur aureo, pellucentibus lapillis, & pretioſis cælato vnionibus: quadrigam fecerat ex Regibus deuictis, quos iugo impoſito ſibiiunxit trahendo carpento: adeò bruta ſuperbia eſt, vt bruta putet homines. Anne nunquam labentis ſortis exemplum ille vidit? Nunquámne rotantis felicitatis nomen eius excepit auris? Sæpè, credo. Anne falſum putauit? Non opinor repugnaſſe. Cur non motus, donec vnum è iugalibus Regibus aduertit, qui in currus rotam frequentem iactabat aciem, curioſè retroſpiciens volubilitates eius; & rogatus à Seſoſtre cauſam aſſidui reſpectus, admirari dixit rotam inſtabili latam modo; aliàs aliter volutam, nunc ſublimia de-



mitten

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mittentem, nunc demiſſa ſublimantem. Intimè tunc veritas hæſit: inſtabilitatem ſortis, quam Barbarus ſæpius audiuit, tunc timuit; atque ſuæ conditionis, perfidæque felicitatis fidem capiens, diſſoluit deinceps maieſtatem ſuperbam ſoluta è iugo maieſtate captiua. Quid eſt, quòd omnes calumnientur fortunam; omnes rerum humanarum ſplendorem dicant inanem vmbram, omnia vana, omnia nihil eſſe; & hoc ipſum, quod affirmant, non teneant, nec in viſcere ſuo inſpiciant veritatem? Non intelligunt, quid ſit, nihil res eſſe: magni enim eas faciunt, & ſui ſenſus contradictione pro illis excruciantur. Si tenerent, quod dicunt, nec greſſum ob illas impenderent. Illud, quod nihil eſt, nequit arreptum ad ſe trahere cor. Summæ eſſentiæ, & eius, qui omnia eſt, robur eſt iſtud. Fatentur nihil virtuti præferendum: non ita putant: nihil minoris re ipſa habent. Ideò plerique pulcherrimis mentem exornati ſenſis, egregiis veritatibus, turpi languore ſidunt inertes, ignaui; vt cùm alios impellant ad honeſta, ipſi ſegnes conſiſtant, & hoc ipſo recedant, indocti eorum, quæ docent. Per ſomnia loquentem alij potiùs intelligent, quàm ipſe. Cithara ſonat aliis, mulcetque, ipſa nec audit, nec gaudet. In cortice duntaxat ſuo tractant veritatem; credunt ibi eſſe: ſed ſuo non taxant pretio, nec dignam opere cenſent. Qui thecam, qua aſſeruari gemmæ ſolent, conſpiceret exteriùs, gemmas crederet ibi latere; pretio tamen iuſto non poſſet æſtimare: ita quibuſdam



buſdam placitis exterior veritatis vultus renidet; non tamen ſatis æſtimatur, non perſpicitur medulla ſua.

Bifariam itaque, attentione, ſcilicet, & fide, Cap. 39.
fouendi ſunt hi languidi, & velut muſſitantes ſenſus, ne tantùm dicantur, ſed audiantur; nec tantùm audiantur, ſed intelligantur; intellectuſque committat manui, & iuuemus gratiam, cuius neceſſitatem commendabo ſemper: at, licèt nihil ſine illa poſſimus, iuuanda eſt, quamuis & hoc ſubſidium etiam ſit ab illa, & poſt illam. Igitur, quemadmodum vt percipias, aut procul, aut tacitè loquentem, attentionem auges: ſic, vt has ipſas veritates, quas tibi loqueris, teneas; attende voci, & ſenſo tuo. Dicis, compendium cupiditatum eſſe laxamentum cordis, ſpatium felicitatis: ſed ad iſtam vocem non aduertis animum, non attendis, quid dixeris. Cur quæſiturus fortunam, vota auges, opes cupis, honores ambis? O inepte, his ipſis, quibus quæris felicitatem, perdis. Te non tenuiſti. Iſtúdne non eſt cupere, quærere diuitias, vigilare vulgo, & famæ? Attende, illæ cupiditates ſunt, quas compeſcendas dicis. Collige te in te: diſpice, quòd cupiditates dixiſti, & quid ſit cupiditas.

Cæterùm, & aliorum interpretationi ſtato, Cap. 40.
ſi obtutu in præcordia veri non ſubeunti parum cernis vim omnem veritati ſecede: fidem opera ſequantur. Quemadmodum multa facimus alieno ducti teſtimonio: ita quædam ſenſa veneramur ob alienam fidem & exemplum. Fundum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

illum veri, quem non perſpicimus, ſuſpiciamus, & bona fide bonorum operemur. Ita Philoſophi, ita Sancti fecerunt: ego vel inuitus ſequar, etiam gemens imitabor. Hæc, inquam, veritas adegit ad magna, compulit ad ardua, ad honeſta. Anne fruſtra? Minimè. Igitur, ſi me non viget, exemplum ipſorum me vigebit. Credam, ſi non meis dictis, alienis factis. Sequar. Exemplum alienum ſit pro ſententia propria. Surdum manu, & ſcripto alloquimur. Si rationem meam non ſatis audio, reſpiciam aliena facta. Credam non leuem, quæ non leues concuſſit viros. Iſtúdne veriſſimum? Diuitiæ, & omnia bona tempori famulantia nocent amanti: nec ipſis ſatis penſatur boni ſui contemptus. Non te cædit iſta veritas? Crede: fortior es, quàm putes: fac, quod vides facere videntes illam: aut, ſi non imiteris, æmulare. Ecce Cratetem impulit ad rerum ſuarum naufragium: dein corolla redimitus acclamauit libertatem ſui animi, cùm iam ſe negaret mancipium auri, mali ſanè heri, icterici & pallentis. En Serapionem nudauit. En Filius Dei non habuit, vbi caput reclinaret. Quid fidem meretur, niſi iſta probata ſententia? Superfluunt probationi teſtes: dedi tres; darem trecentos. Non tantùm exempla æmulationi, erigendiſque animis ſeruiunt: imagine enim virtutis irritamur; & quadam tacita ſuperbia, & fortaſſe, ſi aliqua eſt, ſalutari, virtutem, quam videmus, aut inuidemus, aut præſumimus. Sed rationi Philoſophiæ opem ferunt. Credimus, nō ſine magna ratione, magna & ardua cœpta & victa. Fidem quoque tuam ſequere in his, quæ aliquando feciſti rationis feruore: poſteà, cùm languet apprehenſio, memento præteriti impetus, qui te vicit: nunc conatu voluntatis compenſa lentorem iudicij. Dicas: Iſtud aliquandò feci, aliquando ſenſi. Ita eſt. Cur non modò faciam idem? In fide antiqui decreti operabor, vt bonus ſim, nec rationem expectabo.



---

## Alia præcepta contra opinionem.

### PRÆCEPTVM I.

*Præmeditari mala.*

AD cognitionis quoque ſpectat vſum aliud malorum pharmacum in ipſa valetudine ſumendum. Gratiora ſunt medicamenta, quæ præuertunt morbum, quàm quæ leniunt. Nemo in conflictu ipſo expectat armari: veniat iam miles in aciem cum lorica. Ante ictus fortunæ præmuniendi ſumus. Nec inducias otio Dux corrumpit: ita fortunæ induciis aduersùs ipſam vtamur. In ipſa ſecuritate periclitemur, quantùm in pericula poſſimus. Cap. 41.

*Quamobrem omneis, cùm ſecundæ res ſunt maximè,*

*Meditari*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant,*
*Pericla, damna, exilia: peregrè rediens ſemper cogitet,*
*Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ:*
*Communia eſſe hæc: fieri poſſe: vt ne quid animo ſit nouum:*
*Quidquid præter ſpem eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.*

Prudentia nos aduersùs fortunam præſtruit. Ægrè, dum percellit, ſapimus. Quod priùs fugit ſubitam fortunam, conſilium eſt. Turbat repentinum vulnus; occupat improuiſus dolor; reſiſtit ſenſus non priùs mollitus præuiſione. Itaque ad vtramque fortunæ manum adornemur, & cuique operi præmittamus exploratores cogitatus, quales exitus eueniant; quales euentus obueniant; quales interueniant caſus. Eoſdem tibi potiùs expecta, quàm timeas. Regularis eſt fortunæ inſtabilitas: neminem excipit ingenio ſuo. Si inquieta omnia, labantia, moleſtáque videris; compendio pœnitentiæ ne ordiaris, niſi neceſſarium opus ſit: inæqualis pactio erit certi angoris, ancipitis exitus. Fatuum eſt, confidentia perfidæ fortunæ numerata moleſtia emere ſpem: vicinum huic puta, cùm periculum eſt certius exitu. Amentis eſt, ſine cauſa, ſponte, aut gratis periclitari. Hoc erat ex his, quorum Cato dicebat pœnituiſſe, ſi iter, quod pedibus poſſet, mari confeciſſet. Secura via vadendum eſt,



eſt, & ſecura inuadenda. Nec inutile diſcrimen fortuita alicuius ſoſpitate expiatur. Quòd, ſi opus neceſſarium ſit; & ſatis ad hoc, ſi honeſtum; nulla enim maior magnæ indolis neceſſitas, quàm virtutis; tunc non eſt deſpondendus animus, alacriter inuadendum eſt; neque cæco impetu. Νίκα, ἐγκρατῆ. Iſtud Biantis & cogitandum, & faciendum eſt. Leæna fertur, cùm catulos defendit, oculorum aciem defigere, ne expaueſcat venabula. Generoſior eſt virtutis mos: erigit, tergítque frontem, & patentia diſcrimina ſereno, ſecuróque intuitu luſtrat, occurrit. Extra ius fortunæ eſt: nihil fortuitum videt: omnia expectat. Hæc ſapientis teſſera, præmeditari cuncta. Nihil, iuxta Antiſthenem, nouum, aut ſubitum putat: iuxta Democritum, nullum euentum miratur.

Duo ſunt præuiſi laboris commoda; prouidentiæ, vnum; tolerantiæ, alterum: deuitantur plures, placantur cæteri. Thaletem præuiſio ditauit vbertatis. Non minùs quæſtuoſa præuiſio ſterilitatis fortunæ, præmeditatióque malorum fortunat ſapientem. Neque minùs eſt ad oſtentationem Philoſophiæ, quàm Mileſij prouidentia. Iaculis perſpectis corpus furantur: ſubducit præuiſio animum malis: ſcit illudere, dum eludit. Quid? Fugare labores, aut fugere non poſſimus? Cognitio illos mitigat. Quid eſt, quòd ſenio pereant? quòd antiqua mala manſueſiant, tollantur vetuſtate, medicante tempore? Anne vis eſt in die? Eſt in cogitatione, & diuturna familia *Cap. 42.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

miliaritate. Quemadmodum nimia conuerſatio minuit reuerentiam: ita malorum familiaritas eorumdem timores extenuat. Vſus pro ratione eſt. Dies medetur malis;ita & meditatio: atque vtràque callus obducitur mœrori. Quædam enim conſuetudo laborum, cogitatio eſt: iam tractantur, dum putantur. Dolorem, quem alij diu ſuſtinendo; ſapiens diu meditando lenit: alienorum malorum experientiam habet. Quidquid factum eſt, non ſolum ait, Sciebam: ſed, Tuli:

*Non vlla laborum,*
*O virgo, noua mi facies, inopináve ſurgit.*
*Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.*

Maiora videntur ſubita: negant enim ſpatium conſiderandi, quantula ſint. Indulget dolori pœnitentia inertiæ; quaſi præcaueri potuiſſent, ſi præmiſſa forent: auget enim ægritudinem culpa. Subitæ mutationes lædunt noſtra corpora: ita animos ſauciant. Viciſſitudines anni ſubeunt paulatim: non ſaltu ab hyeme in æſtatem itur; intercedit ver; ne repentinus ardor quaſſet valetudinem. Meditatio præparat mentes ad malorum æſtus; quemadmodum vernus tepor artus. Quin is, qui omnia humana prouidit, non putat iniuriam propriam, conditionem communem: tolerabilia credit, quæ videt multos ferre, omnes poſſe.

*Cap.45.* Nunc leue erit, quæſtiunculam Simplicij ſoluere, cur præuidenda ſint mala. Hoc potiùs videtur, ad longæuitatem doloris, vitam produce-

re



re ægritudinis: diutiùs dolebimus, quàm opus ſit: ſcilicet, antequàm dolenda ſint, & cùm ſunt. Quod neceſſarium eſt pati, non eſt patiendum, niſi quamdiu neceſſe ſit; nempe, minùs quòd poſſumus, ne prouidentiâ noſtrâ miſeri ſiamus. Adiice & Epicurum reuocantem mentem à malis: putabat futuros omnes in ægritudine, qui ſe putent in malis, ſiue ſint expectata, ſiue inueterata; inutilémque meditationem futuri mali, forſitan non futuri. *Si* futurum, odioſum ſatis ſuo tempore eſſe; nec opus eſt ſempiternum fieri cogitatione noſtra: ſi non futurum, fruſtrà ſponte dolor ſuſcipitur. Cur ſine induciis angendum, nunc mala tolerando, nunc cogitando? Verùm, aliud, opinor, eſt, cogitare mala; aliud, præcogitare, quæ poſſint mala cogitare: imò hoc ipſo præcogitanda cenſeo, ne cogitentur; id eſt, ne opinio nos fallat mala putando. Iniquam rerum æſtimationem non excuſo: ſiue in ipſis malis, ſiue ante ipſa, noxia eſt. Maximè autem iuuat præmeditatio infortunij, ne tale putemus; id eſt, ne ſit. Præterea, eſt ſuus aliquando vſus præuiſi damni, adhuc quando opinione mali fallimur, vt extenuetur, vt leuiter ſauciet, vt fortaſſe effugiatur. At, ſi nulla melior ſpes ſit, nec tollendi damni, nec extenuandi doloris; tunc neque Cyrenaïcos probo, neque Epicureos damno: nihil enim inutilibus, & infrugiferis animis proficient viſa mala, niſi maturare formidine dolorem. In vniuerſum autem vlcera fortunæ præſentia, aut præterita, quæ nondum obducta cute ſunt, iuuat

cos

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Cap. 44.* eos non attendere, qui nondum experti ſunt gloriam reſiſtendi aperta fronte: at futura aliquando, ſed non ſemper, maxime conſtantibus, qui præuiſione ſua exemia damna faciunt: namque, vt fert anilis fabella, præuiſus baſiliſcus perit, ita mala præuiſa deſinunt eſſe.

*Opus aliquod aggreſſurus ipſe tibi iudicato, cuiuſmodi ſit illud opus. Si lauatum abiturus, ea tibi proponito, quæ fiunt in balneo; alios perfundi, alios [illegible] ex pelli, alios conuitia facere, alios furari: ſic tutius [illegible] aggredieris, ſi ipſe tibi dixeris: [illegible] & meum inſtitutum naturæ [illegible] ſeruabo. Eodemque modo in [illegible] quid impedi[illegible] fuerit, in promptu erit: Equidem non hoc ſolum volui, ſed & inſtitutum meum naturæ conſentaneum [illegible] volui [illegible] quæ fiunt [illegible]. Singulis in rebus [illegible] vel [illegible] ferviunt, vel diliguntur, memento conſiderare, cuiuſmodi [illegible]*

Igitur præmeditanda ſunt humana homini, vt noſcamus, & cum his pacem tranſigamus cordis, decretáque officij honeſti firmemus, ne deturbent animum aſſultantes caſus. Commeatus ad omnem actionem ſit contingentium contemplatio. Cape huius rei exemplum è penu Stoico: Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. Ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ, τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, τοὺς ἐγκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς· ὅτι λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι. Καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου· οὕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι ἐμποδὼν γένηται, πρόχειρον ἔσται· ἀλλ' οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι· οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα. Oportet itaque in ſingulis actionibus adornari ad duo, ad actionem, & ad paſſionem; ad firmitatem, ſcilicet, animi, ad patientiã. Sed & rerũ conditionẽ prænoſcere iuuat. Salutare quoque aliud cape præceptum: Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρξάμενος. Ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις·



καταγνυμένης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. Ἂν παιδίον σου καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ. Anaxagoræ factum probauit dicta Epicteti, & Euripidis auditoris, nunciata filij morte: Sciebam, inquit, me genuiſſe mortalem. Nec contraxit frontem, nec madeſecit genas. Eadem mortalitatis contemplatio aduerſus liberorum fata armauit Periclem, Bibulum, Quintum Maximum, L. Paulum. Dedit natura vitam filiis, arbitrio ſuo vtitur: exigit, cùm libet, debitum. Meminère illi ſortis ſuæ ſine admonitione: non enim in doloris noſtri culpa eſt natura; ſed ſtulta ſpes mortaliũ, immemor mortalitatis. Noſtra credulitas nos decipit: inopinantes cædimur. Inſcios eſſe mortalitatis noſtræ, magna amentia eſt, oblitos ignauia, infenſos maxima impudentia. Xenophon vlterius mentem iecit: non vitæ, non morti genuiſſe filium putauit; ſed virtuti, & gloriæ. Nuntiata gnati morte, depoſuit coronam, (inter ſacrificandum erat:) renuntiata cauſa, quòd ſtrenuè in pugna cecidiſſet, reſumpſit: propoſitum tunc habuit.

*Sin autem, cùm [illegible] illum diligis, [illegible] cum ea conſideratione [illegible] eſt [illegible] hominem à [illegible] [illegible] præcaueberis.*

Sed & ſapiens propoſitum ſuum ſemper habet: namque omne aduerſum præmeditatum & præſumptum videns, nihil videt contingens, non præter votum, appetitum, opinionem, nec conſilium ſuum. Cuncta cum exceptione facit, cupitque; imò cum quadam reuerentia fortunæ, (cuius tamen maximè cõtemptor eſt,) niſi aliud velit, nihil cum fiducia eius vouet, ſed cum con- *Cap. 45.*

S ditione

ditione & conſenſu. Ita inter humanos caſus extra humanos errores eſt, imò & miſerias. Eueniunt illi omnia, vt cogitauit; & cogitauit, vt eueniunt. Vult fieri cuncta, ita vt fiunt; & fiunt, vt vult. Cum incerto euentu & fraude ſui voti, ſemper compos eius eſt: iſtud enim maximè ſibi propouit, propoſita ſua poſſe falli; eſſe aliquid, quod illis repugnet: hac arte præuenit omnem pugnam fortis. Hinc fit, vt leuiſſimè ſaucietur deſtitutione ſui voti: nam leuiſſimè vouit. Non ſpondet ſibi fortunam, non ſibi ſucceſſum promiſit, timidè deſiderat, aut verecundè, & imbelli cupiditate. Quare irrita parum dolet. Ideò nunquam fallitur conſilio ſuo, nunquam deſtituitur cupiditate: ſcit fortunæ licentiam: cum fortunæ venia cupit.

## PRÆCEPTVM II.

### *Expectare mala.*

Cap. 46. ATqui præter ea mala, quæ actionum, rerúmque appendices ſunt, aut in vicinia latent, (quædam enim, quia neceſſaria ſunt, nunquam ſunt timenda; alia, quia incerta ſunt, ſemper expectanda, alioqui perpetuò miſeri, aut aliquando nimium miſeri erimus; neceſſaria ſemper ſauciabunt nos, inexpectata grauiſſimè;) oportet luſtrare vigilanti obtutu omnia decumana fortunæ tela. Non confiſi, non magni, ſed inſani animi eſt, plura ſibi bona polliceri, quàm mala:

mala:



mala: bonum numerus vincit. Obuia vbique ſunt. Cur non occurſum plurium & vagantium potiùs præſumes? Quin inſperata expecta, quæque adhuc extra vſum ſunt fortunæ. Quid, ſi fallaris? Non, credo, iraſceris, nec graue poſtea duces expungere grauiſſima ex tuo tolerandorum albo. Quid perdis, ſi non veniat ærumna, quam putabas? Lucraberis potiùs lætitiam fruſtrati timoris. Iſtud conſtantiæ penſum eſt, ad omnia ſtare: omnia ſibi putat reſtare. Pernicem fortunam, ſi non ignauiæ, moræ arguet. Ita præuenit omnia terribilia expectatione ſua, vt cuique dicat: Serò accedis; diu manſi in ſpe, nunquam in timore.

Subita illa vulnera Iob ſera fuerunt: diu ipſe expectauerat. Credo ſolùm prouidentia ſua minorem patientiam. Vtrum plus mirabetis? Obſtinatámne illius conſtantiam, & inflexibilem frontem, quum ſpoliatus opibus, armẽtis, ſeruis, prole, non molliter exuta, ſed lacerata felicitate nudus manſit, vt ſanie innataret: an, cùm rebus omnibus affluens, adulante ſibi per omnia fortuna, perſuaſum fuiſſe euentura mala, quæ euenire nemo ſanus putaret, præuidiſſeque non viſa illatenus vulnera acerbiſſima, & præter morem fortis? Nullus caſus illi repentinus venit ſecuro regiis gaudiis, diuitiis, opulento poſſeſſionibus, armentis; venerabili filiis; occupato procuratione regni, ſubſtantiæ, familiæ, prolíſque. Vacabat ad cogitatus, fortaſſe quiſpiam diceret, otioſos, quippe extra potentiam, aut inuenti fortunæ, & inuidiæ vota. Ait ipſe: Timor, quem ti- Cap. 47.



mebam,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mebam, euenit mihi; & quod verebar, accidit. Equidem & timuiſſe æque miror, atque tuliſſe. Quænam maior gloria fuit, tot mala tolerata fuiſſe? An non improuiſa? Non minùs ad exemplum egregium tolerandæ felicitatis, quàm aduerſitatis poſitus eſt Iob vtriuſque fortunæ doctor. Æquè prudenter & timidè bonam tulit, quàm patienter & animosè malam. Nouit cauere in illa, audere in iſta. Imò obinde non metuit iſtam, quia timuit illam. In ipſis vlnis felicitatis ferebantur blanditiæ ſibi, vt nutrix cum infante ſolet. At ipſe, cùm nulla mutandæ ſortis ſuſpicio erat, expectabat omnia aduerſa, ad illam ſe adornans. Quid erit, ſibi dicebat, ſi rerum tuarum dimidium auferet caſus? quid, ſi armentorum partem? quid, ſi omnia? quid, ſi & bubulcos & opiliones pariter? quid, ſi ignis cælitùs demiſſus omnes greges cum paſtoribus abſorbuerit? quid, ſi his accedat iactura camelorum, & cuſtodientium ſeruorum? quid, ſi malorum cumulus, liberorum charorum morte ſurgat, & fato iniquiſſimo? quid, ſi hoc acerbum poculum inuidentis fortunæ, non per hauſtus aliquos, ſed vno ſpiritu es compellendus exorbere? quid, ſi omnem iſtam ſeriem calamitatum, non in anno, non in menſe, non in hebdomade, non in die; ſed in hora vna, impetu concordi, irruat? ſi minori ſpatio, quàm cogites? Quid, ſi poſt iſtas ſæuitias vnum tui perfugium ſit, non noſocomium, cùm Rex ſis; ſed ſepulcrum, adhuc te ſuperſtite? nec iſtud humanum, ſed caninum, fœtidum ſterquilinium?



linium? Vbi omnis familia tua, tuis ipſis viſceribus hoſpitata, ſint vermes, vt qui mortua corpora abſumunt, te cum ſpiritu exedant: vt non fortuna modò, ſed natura iniqua tibi ſit, & extra morem ſuum te ſpirantem corrumpat; tam acerba, vt ſolùm tibi mortem neget, vt omnia adeò tibi defecerint, & ipſum deficere? Quid, ſi vltra naturæ matris iniurias, etiam experiaris humanitatis, fidei, amicorum, vxoriſque amantiſſimæ? Num propter[illegible] turbabitur mens tua, deturbabitur animus? At ille

*Vna rupe manſuetior,*
*Ferri decocti robore durior,*
*Spes cui altè fixa petra fuit.*

vt Gerſon canit, Non, inquiebat: pluris enim animum meum habeo, quàm pecora; pluris tranquillitatem meam, quàm turbam famulorum; pluris rationem, quàm armenta; pluris virum eſſe, quàm diuitem, quàm Regem; pluris ſanitatem animi, quàm corporis; pluris puritatem affectuum, quàm intolerantiam fœtidorum artuum. Colligat ſuas copias fortuna: noua torquendi inuenta adornet: experiatur ſummum, quod poſſit: pluant infortunia: omnia expecto. Hoc ſecum computabat, hoc decernebat pugil ille Dei. Nec ſitu ſordebat in pace: victor vbique, & intra pectus ſuum fortunam tunc blandientem iugulabat: & velut ſtrenui duces ſemper ſe exercent & belli quadam imagine gaudent, erudiuntúrque, aut venationibus, aut velitationibus; ſic Iob ſe inſtituebat malis; ſic ſe



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

exercebat, & in ipſa fortuna venabatur infortunia. Peritus itaque & fortis nouit vno, eodémque animo ferre duas fortunas, & inæqualibus rebus æquali ſpiritu adæquari. Sciet & quiſquis dicere poſſit:

*Futuras mecum commentabar miſerias,*
*Aut mortem acerbam, aut exilij mœſtam fugam,*
*Aut ſemper aliquam molem meditabar mali;*
*Vt ſi qua inuecta diritas caſu foret,*
*Ne me imparatum cura laceraret repens.*

Cap. 48. An in ſtadio pugil aliud poteſt expectare, quam ictus, plagas, vulnera? Sed ante feriam pugnam velitatio. Nemo rudis inuadebat æmulum: in vacuum prius aliquot ictus perdebat, iactabat irritum lacertum, cædebat aërem. Ita ante decretoria arma tractemus luſoria mala. In ſtadio ſumus: æmula fortuna eſt: non niſi vulnera expectanda; ſed præuiſione erudiendi ſumus. Vacua aliqua infortunia toleremus, præparato ad omnia animo. Aſſuetudo & feras mitigat; deformis aſpectus conſuetos non terret: ita mala cognita nec ferocient, nec formidabimus. Conſtantia ſunt, terrentiáque opinione. Hanc mentis Lamiam vocauit Socrates. Quemadmodum milites Perſei Regis, cùm eclipſim ignorarent, perterriti inopina caligine cæli, animos & victoriam amiſerunt; Romani conſcij ſeruarunt Martios ſpiritus, cæleſtem viciſſitudinem admoniti à perito Duce. Ita ſunt pleraque aduerſa, quæ ſola conſcientia ſui nec terrent, nec timentur,



mentur, & innoxia ſunt. Eadem improuiſo defectura lucis clariſſimi Niciæ obſcurauit gloriam, turpi ſuorum terrore, & fuga. Non minùs iuuabit præſagos eſſe defecturæ fortunæ, quàm Solis.

## PRÆCEPTVM III.

### *Timenda non confingere.*

VErùm hæc, quam commendauimus malorum præuiſio, perſpicaciæ ſit, non hallucinationis. Aliud eſt videre, aliud videri. Verbera, minæque fortunæ præmeditanda ſunt; quâ innocente, inutiliter formidandum non eſt. Pharmacum, quod ægrotantem recreat, ſanum fortaſſe corrumpet. Quare hæc moleſtiarum contemplatio, vbi imminere poteſt diſcrimen, ſalutaris eſt: vbi pacata & facilia omnia, præter phantaſiam; noxius hic reſpectus erit. Formidabimus, quod ipſi fingimus: cùm ardua, quæ timemus, non ſunt, nec erunt; ſed facimus: cùm nihil ægrum eſt, niſi quod ægra imaginatio fabrefecit. Tunc minimè meditanda ſunt iſthæc phantaſmata: reuocetur ab his mens: nullo medicamento eſt opus: inania ſunt: cùm accedant per ſe, euanent. Artemonem infelicem fecit ſtulta inanium periculorum formido. Plùs lacerauit illum ſuperuacua cura, quàm ipſa diſcrimina vexarent. Caſſandrum Cap. 49

dium exanimauit timor ſtatuæ. Imaginatio eſt, quæ torquet; nec aliud, niſi ipſius damnum. Iſta ſolum eget pharmaco, & ſatis remedij erit, ſi nō ſtatim ipſam cōpeſcamus, potiſſimum cum timenda apprehenſio alias egit radices, quæ ratione nō facilè euelluntur. Sæpe obſtinata quædam opinio reluctatur rationi, contra cuius fidem credit, formidatque aliquid arduum, ſiue acerbum, ſiue ignominioſum. Tunc ſatius eſt relinqui: ſua pertinacia ſolicitur, quò plus refellitur. Vt contentioſos mitigemus, cōtradicendi non ſunt, ſed relinquendi, donec pacati ipſi ſe agnoſcant, reſipiantque. Tunc oportet non tam refutare illam, quam ſtrangulare auocatione mentis ad alia, ne ipſa imaginatio loquatur, non ratione, ſed impetu opprimenda. Amentem, & furioſum, qui monita non audit ligamus, ne cui noceat: ita coercenda eſt phantaſia ſtulta, donec paulatim ſine vſu ſui flectat ſe, & vires ponat, vt, quæ rationi non paret, pereat tempore. Hac arte panici metus medicandi ſunt, qui obſtant, ne cum dote & elegantia ſua peragamus honeſta. Premunt formidines illæ ſpontaneæ puſillos animos: & mentē turbata deturbant: vt erigatur, ſiquè rectum ſtatu ſiſtat; flecti ad temeritatem faciat. Intrepidos inconſiderantia facit: ita timidi, vt illuc vergant, ne attendant inania. Nec tamen rationem auxiliarem penitùs excludo: ſæpe ſcienda quandoque eſt, ſedato, ſcilicet, tumultu, &, vt ſic dixerim, ita illa inanis timoris pacata. Non monetur opportunè iracundus, dum



dum furit: ita iſtæ formidines, cùm deferuent, corrigi iudicio poſſunt.

---

## P Æ D E V S I S VI.

### *Vſus memoriæ.*

RESTAT nunc adiicere vſum meditandorum malorum, quæ præterita ſunt. Iſtorum partim recordari, partim obliuiſci oportet. Illa, quæ, licèt antiqua ſint, recentem, crudúmque ſenſum habent, nec ſenio diritas ipſorum ſe flexit, nec maceratus eſt tempore primus vigor, obliuione fallere neceſſe eſt, ne ſempiternus ſit dolor. Interdum prurigine quadam dolendi infortunia mente repetimus; & velut ſcabie incitati refricamus damna noſtra, vt nos diu exedant. Potiùs tunc iuuat, ſi ratio non iuuat, ſubſtituere memoriæ iucunda pro acerbis, & eorum reminiſci, quæ benè acta, & nobiſcum, & à nobis, quorum euentus delectat, quorum commemoratio recreat. Seruus ille Aſdrubalis homicida in cruciatibus lætitiam, riſumque retinuit recordatione vindicati heri. Sed iſta pro infirmioribus dixerim. Licet quoque ſpatiari mentem per latiſſimos campos ſpei, & libamenta felicitatis futuræ prægustare. Non eſt iſta voluptatis ars, quam docuit Epicurus, damnanda: ſano licet vſurpari animo. Præcipiebat hic ingenioſus voluptatis faber, vt continuam illam *Cap. 50.*

 faceret

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

faceret inter tot interpellantes irruptiones fortunæ, malorum obliuio; placidorum verò, iucundorumque cogitatione iugi fouere lætitiam, iam præteritorum, iam futurorum. Ita eſt. Voluptas licita commemorata fidelior, & diuturnior eſt, quàm illicita præſens. Extra anguſtias eximenda ſunt gaudia, nec ſolùm breuitate ſuæ durationis fruendum. Non quandiu ſunt dumtaxat; quandiu cogitantur, frui quoque potes.

*Cap. 51.* Malorum verò, quæ vim ſuam mitigarunt, vtilis memoria eſt. Diſcimus ex præteritis damnis iam vtilibus, ſi nolimus perdere. Hinc prudentis character, meminiſſe præteritorum, agere præſentia, cauere futura. Quemadmodum de præſentibus Æſchylus ait:

*Quæ opus ſunt, præſentia diſpice, ne præſens abſis.*

Ἃ δ' ἔστι, παρὸν σκοπεῖν, μὴ παρὸν δοκεῖν.

Ita, inquam, diſpice præterita, ne ſenex ſis, tanquam non natus. Hinc prouide futuris, ne ſuperſtes moriaris. Mortalem te putes, non mortuum. Diſcendo pati, dediſcimus miſeriam. Putemus, præſentia aliquando fuiſſe, quæ modò non dolemus: putemus, quæ modò dolemus, præterita aliquando fore. Par vtriſque vis eſt. Tempus nouit exemta reddere; ſciat nunc ratio. Ne timeamus nunc pauca, qui plurium iam obliti ſumus. Cur non amittimus reuerentiam malorum, quorum iam amiſimus memoriam? Non ſunt terribiliora præſentia, quàm præterita fuerunt; & tamen imbellia experimur, vt nullo impellente exciderint. Dies illa placauit.

PÆDEV



# PÆDEVSIS VII.

## *Inutilitas, & curioſitas mentis prohibenda.*

AD clauſulam gubernandæ cognitionis aliud admonebo erratum. *Cap. 52.* Non tantum intellectus peccat fallacia opinionum, & languore veritatum; ſed & inutilitate. Cur per inania diſtrahimus mentem in Philoſophiæ, virtuti, Cælo, Deo[illegible]natam? Cur curioſi ſcire volumus, quæ ignauos nos detinebunt, aut facient? Res frugi ſapientia eſt. Scire, quod non prodeſt, proximum eſt ignorantiæ: velle iſtud ſcire, iam eſt cum ſtultitiæ infamia. Iam nocet ſcire, quod non prodeſt: impedit, quod prodeſt. Incommodum eſt commodi obſtaculum; & noxia, contemptus ſalutis. Satis falſa eius ſcientia eſt, qui ſolùm vult fallere diem. Ne quæras in ſcientia obleſtamentum animi, ſed remedium: nam, nec, cùm languet corpus, quæres priùs voluptates, quàm valetudinem. Ad vitam, vt ad viam, parare oportet, non pretioſius viaticum; ſed, quod magis neceſſarium, vt Criton monuit. Diſcamus non opinioni, ſed vitæ. Ille ſapit, qui nouit redimere tempus, & ſolidare fluentem rem opere. Scientia ad honeſta eſt, & ipſa in honeſtorum cenſu: ſcilicet, eſt, vt virtuoſè operemur, & ipſa virtuoſum opus. At, ſi ſuperuacanea ſit, iam illam è ſua familia pellit virtus, res maximi compendij, frugi, neceſſitatis.

Summum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Summum inter animi ornamenta eſt ſapientia: ſed facilis inuentu, ſi ſapere volumus re, non ſpecie. Niſi quæreremus ſuperuacua, parabile eſt inuenire neceſſaria. Compendioſum eſt, quidquid vtile; parum, quidquid neceſſarium. Non melior, nec beatior eſt voluntas, quæ plura cupierit; nec mens ſanior, quæ plurima nouerit: non eſt in ſuperuacuum laxanda, ſed accommodanda operi. Etiam mentis intemperantia nocet. Veriſſimè Æſchylus:

*Qui vtilia nouit, non qui multa, ſapiens eſt.* Ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πόλλ' εἰδὼς σοφός.

Diſcamus viuere, non loqui. Opera in promptu ſint, non verba. Otij alimenta contemnamus. Quæramus fomenta virtutis, eòque quotidiana meditatione peruenire, ſicut Democritus monebat, vt ſua ſponte occurrant ſalutaria; & vbique, & ſtatim deſiderata præſtò ſint, & ſine vlla mora veniat illa turpis, honeſtique diſtinctio. Sciamus, nec malum eſſe vllum, niſi turpe; nec bonum, niſi honeſtum.

*Cap. 53.* Noſſe ſtellarum vires gaudes? inepties, poſtquam ſcieris, ſi ignores infirmitatem tuam. Hac incipe. Lætamur ſcire noua: quid magis nouum, quàm quòd bonus ſis? Hoc diſce. Placita pugnantia delectat concordare: cur non & tua vota diſcordia, conſilia repugnantia? Errores alienos lubet refutare, cur noſtros probamus? Volumus alios docere, non nos emendare? Iuuat ſcire facta ab aliis, & à nobis facienda ignorare. Noſſe omnia volumus, niſi nos. Stultus putaberis, ſi conflagrante domo tua, accitus ad extinguendum

incen



incendium, cæteris occurrentibus ad remedium flammæ, tu priùs ex otio morateris, vt papilionis alas notares, quibus diſtinguerentur coloribus, aut pedes vermiculi Iuli numerares. O inepte, exurunt cor tuum cupiditates, cur alia attendis? Vicini tui tecta non patereris ardere, & pateris præcordia tua? Illi, in cuius domum ignis ſæuiebat, nihil aliud priùs, quàm incendium nuntiares; non priùs narrares fabellas vulpeculæ, non quot catulos peperiſſet canis; cur tibi tantumdem nugarum nuntias, & taces illos ignes poſthumos, qui manent te, & quò properas? Taces mortis edictum in tuum caput; taces inſidias fortunæ; taces conditionem tuam; taces hominem eſſe: iſta tibi nuntia; horum tu certiorem facias. Alia non vacat ſcire; & ſi vacet, diſce priùs neceſſaria. Diſce non quærere tibi mœrores: diſce, ne te illi inueniant. In multis formido inuentum noſtrum, in nonnullis inertia, in omnibus auxilium eſt. Diſce fortunam ferre ſine odio alieno, & infortunium perferre ſine ira tua. Diſce bonum eſſe, & amari à bonis. Itaque hic vſus mentis ſapientia eſt; ſapientiæ vſus, virtus; virtutis vſus, opus.

***

PÆDEV

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## PÆDEVSIS VIII.

### *Cognitio diuinorum maximè perficit intellectum.*

Cap. 54.

*Principium, & cauſa, & amuſsis humanæ felicitatis eſt diuinorum, honoratiſſimorúmque cognitio.*

DEnique, in compendium cæteras inſtruendæ mentis præceptiunculas redacturus, vno præcepto, aduoco illud Theagetis: *ἀρχηγὸς, καὶ αἰτία, καὶ κανών ἐστι ταῖς ἀνθρωπίναις εὐδαιμονίαις ἡ τῶν θείων, καὶ τιμιωτάτων ἐπίγνωσις.* Dei cognitio, & honorabiliſſimarum veritatum perſpicacia cæteras mentis conceptiones erudiet, diſperget nebulas. Regula cognitionum, amuſſis veritatum eſt contemplatio primæ. Hæc cæteras gubernabit, vt prior machinæ rota cæteras voluit. Cardinalis illa cognitio verſat alias. Diocles, ſapiens Philoſophus, ſapientior Chriſti auſpiciis, egregiè inquit: Mens, quæ receſſit à Dei contemplatione, fit, vel Dæmon, vel beſtia. Nimirum animi partes diſtribuit, rationalem conſortio diuinæ cognitionis honorauit, qua non fulciente ſtatum hominis, rationem, eripit cupiditas, inſurgit ira, peſſimarum opinionum aſſeclæ: in bruta libido, in furias furor nos tranſfundit. Maximè autem notitia Dei ſalutem animi gubernat. Quemadmodum autem, vt videas, oculi curandi ſunt, quibus vides: ita, vt rebus iuſta pretia imponas, vt ex ratione iudices, vt ſapias, vt benè viuas, animus curandus eſt, per quem viuis & iudicas. Oculus, qui lumen nequit



nequit intueri, infirmus eſt, cætera non videbit: ita Deus cognitus rectâ iudicia rerum auſpicatur. Citiùs tamen ſanitatem corporis, quàm animi quærimus. Multùm inter vtramque intereſt. Valetodinem corporis ij æſtimant, qui carent; ſanitatem animi, qui habent.

Diſiiciet falſas rerum opiniones quiſquis ſe cogitet exemplari Deo factum, & Deum ſine diuitiis felicem, ſine voluptatibus beatum, ſine faſtu honorabilem, ſe ſolo contentum, ſufficientem, lætum. Anne putabit bona, quibus Deus caret, & lætus eſt? quibus mali abundant, & miſeri ſunt? quibus feræ, & non felices? Anne, qui videt ſummum bonum, propoſitam animi ſui normam, illud audebit quærere per mala, fraudes, fœdera, &, ſi vis adiicere, opes? Malè quæritur per miſerias beatitudo, cuius error tot membra habet, quot vota. Tantum bonum eſt, vt à malis etiam appetatur: imò, quod miraberis, ideò ſunt mali, vt ſint beati; tantò tamen diſcedunt à beatitudine, quantò accedere, aut volunt, aut putant. Cauſa eſt ignorare viam, aut pro ipſa habere. At neque in ipſa, neque in via poteſt errare, qui Deum, beatitudinem ſuam noſcit; viam, virtutem; & hanc quoque quamdam eſſe felicitatem viaticam. Homo alius alio (vt Barlaamus Gyracenſis philoſophatur) meliùs viuit: ergo terminus eſt naturæ humanæ finitæ, in quo benè viuat: hic beatitudo aliqua eſt. Benè viuere, eſt beatum eſſe: benè autem viuere, bonis ſuis definiet: bona autem ſua ſummo bono.

Cap. 55.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

no. Sequi Deum, parere, colere, amare, omnia ex officio agere, virtute regi hæc bona ſua putabit, quæ ducunt ad ſummum, quibus ſe Deum ſimilem & vicinum facit, quæ gubernat ratio. Cætera contemnet, nec bona per ſe æſtimabit, nec adiuncta. Diuerſa non augent beatitudinem; nam nec linea augetur punctis, nec ſuperficies lineis. Videt Deum conſiſtens quid, æternum, idem ſemper: ad eius exemplum colligit bona ſua, eligit ſtantia, perpetua; non illa, quæ perire poſſunt, quæ labi, quæ rapi: in iſtis felicitas non eſt: præſtarent manentia; nihil felicitati præſtat. Non eſt beatitudo, quæ inſipientia eſt, aut anxietudo. Qui ignorat, bona eſſe caduca, beatus cum ignorantia non erit; qui ſcit, cum timore miſer erit. Dices, non timendum, non dolendum, ſi amiſerit: ſed negligendum & vile eſt, non beatitudo, quod contemni debet.

*Cap. 56.* Quid moror? Qui noſcit Deum, ſapiet: qui ſapit, ridebit mortalium nugas, ridebit ineptias, quas opinio intruſit. Non vides opinionem corrupiſſe omnia iudicia? Pro ornatu iam onera ſunt, & oſtentationem felicitatis faciunt imitationem miſeriæ. Catenis ſe onerant ingenui; & quòd aureæ ſint, infamiam ſeruitutis non erubeſcunt: cùm magis captiuus ſit, qui auro, quàm qui ferro vinciatur. Sua vota ipſi accuſant auari, dum ipſis, velut ſontes, vinciuntur, aut amentes. Lepidè Nicolaus, videns quemdam varij generis catenulas collo ſibi circumdantem, Cæteri (inquit) ſtulti vnica catena ſe vinciri patiun-



tur; huius autem inſania vna catena non eſt contenta. Aliquos non tantum ligat aurum, ſed figit: per vulnera inſeritur auribus, aut naribus perforatis. Quis tyrannus, vel Phalaris aliquis per malefactorum artus immerſit vincula? Auaritia non ligat ſolùm, conſerit intra humanum corpus tormentum ſuum penetrare cupit. Quid addam? Gloriam humanam faciunt, quæ contempſit pecus. Nobiliores putantur ob filum lanæ ſubtilius: nemo, qui ſe nobilem putaret, relictum ab alio amictum indueret, ne dicam, oſtentaret; & tamen abiectam ouium veſtem, aut vermiculi vomitum iactamus ad gloriam. Potes ſereno, puro, legitimo nitore ſyderum, Soliſque perfrui gratis; & magno emis ſplendorem dubium gemmulæ. Honos opinione quoque addictus diuitiis eſt: plures hoc duntaxat titulo, quòd locupletes ſint, coluntur, & tantumnon diuinas cæremonias admittunt: ab his etiam, qui viles & abiectos auaros putant, nec vllum nummulum ad ſe venturum ex tanta aggeſtione: niſi velis illud eſſe meritum auari, prohibuiſſe aliis aurum, ne alij mali ſint, ob quod ipſe peſſimus: in hoc ſolùm beneficus, quòd vetuerit, vnde lædi poſſes. Mortem pariter æſtimatio fœdauit: mala putatur, quæ non eſt, niſi malam facias: terribilis, repentina, violentáque habetur. Gladios, fulmina timemus: certè ex ſe plus timendus eſſet pepo, quàm tonitru: prolixam ille & moleſtam mortem facit, iſtud leuem, & ſine ſenſu; quantò magis ſine moleſtia?

T Maximi

Maximi quoque erroris eſt, æſtimare vitam annis, non operibus: maximoque opinionis damno inopinantes accedimus ad mortem: & cùm auidi viuendi ſimus, nunquam volumus; ad id tempus reſeruantes viuere, ante quod morituri ſumus; tunc proponentes incipere vitam, vbi finitur; remittentes ad illam ætatem virtutem, in qua etiam vitiis inutiles erimus. Minima pars vitæ eſt, qua viuimus; & eligimus deteriorem; & cùm queramur, exiguum eſſe tempus, nihil libentiùs perdimus. Non tempus exiguum eſt, ſed nos exiguè æſtimamus. Longa ſatis vita eſt occupanti. Poſtquam amiſimus tempus benè viuendi, tunc volumus, cùm ſatis eſſet viuere: ſed ætatem benè moriendo dicatam reſeruamus, vt benè viuamus. Ante ſenectutem curandum eſt benè viuere, in ipſa benè mori.

*Cap. 57.* Præditus tamen cognitione diuina non ſe his commouebit rebus, ſiue poſſideat, ſiue ſpolietur; conſcius nihil bonum in illis, niſi vſum eſſe, & electionem animi. Non aliter ac pueri, dum teſtulis ludunt, de victoriis ſolliciti ſunt, non de lapillis, quos ſtatim proiiciunt: ſic non de rebus, ſed vſu rerum, ne pueris inſipientior ſit, prouidus erit. Noſcit omnia à Deo eſſe, & ad ipſum à ſe reducenda. Sciet, qui conſpicatur cæleſtia, & diuina, alias voluptates præter ſenſuum excellentiores, nec delectationes corporis præferet, vbi Deum beatum ſine corpore noſcit: nec in argumentum iucunditatis ſumet, quidquid cum ſpecie



ſpecie lætitiæ, cum riſu fecerint homines: nam & inſani & phrenetici rident, cùm valido ictu caput parieti illidunt. Non libidinem, non gulam æſtimabit, nec ventrem colet. Ridebit votantium amentiam æqualem Barbaris illis, qui ſeruum, quem poſteà occiſuri erant, conſecrabant Deum: ſic helluones adorãt, quæ deſtruunt: ſeruili animæ, viliſſimo ventri ſummittunt Reginam mentem. Quid? nec mortem timebit, nec amabit vitam, quam ſolùm noſcit timendam: nam à mala vita ſolùm mors eſt mala. Hoc animo erit, vt pro eo, vt res poſtulauerit, patienter, ſi non libenter, pereat; & ſine metu, licèt cum dolore: neque pertinaciter volet, aut viuere, aut mori; ſed pro re nata non gladios, non enſes formidabit. Epictetus Arriani ad exemplum huius Philoſophiæ obiecit ſuis auditoribus Chriſtianos, atque ad æmulationem ſapientiæ ipſorum animum: ſic vocauit ſapientiam Dei homo ethnicus, quam veriſſimè prædixit diuinus Paulus videri gentibus ſtultitiam. Admirabilis tamen iſta ſtultitia Epicteto fuit viſa, quam propterea propoſuit ſapienti imitandam. Certè nunc quoque, qui pariter contrauenerit vulgi ſententiis, & errantis multitudinis iudiciis, inſanus videbitur; ſed non niſi inſanis.

Cæterùm, vt iuuat cognitio Dei veram æſti- *Cap. 58.*
mationem, ita iuſta æſtimatio rerum, id eſt, contemptus, iuuat cognitionem Dei. Contemplari diuina animus nequit, niſi contempto corpore:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

at, qui contemnit corpus, nec mortem timebit, nec voluptates amabit, minùs ipſarum inſtrumenta, diuitias. Scit impedimentum veritatis corpus eſſe; illo ſe pro viribus deſuet, quod ſcit malorum cauſam. Bella, rapinæ, propter diuitias ſunt; diuitiæ propter corpus: quare, contempto corpore, diuitias contemnet; contemptis diuitiis, innocens erit; cum innocentia pacatus, liber ſui; cum libertate contemplator diuinorum; cum contemplatione diuinorum contentus Deo. Diuinus Paulinus ait:

*Nihil de mundi ſumere cenſu*
*Mens opulenta Deo voluit.*





# LIBER QVARTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## PROÆRESIS I.

*Circa affectuum vſum.*

NVNC ad ſingularia venimus, ſingulos inſtituturi voluntatis impetus, in rempublicam digerendos, ne turbam confundamus, vt correcto affectuum vulgo, ſua reſtituatur monarchia, ſuus principatus gaudij, dominatio pacis, imò & ſuus honos voluntati, ſuus decor naturæ. Iniquus Zeno viſus fuit, atque, ſi Hieronymo credimus, Pythagoras, quòd, vt infamaret affectus, malos dixerit. Commendauěre, ſiue Pyrrho, ſiue Stilpo, vacuitatem ſuam. Condemnauěre, qui de Lyceo ſunt, exceſſum. Cum errore omnes, niſi idem velint, ferè vt Augustinus cenſuit. Etenim ſupellex naturæ mala non eſt, nec ſuperuacua. Arma, & membra animi cur ſuccidemus? Mutilus animus ſine affectu, *Cap. 1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

at, qui contemnit corpus, nec mortem timebit, nec voluptates amabit, minus ipſarum inſtrumenta, diuitias. Scit impedimentum veritatis corpus eſſe; illo ſe pro viribus deſuet, quod ſcit malorum cauſam. Bella, rapinæ, propter diuitias ſunt; diuitiæ propter corpus: quare, contempto corpore, diuitias contemnet; contemptis diuitiis, innocens erit; cum innocentia pacatus, liber ſui; cum libertate contemplator diuinorum; cum contemplatione diuinorum contentus Deo. Diuinus Paulinus ait:

*Nihil de mundi ſumere cenſu*
*Mens opulenta Deo voluit.*





# LIBER QVARTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## PROÆRESIS I.

*Circa affectuum vſum.*

NVNC ad ſingularia venimus, ſingulos inſtituturi voluntatis impetus, in rempublicam digerendos, ne turbam confundamus, vt correcto affectuum vulgo, ſua reſtituatur monarchia, ſuus principatus gaudij, dominatio pacis, imò & ſuus honos voluntati, ſuus decor naturæ. Iniquus Zeno viſus fuit, atque, ſi Hieronymo credimus, Pythagoras, quòd, vt infamaret affectus, malos dixerit. Commendauêre, ſiue Pyrrho, ſiue Stilpo, vacuitatem ſuam. Condemnauêre, qui de Lyceo ſunt, exceſſum. Cum errore omnes, niſi idem velint, fere vt Auguſtinus tentauit. Etenim ſupellex naturæ mala non eſt, nec ſuperuacua. Arma, & membra animi cur ſuccidemus? Mutilus animus ſine af- *Cap. I.*

fectu, quibus pedibus feſtinaret ad virtutem, niſi votis? qua manu apprehenderet, niſi ſpe? quibus brachiis amplexaretur, niſi lætitia? Ceterum & Peripatetici peccauerunt, dum exundantiam damnarunt. Non mala affectus magnitudo eſt, ſed cauſa: non tam concitatio, quam error. Viator non eſt dirigendus, quòd properet, ſi viam tenet; ſed, ſi aberrauerit, licèt placidus eat. Cupiditas, & amor, licèt concitatiſſimi, ſi virtutis, & Dei ſint, recta eunt, optimi ſunt: ſi terram verſus flectantur, licèt lenti ſint, deprauantur. Summum vitium Porticus infamauit metum. Vtique, ſi ad terram demiſeris: at, ſi ad cælum reducas, magna virtus erit, ſumma ſecuritas, ſumma fortitudo; nihil timet, qui Deum timet. Tam parui, quam magni affectus boni ſunt, ſi eos gubernet virtus, & in via recta ſtatuat; quamuis cùm degeneres ſunt, pro rerum omnium ſitu vehementiores, fient nocentiores. Purus, & defæcatus ſanguis, vectabulum animę, & cauſa ſanitatis eſt; corruptus & fæculentus, ægrotationis; ſi exundet, feſtinantioris mortis. Sunt & affectus fulcimenta virtutum: languet fortitudo ſine ira; prudentia ſine metu: imò fient virtutes, ſi cum modo. Da modum cupiditati, iuſtitia eſt: da voluptati, temperantia eſt. Circa ipſos, & in ipſis conſiſtit virtus, cuius materiam, & ſubiectum ſunt. Mete vitia, fruges exorientur bonæ cum vbertate naturæ. Mali non ſunt, niſi incuria noſtra. Coloni ignauia plantę in horto ſylueſcunt: neque fundus peſſimus eſt, quòd



quòd incultus tribulos tulerit; culpam agricolæ imputa. Inculti cordis vepres, vitia ſunt: culti roſæ, virtutes affectuum caulibus emiſſæ. Meritò Theages dixit: ἀεὶ ἐν τῷ πάθει, ὅτι παραφαίνεσθαι τὰν ἀρετὰν, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν, καὶ τὰς γραμμὰς ἐπὶ τᾶς χρωμᾶς· τὸ γὰρ ἔμψυχον, καὶ τὸ ἁπαλὸν, καὶ τὸ μεμιμημένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τῷ χρηστότατι τῶν χρωμάτων, μάλιστα γίνεται διὰ τούτων. Ἔμψυχα δὲ ἐν παρεμφαίνοντι, καὶ ἐνθουσιαστικὰ ἐμφαίνει τὰν ἐκ τᾶς κινάσιος τῶ πάθεα τᾶς ψυχᾶς. Γίνεται γὰρ ἐκ παθέων ἁ ἀρετὰ, καὶ γενομένα, πάλιν σὺν αὐτοῖς ὑπάρχει· ὥσπερ τὸ καλῶς κεκραμένον ἐκ τῶ ὀξέος, καὶ βαρέος, καὶ τὸ εὔκρατον, ἐκ τῶ θερμῶ, καὶ ψυχρῶ. Οὐκ ἀφαιρεῖν ὦν δεῖ τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς, οὐδὲ γὰρ ὠφέλιμον· ἀλλὰ συναρμόξασθαι ποτὶ τὸ λόγον ἔχον καὶ τὸ δέον, καὶ τὸ μέτριον. Quare non ſunt omnes affectus cædendi, ſed dirigendi. Non omnes viti palmites amputantur, diriguntur nonnulli, prouehunturque in longum, vt illæ frondeſcat. Eleganter Philippus ſolitarius ait: Cupiditatis pulcherrima ſoboles, temperantia eſt: è calycibus iræ fortitudo prorumpit. Iſti affectus, vt ipſe inquit, matres ſunt virtutum, & vitiorum. Ita eſt: virtutes pariunt, cùm ratio obſtetrix eſt: abortiuntur vitia, cùm opinio. Cupiditas, etſi peſſimè audiat, peſſimè de temperantia mereatur; ſi tamen Dei ſit, reſtaurabit ſuum honorem, continentiæ parens fiet. Contemnit omnia terrena, qui diuina cupit.

*Quemadmodum opus eſt, affectus interesse virtutibus, vt umbras, & lineas ſunt in pictura, quorum ratione quodammodo blanditur, & ad id ipſum maximè profeſſum cum bonitate colorum efficitur. Sic etiam affectus animæ fundamentorum ſubſtitutione ad virtutem diuinæ quandam ſemper exprimuntur, vitæ communes videntur. Sunt virtutes ex affectibus & naſcuntur, & rurſum cum ipſis conſtant, quod ſuauiter concinnum eſt, ex acuto, & graui; quod temperatum, ex calido, & frigido compoſitum eſt. Quapropter affectus ex animo tollendi non ſunt, quod inutile foret, ſed cum decore, & modi ratione conciliandi.*

Priuſquàm videamus, qua arte ſinguli gubernentur, præmonſtrandum eſt ingenium vniuerſum *Cap. 21*

 ſum

ſum cordis, præcipuorúmque affectuum diſpicienda compago, & veluti replumbandum artificium: mox ſuæ vnumquemque ſtationi reſtituemus. Enumerabimus illos dilucidiùs, quàm Stoïci; pleniùs, quàm Peripatetici. Recenſuit Ariſtoteles, quotquot ſufficiunt politico; nos Chriſtiano. Nequit horologium reparare ignarus artificij: ita compoſiturus voluntatem ſuam, prænoſſe machinam, & compagem oportet. Itaque omnis animi motus, aut in bonum eſt, aut in malum. Cenſeo bonum, mali priuationem: cenſeo & malum, boni carentiam. Boni impetus rectà in bonum ſemper procedit. Mali motus duplex eſt, interdum recedit, interdum accedit; hoc eſt, fugit malum, aut fugat, aut ſe recipit, aut profundit, & aggreditur. Cæterùm, bonum, & malum, ſiue coram arripit nos, ſiue abſens prouocat, aut reuocat, aut vocat: ſcilicet, aut præſens, aut futurum, aut præteritum, aut poſſibile eſt. Vbique voluntas quietem quærens inquietat bonum: vndique illam malum inquietat. Iſthinc diſtribuuntur affectus pro boni, malique obtentione, aut cautione. Amor rectò, & ſimplici obtutu in bonum ruit: cùm iſtud præſens videt, transformatur in lætitiam; cùm futurum putat, faceſſit in ſpem; cùm præteritum, aut poſſibile eſt, in deſiderium diffunditur. Atqui & motio circa malum ita diſtribuitur: quæ ſimpliciter vultu iniquo reſpectat malum, offenſio dicitur; radicata adoleſcit in odium; cùm à præſenti damno ſubducitur, in triſtitiam abit





circa præteritum pœnitentia dicitur; circa futurum contrahitur in metum. Hæc caterua ad cautionem eſt, & ad fugam. Sunt alij militares, & ad pugnam, qui aduerſus malum inſurgunt, aggrediunturque: *ira* armatur, cùm malum præſens eſt; fiducia, & audacia adornantur in futurum.

Satis iſta numeraſſe: quotquot ſint alij, horum *Cap. 3.* ſequentur moderationem: illis correctis, cæteri emendabuntur. Sed & æqualitatem animi, tranquillitatem cordis, manſuetudinem, ſecuritatem perperam Stoicorum aliqui inter affectus ponunt. Non affectus ſunt; ſed affectuum modeſtiſſimorum, ordinatorúmque effectus. Porrò in vniuerſum affectus pro impetu nomen merentur. Vario Oceanus fluctu concitatur: nunc tenuis aura tentat: nunc vehementior agitat flatus: nunc ſæua iactat vndas procella, furenti verberat Noto, quæ naucleros arte, nauim malo, nautas ſalute mulctat; huc, illúcque ratem quatiens, tandem euertit. Triplici hoc modo mutatur animus, leniter, durius, funditùs. Motus illos, qui miteſcunt, & velut infantes ſunt, affectiones dicimus: dum adoleſcunt, roboranturque, paſſiones: dum ingrauant, euertúntque rationem, perturbationes vocantur. Sunt aliqui domeſticiores, & veluti municipales voluntati, ſua frequentia noti, familiares, vicini, & ad manum; hi iam conſuetudinis vſurpant agnomen: omnes nexi ſibi & conſerti ſunt, alij ex aliis erumpunt, mutuò ſubnaſcuntur; viciſſim ſibi patres, viciſ-

ſui filij ſunt; interdum & homicidæ mutui, tumultu perimunt alios. Fluctus ſuperuenienti fluctu interdum frangitur, interdum reficitur: ita affectus ſuperuenienti affectu, aut languet, vt lætitia mœrore; aut gliſcit, vt amor voti, deſiderium amore. Iſta eſt ſupellex pacis, hæc familia voluntatis, hic dominatus cordis.

*Cap.4.* Ducit omnes choragus amor, & velut Apollo Muſis præſidet, à quo ſuſpenduntur alij, qui ad obſequium animi ſunt; cui proſpiciunt, pro quo caueant. Iniqua tamen tractatione euertitur compoſitus ordo, diſſoluitur compago, faceſſitque in tumultum monarchia, in vulgus reſpublica. Amor, Rex affectuum, è ſolio cordis iubet; parent cæteri, ſeruiunt, pro ipſius nutu aguntur; ipſe gubernat reliquos: ſi aliquid deeſt, vota; ſi periclitatur, mœrores; ſi adeſt, gaudia. Ipſe leges ſancit, & promulgat bonum ſequendum: accinguntur cæteri ad operas ſuis functuri muniis. Adornat ſe cupiditas ad veſtigationem, porrigendo, & diffundendo voluntatem in abſens, in futurum. Spes ſumptum facit ſuo beneficio moram ſuſtentatura expeditionis. Lætitia muneraria eſt, & pro iure ſuo celebrat aduentum boni, iucundis excipit ludis, hoſpitatur auguſtè, cùm conſequimur.

*Cap.5.* His directis affectibus proximo ius dicit amor oraculo, & velut ſua voce imperat, quoniam rectà in bonum tendunt, nulli ſuas vices delegat: tanti bonum facit, vt eius curam fidat de nullo. Atqui ſunt alij motus obliqui, quotquot malum

reſpe



reſpectant, vt æmulum eius boni, quod publicauit amor: qui licèt & amori pareant, ſuiſque legibus teneantur, (nullius mali fuga, aut pugna eſt, cuius non ſit cauſa bonum,) proximè illis non aſſiſtit, ſed præfectum ſubſtituit odium, quod immediatè moderetur illos. Ipſe à malo quàm procul recedit, nec ſui aſpectus copiam præbere dignatur. Intercedente Proconſule odio aduersùs illud præliatur, & cauet. Odium legatus amoris, contra mala fetialem prouinciam ſuſcipiens, lugubres affectus ducit, incitat militares, vt Regi amori tutum bonum ſuum ſeruent, aut fuga, aut pugna. Ad hanc ſtrenuus miles ita deſtinatur, cùm comminùs decertandum eſt:

*Quam ſtrage multa bellicoſus ſpiritus*
*Portenta cordis ſæuientis vicerit.*

Audacia ad futura prælia parat commeatum. Ex iis, qui prouident ſine conflictu, triſtitia in malum vicinum, in remotum timor eſt.

*Cap.6.* Atqui horum etiam affectuum Monarcha, amor eſt, ſupremuſque tandem Antiſtes: omnes poſt ſe raptat, & concitat. Prima horologij rota, qua pondus ſuſpenditur, mouet cæteras. Extrema mundi ſphæra inferiores corripit, vt vulgaris Philoſophia eſt. Magnes, quà parte tetigit acum, eò vertit: ita affectus vertuntur, quatenus infecti amore. Nec intereſt, contrarios motus eſſe odij, iræ, mœroris, formidinis: malum iſti reſpiciunt, bonum amor: iſtam enim contrarietatem etiam amor efficit. Nemo aliquid oderit, niſi quòd aliud amet. Duæ horologij rotæ con-

trariis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

trariis voluuntur moribus; & tamen dum gyrat vna, alteram rotat in oppoſitum. Contraria quoque mundo ſemita ſydera ferunt vadere, eodem licèt raptata orbe. Iſtud igitur molimen voluntatis eſt tot inſtrumentis apparatus, tot præſidiis inſtruitur gaudij, paciſque officina, ne inopia miniſterij eximium tranquillitatis opificium peccet, aut vacet. Verùm oportet connexa omnia & ordinata haberi, ne quod ad ſolatium eſt, ad torturam ſit. Inutilia horologia ſunt diſſoluta.

*Cap. 7.* Atqui ordinabuntur omnes affectus, ſi illum, qui cæteros pro impetu ſuo verſat, & dirigit, direxeris, amorem dico, quem in primis curandum eſt ſtabilire baſi ſuis digna auſpiciis, immunitatem fortunæ adepta, immota. Hæc Deus, virtúſque eſt. Semel autem electo amoris cæmento, figendus inibi eſt, vt firmiter inde verſet alias affectiones. Magni intereſt, ſit amoris optio, an caſus: namque tuto illo & ſecuro fluctibus fortunæ, cæteri incolumes ſunt; appendices, ſcilicet, immunitatis eius. Si flectantur nonnulli, ſua iam charitatis amuſſi ſunt reformandi. Vſum eorum ex amore conijce; pro amore ſingulos guberna. Elegitne amor tuus Deum, atque virtutem? pro electione illa affectibus vtere. Malè audis? contumeliis te cædit quis? qui non plus valuit, qui plus voluit, qui minus debuit. Examina, cui iuxta propoſitum indulgendum affectui, quis tuo conſentiat amori mœſtus, ſiue alacris? anne iracundia? anne triſtitia? Erras, ſi non erraſti amando: ſi Deum diligis, tutum eſt bonum,



bonum, quod amas, nemo ſuſtulit illud, nemo amouit. Ecquod malum mœrore iſto fugis? Ecquod impugnare vis irraſcendo? Aut nō diligis virtutem, aut triſtitia prohibenda eſt: iam ſiquidem iſti affectus amori non quadrant. Diſpice, & quære conſentientem, quem tuus amor exigat. Credo, contrarius erit. Sunt iniuriæ diligenti Deum, non verba contumeliæ, ſed doctrinæ; ſunt eruditiones vitæ, ſunt percepta virtutis. Doctorem probitatis æmulum habes, peſſimum habes: non intereſt, à quo; ſed quid moneaſis. Si patienter illas feras ab homine, illæ te ferent ad Deum: ſi ſufferas, te efferent. Ipſa iam virtute frueris, quam dilexiſti. Patientia virtus eſt, nec patientia eſt ſine eo, quod patiaris. Igitur, bonum, quod amaſti, præſens eſt: præſentia ſua lætitiam tuam poſtulat. Itaque pro amore tuo lætandum erit. Hunc feſtiuum affectum à diligenti virtutem iniuria exigit, non alios luridos & infelices: quemadmodum nec auarum affligit theſauri inuentio. Moleſtum & graue aliquid ſuſtines pro officio? attige animum: perſpice, cuius tunc affectionis vſus opportunus tuo erit amori, inde conijce exprimendum affectum. Anne timorem? Falleris, nullis fortunæ minis tibi periclitabitur Deus; nulla violentia eripieris virtute, niſi velis. Anne ſpem? Fortaſſe iam te in ſuam virtus admiſit familiam, accepiſti bonorum teſſeram: iam conſcriptus alumnus es in matricula meliorum. Orphana, & imbecillis, imò nulla virtus eſt ſine pa-

tientiæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tientia: iſta eſt proborum catalogis exaratus laboribus. Nemo eſt amantium lætus, niſi cum amaſio, niſi dilectus pignore ſui faueat, aut muliebri arrideat vultu, aut aliquam ſui præbeat ſpem. Pati cum virtute, & pro virtute, quædam arrha eſt diuinæ dilectionis, quidam fauor & inclinatio cæli, quidam diuinus riſus. Euge, macte fiducia, bene omnia ſunt. Æmulus diripuit theſaur ſuſtulit? Neque iſtud poſtulat tetrum odij affectum: nemo tibi furatus eſt Deum: hic eſt, & vbique. Non ſpoliatus: exoneratus es. Multum tibi relictum eſt, ſi non ablata virtus. Ita eſt. Vnum bonum reperiſti, quod non concupiſcunt latrones, non inuident, non inſidiantur. Gaude amaſſe bonum ſecurum malis, cui vel peſſimi innocentes ſunt, inuidi benigni, omnes parcunt. Hoc pacto conſectarios amori deducimus affectus; ſentiant Dynaſtæ ſuo: conſequentia enim votorum explanabit cor noſtrum, ne quid aſperum, & inæquale ſit.

*Cap. 8.* Iuuat præterea hæc principis affectus inſtitutio, & confirmatio, non tantùm ad diſciplinam cordis, ſed lætitiam: potentior eſt enim vis animi in amore conglobata, aut in inuidia, odióve extorta, ad exprimendos affectus conſequentes gaudij, & triſtitiæ, quàm extrinſeca tormentorum violentia: ſubeunt acriùs, penetrant in corpore ſunt & domeſtici, & intimi magis affectus affectibus; ideò extorquent efficaciùs animum, & ad ſe aduertunt attentiorem inſinuantiùs, ſcilicet, inhærentes, quàm forinſeca organa lætitiæ,



tiæ, aut mœroris. Integer eſt magnus dolor inter omnia voluptatum inſtrumenta, triclinia, amphitheatra. Tutus eſt animus, & gaudens inter rotas, & equuleos, ſi illud inteſtina vis ſuſtentet. Ita inſtituendus eſt omnis affectus ad bona, & hilaris, vt externum ſuccum ſuo non deſideret alimento: totam annonam lætitiæ non longinquiùs, quàm è ſe trahat.

At iſta diligentia teneris, & velut pampinantibus affectibus fortunatur aſſidua putatione, ſollicita ſarritione: Cap. 9.

*Blandior ad falcem meſſor perducit ariſtas,*
*Si raſtris ſegetem pectore continuet.*

Natura, & in infantia, & in pubertate, erudit germina ſua; flectit, quò velit. Amœnè Ennodius ait:

*Exprimit in ſpicam tellus iam facta papillas,*
*Lacte maritatis turgida ceſpitibus.*
*Stringitur in prolem ſparſus per gramina ſuccus,*
*De guttis faciens progeniem ſolidam,*
*Veſtitis gemmis, prætendit brachia palmes:*
*De gremio ligni pampinus ecce viret.*
*Iuſſa per augmentum nunc ſyluam prodere vitis,*
*Frigibus vt creſcat, vulnera conciliat.*
*Euocat, inquirit gaudens infantia mundi*
*Nutricem, tepidi quam dedit aura poli.*
*Ludit per faciem camporum ruſtica pubes,*
*Reſpiciens duri dulce laboris opus.*

Time adultis iam, & tumida perflantibus buccis affect-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

affectibus, naufragium rationis; nec illos compeſces, nec te: nam nec nauclerus iracundos Boreæ flatus continere, nec ratem ſeruare poteſt. Intereſt tamen iſtud diſcrimen: adulanti & tenui nauarchus arte nequit religare ventos validiores, vt deinceps non exaſperentur: nequit pacato æquore compedibus vincire flatus, ne nauim expugnent: nequit typhones vorticoſos in ſua clauſtra conſtringere: nequit mitigare fluctus ſæuituros adhuc in ſaxa. Nobis licet ſereno & facili cælo ingruentes nimbos propellere; in ipſa tranquillitate diſſipare procellam, illudere ecnephias, præſterem, exhydrias; cupiditates dico, monſtra naturæ. Feliciſſimam naucleri artem putares, qui ſua manu ventos contineret, & pro arbitrio fluctus: Æolo, & Neptuno nauarchis tutò & placide nauigares arbitrio tuo. Sunt peſſimi cordis flatus. Si recentem, blandumque, & in natali ſuo opprimas ſpiritum; ſi primum cupiditatis fumum diſſipes: Æolus tibi es affectionum; explanare potes fortunæ tuæ vndas, & immunitatem obtinere naufragij. Non ſubmergetur ratio, ſubmerſa paſſione.

*Cap. 10.* Magnoperè iſta iuuabit eruditio teneteſcentium affectuum: nam roboratos nec audebimus opprimere, aut vix poterimus, & fortè aliquando extinguent prius, quàm extinguentur. Barcinon, nobiliſſima Hiſpaniæ ciuitas, huius exemplum vidit. In hac vrbe quidam leo manſuefactus magiſtrum ſequebatur: contempſit adoleſcens obuius feram, manúque clunem ſemel verberauit:



berauit: illa tunc ſui memor, iniuria, ſuperboque ingenio reuocata ad naturam, in percuſſorem ſubitò regreſſa, vindictam geſtu probat: feſtina magiſter voce cohibuit, iubens ſiſtere: adeò tamen ferbuerat bilis, vlciſcique impetum compeſcere voluit, vt prohibita expiere, exanimata ſubito interitu fuerit. Tantoperè appreſſi adhuc, & in ipſas feras affectus ferociunt: nec minus deſtitati. Valliſoleti quoque illud accidit. Quidam calumniatorem cæſurus correptum gladium eximere cœpit è vagina: occurrerunt cohibituri facinus, & prohibuere, ne penitus exereret: at ille impetu fruſtratus expirauit. Iudicio omnium Medicorum, ſi non contineretur, viueret. Locuſtam quoque pauor perimit, polypo viſo. Tantùm in animalibus valent affectus, vbi minus valentes non occiderint, torquebunt. Rogauit Apollonium Babylonicus tyrannus, quo ſupplicio eunuchus traducendus foret, quem cum pellice ſua deprehenderat. Quid, ille reſpondit, niſi, vt viuat? Addidit admiranti Regi: Omne ſupplicium, ſi viuet, ob amorem patietur. Cain, cum inuidia prima mortis obſtetrix fuit, grauiori ſupplicio dignus, quam intulerat damnum, vita donatus eſt, tremore pauido damnatus. Acerbiorem pœnam morte, vehementem paſſionem puta: forſaſſe inde patiendi nomen merita fuit.

Porrò iſta edomandorum, enutriendorumque *Cap. 11.* affectuum ſolertia nonnunquam in laridis, mallis, fugitiuis erit operæpretium, non tantùm tranquillitati vitæ, ſed vitæ, & valetudini. Nobiliores



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſunt, magiſque conſentanei naturæ, qui boni frontem lætam intuentur, ſequuntur, quàm qui reformidant, & aufugiunt. Salutares illi & animo & corpori. Amor, ſpes, gaudium exhilarant mentem, recreant corpus, ſanguinem purificant, dilatant præcordia; ſunt baſes ſanitatis. Peritiſſimi Medicorum inter pharmaca lætitiam iubent. Plures leuauit morbo accidens iucunditas: odia verò, timores, iræ, triſtitiæ, ſtringunt cor, nocij ipſi corpori, venena inteſtina. Nuperrimè in hac anni Philippicæ hominem ſubita triſtitia vidimus repentè extinctum, nuntiata filiæ morte. Experimur plurimorum valetudinem afflictam, vitam interceptam angoribus, pœnitudinibus, mœroribus. Ita infelices affectus cùm magis occupent humanos ſenſus, inſalubriori fruuntur valetudine, quàm bruta. Vbertatem nobis mærendi memoria damnorum facit: præſagium futurorum, præter animi dominium maius: lacrymarum, riſuſque vim affectuum vehementia, & animæ in corpus poteſtas ab ipſo extorquet. Itaque optimus virtutis habitus mœroribus exemptus, corporis ſanitatem fulcit. Doctus experientia Porphyrius ita monet: Conferunt maximè ad ſanitatem imperturbatus animi ſtatus, cogitationiſque diſpoſitio ad ipſum, quod verè eſt, expoſita: multum enim vigoris ad corpus inde redundat. Quemadmodum experientia noſtri familiares comprobauerint, adeò vt dolores iuncturarum, pedum ſimul, manuumque acerrimos, annoſque integros octo vexari ab alio compellentes



lentes ſimul expulerint cum pecuniarum, rerúmque iactura externarum, ſtudióque ad Diuinitatem prorſus iacto: ſimul igitur pecunias, atque curas, morbúmque corpore expulerunt. Ex quo apparet, plurimum, imò totum ad ſanitatem conferre, certum quemdam animi habitum, atque ſtatum. Conſentit Cornelius Celſus: Valetudo, inquit, bona contingit ob bonos mores. Medici, Zamolxidis, & Zoroaſtræ ſequaces, omnia dicebant corpori bona, & mala ab anima fluere in corpus, velut oculorum qualitas à cerebro; cerebri qualitas à toto corpore: atque, vt impoſſibile eſt oculos curari, niſi curetur cerebrum; & cerebrum curari, niſi totum corpus: ita totum corpus, niſi anima bene valeat, non poſſe bene valere: animam autem curari ratione recta. Philoſophicis ſermonibus Thraces Medici dicitur curaſſe aliquos. Plato quoque dixit, non ex corpore bono bonum animum: ſed ex animo bono bonum corpus reddi. Plurimùm in corpus animus pollet. Scribit Auicenna, fuiſſe quemdam paralyſi obledentem corpus pro arbitrio, tutúmque ſe ſeruaſſe noxiis animalibus, ſibi, cùm volebat, innocentibus. Reſtitutus quidam nomine, pro libito ſe furabatur ſenſibus, vt nec vulnera, nec aduſtiones ſentiret: ſtupendo naturæ priuilegio potuit ſine virtute fugere voluntate damna. Imbellia morbo corpora impetus animi fortificat: ægrotantes phreneſis roborat, qui, cùm ſuis nequeant ſubſiſtere pedibus, multis valentium manibus reſiſtunt. Quare oportet

roborare animum, & affectibus exornare miti-
bus, vt inde commeentur ſua in corpus commo-
da, inde vires, inde blandimenta ſanitatis. Plu-
res ſæpe corporis cruciatus iucunditas animi fe-
fellit. Multis acer Dei amor extinxit Martyri-
bus doloris faces. Satis itaque corpori prouides,
ſi animo.

*Cap. 12.* Nec tantum priuatum bonum eſt, inſtitutio
affectionum, ſed publicum. Fons plurium malo-
rum vnus eſt immoditus affectus: deriuat latro-
cinia, homicidia, proditiones, bella, vrbium
ſubuerſiones. Vnius cordis impetus in plurima
mala effunditur. Paridis cupido fluxit vſque ad
incendium Ilij. Inuidia Cæſaris, & Pompeij de-
uoluit trecenta millia humanorum capitum.
Vnam cupiditatem gloriæ Macedonicæ expauit
orbis, & ingemuit. Non peſtilentiæ, non procel-
læ, non fulmina, non terræmotus ita malè de
humanis merentur, vt vota humana. Iſthinc iam,
& quantum afferant adiumenti, cogita, cùm cu-
rati ſunt affectus, ſi quidem tantæ ſunt peſtes, in-
culti.

*Cap. 13.* Adiiciam ad infamiam perturbationum pro-
dentium ſe, quòd non ſolùm diſcordantes, ſed
etiam concordes ſibi obſtent. Mirum eſt amoris
conſenſu creari odia: eadem cupidine gloriæ, qua
contemneris, contemnis contemptorem: eodem
vitio offendis, & offenſus doles. Pereuntſtuum
amore rerum erepta tibi ſunt, quæ in pretio ha-
bebas: ſed gemis, non alio languens morbo,
quàm peſſimo amore rerum. Diuortium ani-
morum



morum facit conſenſus vitiorum: vnius auaritia
alterius auaritiam odit: ſuperbia ſuperbiam of-
fendit: in alieno exemplo ſe ipſa damnant vitia.
At, ſi diſplicet factum alienum, diſpliceat appa-
ratus. *Ineruditio* affectuum, omnium eſt malo-
rum proſcenium. Omnis hic inſtruitur vitæ tra-
gœdia. Cor factum aulam Dei, caulam ferarum
facimus. Quid ferocius cupiditate, ſi ſemel li-
centiam ſui, aut ſumat, aut des?

Cæterùm, correctionem affectuum vis mol- *Cap. 14.*
liet conſuetudinis, quam iterum commendare
libet: huic decedit ingenium. Magnum iſtud
beneficium naturæ, velle deponi. Effrænis indo-
les te impellit? obſtinata tibi non paret? licet
commutare; mitiorem, & ad guſtum quærere.
Proxeneta naturarum, conſuetudo eſt. Famuli,
cùm non parent dominis, e familia mittuntur;
ſubſtituuntur alij: ita & ingenium contumax rei-
ci poteſt; mite, & parens ſuffici. In quo pecca-
uit natura, emendabit mos: quod illa negauit,
hic largitur. Finge tibi fortaſſe cum Cebete ali-
quo, ad huius vitæ ianuam confluentes animas;
tuam tamen iſto ſingulari priuilegio honoratam,
vt indolis optionem faceret; credo iam minùs
calumniareris vitæ moleſtias: nam & cum con-
ſilio tuo intrares, & te ad guſtum adornares. Be-
neficentiùs tecum actum eſt. Quidquid votis
commentari licet, anteuertit munere, excellit-
que ſuprema illa Mens, bonorum matrix. Legere
pro guſto naturam potes conſuetudinis benefi-
cio, adeò ſimilis naturæ, vt tempore ſolùm dig-
noſca

V 3

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

noſcatur. Secunda natura, conſuetudo eſt; aut natura, conſuetudo prima: illa artificialis natura; aut iſta conſuetudo naturalis. Ita mos creat, aut fingit indolem, vt aſpectus fefellerit plures, vſque ad infamiam naturæ, improbitatem putantes conſuetudine contractam. Subſtantiationem inquit Philippus ſolitarius, & naturam. Verùm, ne fallamur, ſaltem miremur,

*Naturam ceſſiſſe viro.*

vt Paulinus ait. Iuxta Philippum Piſides in meliorem partem cauſæ, & diuinius:

*Omnéſque nos ſubſtantiare naturalis, & filios gignere Deo quoquo die.*

Καὶ πάντας ἡμᾶς οὐσιοῦσαι φυσικῶς,
Καὶ τεκνοῦσαι τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν.

Certè in hoc munere, vt ſequar vim & licentiam Græcam, ſic dixerim, ſubſtantiandi, & eſſentiandi, nos filificandos in meliores, intérque familiam Dei, non excludit Piſides conſuetudinem; ſed honorat eam conſortio gratiæ. Quotidie, dixit. Itaque non ſolùm electionem naturæ adeptus es, ſed veluti effector tui effectus, & architectus, & faber tui fabricatus. Partem ſui muneris partitus eſt ſummus ille rerum Artifex: dedit, quod potuit. Non poterat fieri, quòd te efficeres; dedit, quòd reficeres: non ſolùm ingenium, quando velis, habere; ſed facere. Si natura non pro voto data; datur ſupra votum ars naturæ. Iſtud præſtantius eſt: nam, quòd optio tui in primo vitæ aditu detur, aut poſt ingreſſum, nihil niſi tempus refert: vtrobis modo tuo arbitrio veniret fingi. Nec incrementum gratiæ abſeciſſet dies: motam potiùs iſtam gratiorem putes.



putes. Nam, ſi, cùm rudis, & nondum vitam expertus, optione iſta vtereris, fortuitò, ſine conſilio delectum faceres; mox cum pœnitentia, nunquam cum remedio; in omni ſemper luctus vita errorem, quem ſemel feciſſes ante ipſam: irreparabile peccatum eſſet electionis inconſultæ: nunc benigniùs actum, poſt experientiam poſſe ad libitum fingi, refingi. Prudentior nunc delectus erit, vbi te probaſti. Sagacius conſilium eſt poſt periculum: & honorificentius, & beneuolentius eſt, quoties volueris, te mutare, quàm ſemel te accipere, vt voluiſti. Maior poteſtas eſt eligendi indolem ſæpè, quàm ſemel. Diſplicuit Socrati indoles laſciuiens; commutauit pro modeſta, temperata. Rogemus Zopyrum, rogemus Alcibiadem. Ardens quoque ingenium, & præruptum Sanctus Ignatius in miræ transfudit, humile, placidum, & conuenienter lentum, iudicio ipſo Medicorum variata natura: conſultiſſimam electionem fecit: maluit indolem Chriſti mitem, & humilem.

Quid, quæſo, humanæ vitæ magis repugnans, *Cap. 15.* quàm virus? Vſque ad hoc auſa conſuetudo ſeparare vitam animi ſuo, veneno, quo diruitur. Inſtrumentum mortis fecit adiumentum vitale. Peſtis humana Mithridati ganea fuit. Non venenis, ſed antidotis aſſueſcamus. Virulentos cordis impetus commutemus pro ſalubribus, mitibus, ſequentibus bonum. Familiares mores bonos faciamus, vt ad iuſſa præſtò ſint. Ne vitium naturæ ſolùm culpemus; ſed noſtrorū peſſimorum mo-

cuius ſit peius collabentium, ipſo ſe lapſu firmantium in præceps. Si vitiis naturæ corruptionem ita nos corrupiſſe accuſamus, quid facient tot corruptiſſimæ naturæ ſenio iam peccandi contractæ? tot, ſcilicet, quot mores, quot improbas voluntates habemus? Tot corruptas naturas patimur, quot libidines; non alieno perdimus ſcelere, ſed proprio; hi ſunt fomites peccandi. Non omnem calumniam ferat originis peccatum, ſed conſilij, & voti noſtri. Opponamus potiùs vitiatæ naturæ, natali culpa infectæ, aliam ſanctitate, laborique confectam, conſuetudinem virtutis, fomitem ad bonum. Extrudendum eſt corde affectus peſſimos, &

*Vigilandum in armis pectorum fidelium,*
*Omnemque noſtri portionem corporis,*
*Quæ capta fœde ſeruiat libidini,*
*Domi euocet ad libertatem viribus.*

Conſuetudo ipſam ſeruitutem placidam facit, faciet libertatem. Amat ſua falco vulnera, & repetit; recurrit ad aſſuetas tenebras, & cui patens & liberum cælum erat, & Sol, in ſua pertica deſes torpet, cæcus ſidet. Aſſueſcamus repugnare, aſſueſcamus vincere, aſſueſcamus felices eſſe: ipſam adhuc obſorbebit mos felicitatem animi, tranquillitatem cordis, concordiam affectuum.

***

PROÆRE



# PROÆRESIS II.

## *De ingenio amoris.*

NVnc ſeorſim diſpiciamus ſingulos. Regius amor antecedat: antecedit quidem, vt aurum inter metalla, ignis inter elementa, Sol inter lumina. Prænoſcendum nonnihil eſt artificioſiſſimæ naturæ ante vſum præmonſtrandum. Subtiliſſima res amor eſt, ingenioſiſſima ex his, quæ inexperti non diſcunt, experti non dicunt, neutri ſatis ſciunt. Sequar plures, qui, aut inexperti, aut ignari, (pleroſque opinor,) ſcripſerunt nihilominùs. Vſurpabo ex Platonicis nonnulla. Pro premio adiiciam in collectam meum aſſera. Concurramus omnes, quò nemo peruenit. Nemo ſuo taxauit pretio illud ingenium vitæ, inſtrumentum commutandi naturas, proplaſticen compaginandi corda, machinam committendi animos, artificium vnitatis, glutinum orbis, illecebram Dei; cui interim monſtrabo vni quadrare, vnum decere. Ad diuinam dumtaxat formam amor fabricatus eſt pro menſura, vt miſeris, immenſi. Velut teſſera teſſeræ cohæret, ita amor tantummodò diuinis conſentit: qui ſcit ibi, aliis inæqualis rebus, id eſt, maior, ſolùm Deo, & ſe minor. *Cap. 16.*

Non inuido corde, non illiberali dextra ſummus naturæ Pater rebus prouidit; nec contentus præſenti largitione eſſentiæ, appendit ſpem *Cap. 17.*

 Fortaſſe

cium ſit peius collabentium, ipſo ſe lapſu firmantium in præceps. Si vitius naturæ corruptionem in nos corrupiſſe accuſamus, quid facient tot corruptiſſimæ naturæ ſenio iam peccandi contractæ? tot, ſcilicet, quot mores, quot improbas voluntates habemus? Tot corruptas naturas patimur, quot libidines; non alieno perdimus ſcelere, ſed proprio; ſunt fomites peccandi. Non omnem calumniam ferat originis peccatum, ſed conſilij, & voti noſtri. Opponamus potiùs viti naturæ, natali culpa infectæ, aliam ſanctitate, laborique confectam, conſuetudinem virtutis, fomitem ad bonum. Extrudendum eſt corde affectus peſſimos, &

*Vigilandum in armis pectorum fidelium,*
*Omnemque noſtri portionem corporis,*
*Quæ capta fœdæ ſeruiat libidini,*
*Domi euocat libertatem viribus.*

Conſuetudo ipſam ſeruitutem placidam facit, faciet libertatem. Amat ſua falco vulnera, & repetit; recurrit ad aſſuetas tenebras, & cui patens & liberum cælum erat, & Sol, in ſua pertica deſes torpet, cæcus ſidet. Aſſueſcamus repugnare, aſſueſcamus vincere, aſſueſcamus felices eſſe: ipſam adhuc obſorabit nos felicitatem animi, tranquillitatem cordis, concordiam affectuum.

* * *

PROÆRE



## PROÆRESIS II.

### *De ingenio amoris.*

NVnc ſeorſim diſpiciamus ſingulos. Regius amor antecedat: antecedit quidem, vt aurum inter metalla, ignis inter elementa, Sol inter lumina. Prænoſcendum nonnihil eſt artificioſiſſimæ naturæ ante vſum præmonſtrandum. Subtiliſſima res amor eſt, ingenioſiſſima ex his, quæ inexperti non diſcunt, experti non dicunt, neutri ſatis ſciunt. Sequar plures, qui, aut inexperti, aut ignari, (pleroſque opinor,) ſcripſerunt nihilominus. Vſurpabo ex Platonicis nonnulla. Pro præmio adiiciam in collectam meum aſſem. Concurramus omnes, quò nemo peruenit. Nemo ſuo taxauit pretio illud ingenium vitæ, inſtrumentum commutandi naturas, proplaſticen compaginandi corda, machinam committendi animos, artificium vnitatis, glutinum orbis, illecebram Dei; cui interim monſtrabo vni quadrare, vnum decere. Ad diuinam dumtaxat formam amor fabricatus eſt pro menſura, vt miſeris, immenſi. Velut teſſera teſſeræ cohæret, ita amor tantummodò diuinis conſentit: qui ſcit ſibi, aliis inæqualis rebus, id eſt, maior, ſolùm Deo, & ſe minor. Cap. 16.

Non timido corde, non illiberali dextra ſummus naturæ Pater rebus prouidit; nec contentus præſenti largitione eſſentiæ, appendit ſpem. Cap. 17.

V 5 Fortaſſe

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Fortaſſe aliquibus plus dedit in eo, quod poſſunt eſſe, quàm quod ſunt. Adiecit multum ſupra naturæ donum: non nudam expoſuit, ſed cum dote ſua, cum ſpe nutritio commendauit amori. Omnia bona fecit, meliora vult. Cuique ſuæ conſummationis proxenetam aliquem, ſui ſolicitatorem boni, & velut pædagogum, atque cuſtodem ingenij, amorem, tanquam ſub præcordia, & medullas, intimiſſimis, & arcanis colligauit neruis. Elementis impetum dedit, quem inclinationem naturæ dicimus. Iſte amor verè cæcus & inſenſibilis, licet ignobilior omnium, ferruminat orbem, & opere ſignino conſolidat. Omnis Vniuerſi ordo iſto cohæret bitumine; hac omnis ſtat compago iunctura; hoc obſtringitur nodo. Omnis mundi architectura amore conſtat: omnis naturæ œconomia ab illo eſt: per illum quodque ſuo ſtat ordine, aut quærit: ſuperiora prouident inferioribus, inferiora conuertuntur ad ſuperiora. Deinde ſentientibus impetum largitur appetitum, iam oculatum & vigilem tutorem. Scilicet pro dignitate cuique talentum amatorium tribuit. Atqui intellectiles naturas ſibi caras, & pretioſas, excellentiùs, ingenioſiùſque procurauit, vt quæ ſint è clariſſimo, &, vt ſic dixerim, ſenatorio ordine. Iſtas donauit amore præſtantiſſimi ingenij: liberaliſſimè prouidit: non tantùm dedit perficere naturam; ſed velut eligere. Illis, quas non exornauit ratio, duntaxat indulſit ſuam abſoluere, & velut comere ſubſtantiam, intra ſuæ claſſis anguſtias, & plebeium

plebeium



plebeium ordinem. Ampliauit tamen prædiuitis menti priuilegium. Inuenit artificio amoris optionem naturæ, non tantùm exornationem. Nulla iſtis forma ſub clauſtris: nullum cum exceptione decus. Peruadere omnes naturas valent, tranſcendere vniuerſas: dedit eſſe, quod velint, cùm dederit velle. Amoris ingenio in diuerſa abeunt, & ſtupendo tranſitu commeant ſine via aliò. Non ſolùm iſtas amor perficit, ſed iam tranſmutat: non ſolùm facit eſſe meliores; ſed iam alias. Tranſit amans mira naturæ ſubtilitate in amatum. Potes per omnem ambitum orbis iacere mundos oculos, & ad guſtum in eam rerum claſſem adſcribi, quæ placeat magis. Nec exceptus diuinus ordo eſt: in ea verteris, quæ voles, inopina metamorphoſi tranſcendens. Orpheus clauicularium amorem fecit: habet claues, quibus pectus vnius pandit amantis, vt è ſe exeat, & alterius recludit, vt illuc domicilium transferat.

Eia age, veni, aſſurge, veni, non in eminens aliquod, non in verticem editiſſimi montis alicuius Olympi; ſed extra omnes anni, & Solis ſemitas, extra ſydera, in magnam illam ſpeculam non entium, & immanem vaſtitatem, vbi nihilum ſolitarium ſpatiatur. Finge tibi inter eas iacere vmbras cum ſpe ſolùm & potentia videndi lucem, municipióque fingendi mundanorum iam ſub valuas Vniuerſi optionem tibi datam maxima benignitate Ianuarij, eam ſubire naturam, quam velles, & ſub eo habitu, quem malles *Cap. 18.*

les

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

les intrare mundum, & agere perſonam. Audi magiſtrum huius magnæ ſcenæ amice alloquentem ita: Age, dilata oculos, pone inuidiam, bono animo ſis, in rempublicam cooptaris mũdanam. Hæc indulgentia mea cumulata in te eſt, & largiſſime profunditur. Alias res adſtringo, & ſuum cuique deſigno gradũ, in vnam compello naturã: liberum tamen permitto tibi in eum conſcribi ordinem, quem voles. Vide omnes, nulli inuideas: fies, quod legeris. Ecce ſeruilem gregem, elementa, ſaxa, metalla: ecce vulgus viuentium, herbas, frutices, arbores: ecce ſentientium plebem, reptilia, quadrupedes, natantia, volucres: ecce equeſtrem ordinem, homines: ecce ſenatorium, mentes: ecce meum auguſtum ſolium. In nullam te vrgebo claſſem ſine conſilio & ſententia tua: in eam te admittam, quam præoptes. Numquid tam abiecti animi, tam peſſimum caput fores, vt eligeres glebam eſſe, aut flatum, aut rupem, aut vlmum, aut pecudem, contemptis ſuperioribus, & diuinis ordinibus? Puto potius, relictis ſplendentibus metallis in vulua terræ, pellucentibus vnionibus in Erythræo littore, frondoſis arboribus in paradiſis, armentis in campis, imò & hominibus in foro, Angelis in Cælo, ſolam inuideres Diuinitatem, & electione diuini conſortij Deus fieri ante omnia clamares. Nunc tibi ſimilis accidit indulgentia: quod tunc eligeres, tantundem potes modò: natura ſub votum venit: fies id, quod amaueris: amor faber tui erit: id te faciet, in quod tendat.



tendat. Amas aurum, gemmas, equos, & quæcumque alunt cupiditatem, quibus gliſcit voluptas, quibus tumet ſuperbia: non ſurgit dignitas tua extra vulgus entium, non honorificentius ſaxis, non ſapientius brutis. Ineptiès, ſi tempus tibi interdixerit eligendi iura, quod opportunum ſit: ſi quod faceres, cùm non poſſes, nolis modò, cùm poſſis. Explica lumina tua: effunde obtutum per immenſa Diuinitatis ſpatia: vide, ſi eſt, quod concupiſcas. Cur per valles, & fæces rerum demittis oculos, & inuides? Quin, ſi aliqua tibi ex iis placent, ibi eadem reperies limpida, inturbida, innoxia, ſine ſua fæce, ſine fœtore. Deus omnia eſt. Sublimi & innocenti modo claudit, quidquid lenocinari corda pollet: omnis formarum pulchritudo ibi præſentatur; velut qui in ſpeculo rotundo aciem occuparet, omnia expiare videret, & baſiliſcum cum innocentia, & mortuum cinerem ſine grauæolentia, & ardum ſine adustione ignem.

At, abutimur arte illa eleuandi eſſentiam in ipſa Cap. 19.
rerum detrudimur amore infra res ipſas: qui poſſumus plus eſſe, minus ingenio exaltandi ſumus; imò nihil reſoluimur: poſt infimum non reſtat. Argutè Hugo ait: Qui aliquo fruitur, ei neceſſe eſt per amorem ſubdatur. Tu autẽ frueris infimis: ergo infra infima rueres, vbi locus non eſt. Attollamus nos, & pretioſiores homine fiamus; excellentiorem mortali vultum erigamus; honorabiliorem humana referamus ſpecie, non turpiorem. Appoſitè idem diſſerit: Si imago

imago ſtercoris ex auro ſiat, melior eſt vtique ſubſtantialiter, quàm imaginaliter: ſi autem Angeli imago auro imprimatur, imaginaliter erit melior, quàm ſubſtantialiter. Ergo animus à ſe effuſus, & per corporis expectoratus ſenſus, incorporalia intendens, à meliori, à perfecto in peius labitur, & quanto concitatius, quantò vehementius, eò deterior, & malignior euit: ſi tamen ſuper ſe emergat, & aſſiliat in edita, Dei complexu diuinus euadit, & efficitur, ſi Orige-nem audimus, formaliter, ſi dici fas eſt, Deus, licèt ſubſtantialiter ſit anima. Æſtimemus eſſe humanum, & rationis optimam materiam excellentiſſimo artificio deputemus, ne terra deformemus imagine: materiam potiùs ſuperet opus. Diuina Dij ſumus ſimilitudine. Aurum à figura nomen capit; metallum humano vultu conſiſtens, homo dicitur: ita Deus, cui diuina amando ſimilitudo imprimitur. Qui ſpeculum intuetur in vitro, faciem pingit, quam mittit: aſpectus eſt penicillum; color, ars: ita amans illius, quod intuetur, bonum, ſtatim effigiatur facie: id fit, quod reſpicit, vt ſpeculum, quod reſpicitur. Hoc diſtat inter mentem, & voluntatem: mens trahit ad ſe res, & ad ſuum gradum eleuat, materialia ad delicatiſſimam tenuat ſpiritus ſubſtantiam: voluntas ſequitur res, ad earumdem tingitur vultum, vt cera ſub ſigillo iacet, pro impreſſione capit figuram. Si ſignaculi effigies ſit ſerpens, leo, arbor, eamdem cera ſubit; ſi homo, aut Diuus aliquis, ipſa honoratur. Pulcher eris, ſi ames pulchrum;



chrum; bonum dico & honeſtum: ſi turpe, & vile; turpis, vilis. Speculum talem faciem reddit, qualem accipit.

Cæterùm, amoris cauſa non eſt repetitio illius, à quo auulſi ſumus, vt putauit Ariſtophanes Platonicus, qui fractum fabulatur hominem, alterius ſui medietatis cupidum, & petiturum à Vulcano noua reſui conflationem: non enim amoris officium eſt redintegratio; ſed vnio: nec iſta quomodolibet, non vnitio, ſed vnitas. Fit ex amantibus, non quid integrum; ſed quid vnum. Diminutè de amore cogitauit, cùm amantem putauit dimidium amati: eſt totum, eſt idem, non vnitum, vnum. Proclus in theologica elementatione ait: Omne vnitum alterum eſt à per ſe, & vno. Itaque ſingula potiùs, quam geminum & bicorporem hominem liceat commentari: putarem exornata corpora binis animabus, quæ memores nunc ſocietatis veteris vnà diuerſari vellent. *Cap. 20.*

Verùm, Ariſtophani permittamus ſuam charitatis originem, & totum eſſe ſacramentum amoris, in id reduci, vnde ſuimus: adhuc & diuinum iſta exigit ſibella amorem. Te potes perſumere quaſi ſuam indiuiſibilis partem, liceat ſic loqui: increatæ participatio naturæ creata es. A Deo exiſtis, & exiſti; reducitor in originem tuam, in totum. Sectæ aliquorum vermiculorum portiunculæ quæritant ſe, vt vniantur: totum Dei os, totum Deus eſt; vnire illi. Tua eſſentia, antequam eſſes, vbi erat? Quidquid eius erat, *Cap. 21.*

quatenus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quatenus futurum erat, in Deo erat. Ibi nobiliſſimum tui exemplar. Omnia in Deo ſunt, & tu inter omnia. Age, repete id, vnde prodiiſti, vbi fuiſti. Deus, & totum eſt, & pars, ait diuinus Dionyſius. Primum pulchrum genitor noſter eſt, prima pulchritudo mater, prima ſapientia obſtetrix, prima potentia patria. Illuc repedemus: & illis ſaltem plauſibilibus vocibus appetamus originem. Patriæ etiam fumus placet. Huc, huc anhelat rerum totalis & inconſultus amor, ne conſilium noſtrum impetu ineptius ſit.

*Cap. 11.* Omnes rerum amores, & primogeniti naturę appetitus aſpirant quid Dei, aſpirant bonum in imagine: Numen adorant, Numen amant, Numẽ quærunt. Quemadmodum contenti iconibus abſentes fallunt præſentiam: ita natura incapax cum omni familia ſua frui viuido, & præſenti bonitatis archetypo, ſe aliquo boni ſimulacro ſolatur, quod ſit totius eſſentiæ condimentum. Sapor vitæ, ſuauitas naturæ, quæ iam imago eſt Dei, rudis ſpecies boni, quod pluſquam ſe diligit. Dum quærit benè eſſe, quamdam beatitudinis, & Dei ſtatum colit, & amat: eligit non eſſe, ſi non benè ſit. Omnis eſſentia rerum, quatenus eſſentia eſt, in ſe inquieta actione aliqua cietur, & per actionem procedit. Quò? Ad bonum, & ſtatum Dei colendum. Non quærit iſta inquiſitione, non negotiatur eſſe. Iam eſt, & eſt, antequam affectet. Gratis, & ſine pretio voti ſumus. Non appetit magis eſſe, non appetit aliud eſſe, ſi deterius. Impetus naturæ, etſi inconſultus ſit, non eſt

ſtultus.



ſtultus. Eſſentia nec magis, nec minùs capit, neque permutare ſpeciem ita vult, vt à Diomede aliquo fallatur. Non itaque appetit, quod iam eſt; ſed, quòd id, quod eſt, benè ſit, aut melius. Quid eſt hoc, quàm affectare bonum, ſplẽdorem Dei, quo natura conditur? Illam boni affectationem etiam in peſſimis videmus. Pluris faciunt quamdam boni ſpeciem, quàm ſubſtantiam ſuam. Iſte impetus naturæ adhuc ſine conſilio monet nos amandum Deum pluſquam nos. Vita iucunda eſt cum vſu bonorum, cum ſpe tolerabilis, ſine vſu moleſta, ſine ſpe impatientiſſima ſui. Sibi ipſis, aut vouent fata, aut concedunt, qui oppreſſi malis, omni melioris ſortis expectatione ſunt deiecti: oderunt vitam & eſſentiam, quam benè eſſe non ſperarunt. Cruore proprio multi ſe contaminarunt, ne abſque bono viuerent. Igitur ſe propter bonum amant, & bonum plùs quàm ſe. Aquæ, quà parte labuntur, contrahunt ſaporem aliquem, aut qualitatem venarum: ita omnes naturæ nonnihil ſapiunt, vnde fluxerunt. Amando fecit omnia Deus. Pherecides addit, transformatus in amorem. Ita omnia ſuccum amoris combibunt, inclinationes proprias, appetitus, impetus ſuos: mille modis præſentantia aquæductum, quo à nihilo in eſſe ſunt transfuſa. Porrò amor etiam ſapit ſuam originem: bonitas Dei eſt: illuc ſe reducit, & quantùm poteſt, propinquat. A bono procedit, & peregrinatus in rebus ad bonum accedit, patriæ ſuæ memor, & amantiſſimus.

X Sibi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Cap.23. Subtiliùs naturam amoris contemplemur. Totam compoſitam & quadrantem Deo inue-niemus: nulli alij rei aptiùs, nulli decentiùs, nul-li fructuoſius cohærere; imò cæteris perditè, tur-piter, inæqualiter. Quid infelicius, quàm ama-tor, & non Dei? Amor eſt quidam ſui exitus, quædam à ſe peregrinatio, cum quodam ſponta-neo interitu. Voluntaria mors eſt, & quoddam ſine neceſſitate fatum. A ſe abeſt, qui amat: et-enim de ſe cogitat nihil; prouidet nihil: &, cum non cogitet de ſe, nec in ſe; neque ſecum co-gitabit. Subinde nec in ſe mens operatur, nec omninò intra ſe. Præcipuum animi opus, cogi-tare eſt: quare nec in ſe eſt, ſi opere in ſe caret. Appendix eſſentiæ, opus eſt, quid vicinum & cohærens. Nihil, niſi coràm, agit: nihil, vbi nihil habet, aliquid efficit: nec, dum viuit, eſt ibi, vbi omninò otioſus eſt. Vita operatione alitur; negotioſa eſt; ſine opera non eſt: igitur, ſi amans nec eſt, nec operatur in ſe, non viuet in ſe. Vita operationem, operatio eſſentiam ſequitur: igitur, ſi in ſe non viuit amans, mortuus eſt. Morti pro-pterea exæquauit Salomon amorem, cui funalia, & tædæ, & lampades ritu ferali ſunt; ſed inex-tinguibiles. Sua pyra funeſta eſt. Flammas amo-ris puta ſpectare ad cæremonias funeris. Reli-gioſè procuratur ignibus animus extinctus.

Cap.24. Dices: Quid ergo commendauimus amo-rem, cuius laus, funus eſt; cuius opus, mors? Iſtud eſt arcanum ingenioſi affectus; mori cum fœnore, perire cum lucro vitæ: ſi amare ſcias,

ſi



ſi ames, inquam, Deum, iſta eſt amandi ars. Ele-ganter Dionyſius Lerinenſis ait:

*Mors pretioſa Deo propria eſt, dum caſta volun-*
*tas,*
*Et Chriſti in puro pectore viuit amor.*

Prudentiſſimè, & pretioſè phœnix ibi moritur, vbi ſcit poſſe reſurgere viuacior. Callidè mo-riendum eſt amore tuo, vbi reſurgendum alie-no. Phœnix è ſuo cinere rediuiuus exit: ita amans ex amato reſurgit. Cinis amantis, amatus eſt: in hunc deſinit, in hunc vorax illum amo-ris flamma reſoluit. Quod reſtat ex amante, amatus eſt. Amans item holocauſto perit, cuius etiam cineres iuſſit Moyſes rurſus cremari: tum & amatus, puriſſimus amantis cinis, ſuos quo-que patitur redamans rogos. Alimenta vtriuſque pyræ pretioſiſſima ſunt & aromatica; ſunt bona & virtutes amantium, quæ procul ſui ſpecimen vibrant.

Pretioſa itaque & felix mors amantis; bono Cap.25. omine perit: nam & vltrò, & victurus, & du-pliciter victurus, ſi feliciter, ſi ſcitè amet: nam, licèt moriatur ſemel, bis reſurgit gemina frui-turus vita. Superat ſortem vſitatam amoris. Phœ-nix iſte affectuum ſalubriter mortiferus, viua-cior ex ipſo interitu, felicior eſt, quàm ales. Iſte perit parem repetiturus vitam: amans etiam ſuo incendio; ſed auariùs perit: non parem ſolùm, ſed duplicem reſumpturus vitam, reſtaurat pro-priam, lucratur alienam. Iſtud amoris priuile-gium eſt, ſi ſcitè ametur, (repetam hoc ſæpiùs)

 alioqui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alioqui æquale periculum amoris imprudentiæ eſt. Animus enim amantis, ſi non ſuſcipiatur ab amato, nuſquam eſt: etenim non in ſe; non alibi: tum, ſi alibi, in amato eſſet: non eſt in hoc: ergo nullibi. Vita itaque amantis in reſponſione amati eſt. Redamans ſuſcitat amantem. Viuit, qui amat; quatenus inuenit, qui redamet: igitur viuet, hoc eſt, reuiuiſcet duntaxat amans, quatenus redamantium amat; alioqui iacet mortuus, cadauer in ſe, & alibi non viuens. Vbi igitur non periclitabitur amor, niſi in Deo? Cum tibi mortuus, reuerteris in cinerem; reſolueris in illum vermem de ſola pura terra, intemerata Virgine, procreatum, vt Theophridus ait, qui tua interna depaſcatur, rediuiuus ex illo. Si amentur inſenſibilia, terrena, iſta pretioſa ſtercora, aurum, opes, ambitio; iam non tantùm periculum amoris eſt, eſt calamitas: cùm incapacia amandi ſint, ſuos amatores exanimes relinquent. Nemo magis prodigus, quàm amator: rem omnium pretioſiſſimam, animum, ſine pretio dat, gratis, imò temerè; cùm amet, quæ non poſſunt amare: imò, licèt poſſint, ſi tamen & poſſint non amare; iam hic, ſi non certa mors, certum periculum eſt mortis. Igitur, quodcumque ametur, niſi Deus; aut damnum, aut diſcrimen eſt.

*Cap. 26.* Quoniam ſibi moritur amans, alij, aut alibi, ſi viuit, victurus eſt. Alienam, ſi aliena dici poteſt, nimirum, amati vitam agit. Fatetur hoc quidam amator:

*Vbi*



*Vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus.*

Etenim, cùm reſpondent ſibi amantes, ille in iſto, iſte in illo, commutatis ſpiritibus, viuunt; alter alteri, vterque vtrique traditur, vterque ab vtroque accipitur. Quæres, quomodo accipere amans amantem poſſit: nam tradere, & ſui obliuiſci, facilius putabis, quàm ſemel traditum, & mancipatum poſſidere quidquam: qui enim ſe non tenet, alium tenere non poterit. Seruus, qui ſuus non eſt, nihil ſuum habet. Iſta ſubtilitas eſt amoris: ſeruitutem ingenuam facit; facit locupletem, dominantem. Omnia, quæ horribilia audis, ſeruire, mori, expiata, & ſancta nomina in amore ſunt, ſine damno; imò ſunt cum lucro. In primis, ſi amans ſeruus dicitur, & eſt nullus magis; id quidem ita eſt: ſed ſeruus eſt liber. Si captiuus dicitur, eſt quidem: ſed ingenuus captiuus, ſcilicet, ex libera naſcitur; conditionem maternam ſequitur proles. Nihil liberius voluntate genitrice amoris: ideò & ingenuus ipſe. Quid, ſi captiuus ſit, quia ſponte ſe tradidit? Libertate ſua talis eſt. Iſta maior gloria, quòd liber ſeruire velit. Eſt dominus, etiamſi alienus: & quamuis ſui iuris non ſit, ſe poſſidet, & poſſidet alium. Neuter amantium ſui eſt: ſed, quia ſuus non eſt, ſe habet, & alterum vterque habet. Quiſque ſe poſſidet, non in ſe, ſed in altero. Hic in ſe poſſidetur; ſed in illo ſe poſſidet: ille in ſe poſſidetur; ſed in hoc ſe poſſidet. Dum amas te amantem, perderis in

te, reperiris in alio, qui de te, non de ſe cogitat: ſic per te, & à te amiſſus reſtitueris in altero, qui te ſeruat, dum ſe perdit. Hoc idem alteri continget tecum. Adhuc reſtat miraculum. Poſtquam à te perditus redimeris ab amico amato à te, & amante tui, per hunc ipſum te poſſides. Tum, ſi per hunc medium te poſſides, priùs hunc poſſidebis, quàm te: quare proximior illi, quam tibi eris: nec enim ad te accedis, niſi per illum. Hoc iacet maximum diſcrimen inter amorem, & alios tyrannos; inter charitatem, & vim; inter dilectionem, & imperium; inter beneuolentiam, & Martem: Dux, Rex, Imperator, tyrannus per ſe alios poſſident, ſed amans per alium ſe poſſidet. O nouum captiuitatis ritum, eſſe dominum triumphatoris ſui! ô inauditum mancipij genus, eſſe Regem ſui heri! Vnuſquiſque amantium longinquior à ſe eſt, quàm ab altero; vicinior alteri, quàm ſibi. Quid mirum, ſi in ſe non ſit, ſed in alio; mortuus ſibi, rediuiuus alij. Vna mors in amore eſt: ſed duæ reſurrectiones. Ita diuinus amans, (Dei, inquam,) Paulus, vnicam ſibi mortem fatetur, duas vitas: vnam Chriſti amati; alteram ſuam: vitam Chriſti in ſe, cùm ſibi, Chriſti amore ſauciatus, mortuus fuiſſet; ſed ſuam in Chriſto. Vixiſſe ſe dicit: ſed iam non ſe, vtique in ſe; ſed vixiſſe in ſe Chriſtum. At, cùm dixiſſet, non tantùm in ſe vixiſſe Chriſtum, ſed etiam ſe vixiſſe; putandum eſt, in Chriſto, non in ſe. Ritu enim amantium viuebat; ſed extra ſe: & iam non



non ipſe viuebat, nimirum, in ſe; ſed viuebat in ſe Chriſtus, ſuæ vitæ feliciſſimus Vicarius. Quare & ipſe Paulus, qui viuebat in Chriſto, rurſus in ſe reuiuiſcebat per Chriſtum in ſe viuentem. Semel in ſe mortuus, bis reſuſcitatus, dum in Chriſto viuebat ſine ſe, & dum per Chriſtum in ſe viuebat. Semel ſui egenus, bis locuples, dum Chriſtum poſſidebat, & ſe per Chriſtum.

Amans itaque, dum ſe negligit, in ſe perit, & *Cap. 27.* perditur: reſurgit tamen, & inuenitur, primùm in amato, dum nihil, niſi de illo, cogitat: ſecundò ſuſcitatur, dum noſcit ab amato amari, & in eo viuere. Aduoca, quæſo, teſtes laudatiſſimos: adige integerrimos arbitros, & iuſtos aſſigna rerum taxatores, qui æſtiment iacturam tui, cùm te, & Deum perdis; ſi ames, & non Deum. Quanti Deus ſit habendus, etiam qui offendunt, docebunt. Quanti te debeas habere, roga ſuperbos, peſſimos licèt ſui arbitros, ſe non virtute, non animo æſtimantes, ſed viliſſima ſui parte. Ex his iacturam tui, & Dei æſtima. At, ſi amas Deum, quantùm lucri erit, quòd te dederis, accipias Deum, & te? quòd tibi moriaris, reuiuiſcas Deo, & tibi? quòd te amiſeris, redimaris in Deo, reſtaureris in ſe? Proh felicitatem feliciſſimam! tuam vitam commutare pro diuina, & recuperare tuam! O pretioſam amoris, & iuſtorum mortem, qua emitur diuina vita, & reparatur humana! ô ratam reſciſſi contractus legem! ô gratuitam commutationem,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nem, quòd te dederis, accipere Deum, & te! Qui verò creaturas & fæces iſtas purpuratas rerum amat, Glauci, & Diomedis repræſentat contractum, pro aureis ferrea ſuſcipit. Minus te eſt, quidquid amas è terra, aut ſub terram natum. Licet omne auri pondus, quod Lydium fatigauit ſolum, poſſideres, aurum pro ferro accipis. Dixi, accipis: mentior; non te commutas, ſed tradis: das non recuperaturus, das non reddituris, non compenſaturis. Egenus manes hoc amore: nam, poſtquàm te dederis, nunquam reſtitueris; & cùm omnia tibi videberis poſſidere, pauperrimus ſine omnibus, & ſine te manebis. Quis egentior quàm ſui? Adhuc alienum manebis ſine alieno, & ſine proprio. Sine corde ſunt iſta, quæ amas; & ſuæ naturæ neceſſitate immiſericordia. Te deſinent perire, nec animum tibi tuum redamatione conferent. Iniuſtiſſima te accipient, non te tibi reſtituent: nihil pro te reddent: peribis ſine remedio, ſeruibis ſine redemptione. Infauſtus & feralis iſte amor rerum, aut hominum. O error mortalium, qui diuitias poſſeſſuri ament, à quibus clanculùm capiuntur, dum capere palam laborant! Se perdunt, dum illas poſſidere cupiunt: perdunt & illas, licet obtineant: inde dolent, inde egent ſemper. Qui ſe non habet, per quem alia habiturus eſt, neque alia habebit. Qui cupit poſſidere alia, curet, ne alia ipſum poſſideant: & poſſidebunt, ſi amet poſſidere. Solus, & alterius ſimul, & ſui ipſius (vt egregiè eſt



eſt dictum) eſſe poteſt, qui ſoli ſe illi dedit, qui ideò ſolus eſt omnium, quia ſolus eſt omnia. Errant, errant mortales: conſequi opum dominium non valent. Irritis votis franguntur: ſed & iſtud tolerabile malum, niſi contrariis. Ab ipſis poſſidentur rebus, quæ dominantur dominaturis, & voce vulgi dominis. Qui heri futuri erant, mancipia fiunt: nequeunt redimi, hoc eſt, redamari. Amor amati eſt amantis redemptio, & vita: amor tuus, quoddam auctoramentum eſt ſeruitutis tuæ: amor dilecti, chirographum libertatis tuæ. Ita, qui amat ſe amaturum, ſeruus fit à ſe, & ſtatim libertus ab altero: tradit ſe mox dominaturus. Qui amat non amaturum, ſine ſpe bona interit, & ſeruit: qui amat infideliter, aut contingenter amaturum, vitæ, & libertatis diſcrimen ſubit.

Itaque amandus eſt ſolùm, qui certiſſimè amet. Tunc fit amantium illa pretioſiſſima mors; duplici, nimirum, æquiualens vitæ mors, quam exornat geminus ſpiritus: mors fœcunda: fatum fertiliſſimum, in bina germina erumpens. Tunc etiam celebratur ille cordis contractus, ſine partium iniuria, quo alter alterum reddit, & accipit, firmiſſimus, & ſuper omnes rerum commercij ritus; animarum, ſcilicet, & voluntatum: amor enim proxeneta eſt cordium, trapezita animorum, tabellarius cupiditatum. Huic æternum ex ſe fœdus amoris eſt, & nodus Gordij nexibus arctior; contractus nunquam reſcindendus, nec pœnitendus. Pacta diſſolui *Cap. 28.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alia poſſunt, quoniam eadem voluntate, qua fiunt, reſoluentur: iſtud idcircò fit, quòd alia commutent paciſcentes, non voluntatem, qua commutant: in amoris autem contractu eadem voluntas materia eſt contractus. Voluntas alienatur, voluntas traditur, iam non ſui domina, ipſum pœnitendi ius amittit, alienum ſequitur arbitrium. Non reſtat, quo contractus diſſoluatur; non manet contrahendi voluntas; & nullum ſine voluntate propria, aut diſſolui, aut fieri pactum poteſt. Fortaſſe idcircò Plato nodum iſtum amoris fortiſſimum cenſuit. Qui aliquem cupiditate capit, fortiùs arripit, quàm maxima violentia; implicatiùs conſtringit, quàm retibus; ſecuriùs ligat, quàm catenis ferreis: non enim externè vim immittit; ſed intùs viget: atque ipſe vinctus non vult ſolui; potiùs ſe liganti inſinuat, atque colligat. Sed, licèt iſte nexus indiſſolubilis ſit, ſecabilis eſt. Gladius Alexandri illuſit etiã nodum Gordij: licèt enim huic amoris contractui ius reſcindendi abſit, poteſt iuri ſuo abeſſe ſecuritas; poteſt alicuius iniuria fruſtrari, ſi redamans laſſetur: tum, ſi amor vtroſque ſuſtentet, & ſuo conſtringatur iure, violenta fati falx ſecabit: poteſt amatus ceſſare inuitus ab amore tui: poteſt ipſe perire, licèt in ipſo amor non periret. Solùm, ſi pactum iſtud cum Deo contrahas, iuſtiſſimum & ſecurum eſt, cuius nec amor perire poteſt, nec ipſe. Nequit leuiter voluntatem mutare, nec mutari: nulla pœnitentia illum ſubit amandi bonos, amantes ipſum dico:



dico: nec mors, nec fortuna, quæ peſſimè de amicitia meretur, inuadent. Quis igitur nos ſeparabit à charitate Dei, voluntate fideliſſimi, ſubſtantia firmiſſimi, vtraque æterni?

Sed demus homines fideles, demus æternos. *Cap.29.* Ipſum dumtaxat æſtimemus contractum lucris ſuis, & genere. Pro ſocio puto etiam; nec ſimplex, nec nominatus eſt contractus amoris: permutationem credo, & ſocietatem. Communio diſpendiorum, & lucrorum inter amantes intercedit. Vndique quæſtuoſus eſt, ſi cum Deo celebremus. Si ſpectes commutationem, quid lucroſius, quàm Deum pro te accipere? Si ſocietatem, quid fortunatius, quàm participem diuinorum eſſe, & quibus Deus natura fungitur, tu charitate fruaris? Quàm felix iſta ſeges gaudij! At, qui cum homine fœdus iſtud amatorium icit, ad multa ſe paret detrimenta. Viderit, an poſſit ferre, ſi gemino latere inuadatur à fortuna, ſuo, & alieno, duplicia laturus vulnera. Iras, quas in vnumquemque exercet, & partem inuidiæ noſtræ tolerare nequimus: quomodo ſuſtentabimus alienum etiam odium? Reſpice locupletiſſimam ſupellectilem malorum duplo excedentium bonis: horum enim ærarium minus eſt, ne inſuper inſumas alienam quoque portionem, tuæ iam tædio vexatus. Quotquot tulerit amicus, tibi ferendum eſt, alienis malis dolendum, qui decoquis patientiam tuis. In Deo dumtaxat iſta ſocietas ſine periculo eſt, cum quæſtu eſt, vltra exceſſum ſortis. Lucrum ſecurum erit,

erit, vitæ maximæ, detrimentum nullum.

Cap. 50. Sed, vt alia amoris lucra prætereaam, illas referam vſuras, cùm ex vno interitu duas amor recepit vitas. Maximus amantium quæſtus eſt, quòd ſinguli duplicentur. Ex vno fit geminus quiſque; ſemel in alio; iterum in ſe per alium. Nolo hinc rurſus commemorare lucrum tuum, ſed amati. Non ſolùm amatus eſt, à quo reſurgere poſſis; ſed, qui dignus eſt, vt reſurgat. Dum amas amantem, te ipſum viuificas amantem, & bino animas ſpiritu, tuo donato, ſuo reddito. Ama dignum, qui ſæpiùs viuat: tacita enim extenſio eſſentiæ, amor eſt. Duplicat, quos ſuis extinguit flammis. Hæc vis charitatis, ſingulos binos reddere. Amor tuus amantem tuî geminat. Non igitur temere ponendus vbique amor eſt; ſed cum delectu, vt tantum cum conſilio fortunes tui pectoris gratiam. Non amare, aut amare non præſtantiſſimum, ſcelus eſt. Superuacua manebit virtus amoris fructuoſiſſima. Itaque eligendum eſt amori omnium præſtantiſſimam rem, ait Venantius:

*Velut flores docta ſequeſtrat apis.*

Auarus mallet duplicare aureum nummum, quàm æreum. Quid putas omnibus pretioſius, niſi auctorem? Si quid magni potes, in Deo experire. Pulcherrima eſſentia dilatetur; & vnus, quoad fieri poteſt, multiplicetur rara amoris arte. Plures creatæ pulchritudines ſunt, vna ſolùm increata. Hanc potiùs extẽdere cupias: quam in te, ſi fas eſt dicere, geminabis, dum viues in Deo,



Deo, & Deus in te. Quid magis exiſtentiæ dignum, quàm is, per quem cuncta exiſtunt? Quid magis meretur eſſe, quàm is, per quem omnia ſunt? Fac, vt is omni exiſtat modo, & in te exiſtat. Fac, vt æternus demùm in te ſit, dum ames; nec tam ingratus, nec tam perditus eris, vt ſi Deum donare vita poſſes, recuſares. In Deo eras, etiam cùm non eras; ſit Deus in te, etiamſi in ſe ſit ſine te: illud ad gratitudinem ſit, vt illud ad ſecuritatem tui. Res ſecura eſt amor Dei: nequis ibi perdi, nequis non eſſe tui, nequis non te inuenire. Qui amat, cùm ſe det alteri, ſe amittit. Hoc eſt priuilegium ſe donantis Deo, id eſt, ſe amantis; poſſe eſſe ſui, & alterius: ſe dat illi, qui eſt omnia; vbi, cùm omnia ibi inuenerit, ſe ipſum quoque inuenit; & in eo eſt, cuius eſt etiam, ſi non amauerit. In Deo non te perderes, ſi amares Deum. Nunc tam ſecurus es perdendo te, amando illum, vt duplici te inuenias via, & quia ab illo amaris, & quia ab illo es, & in eo propterea es: & tantò te ipſo excellentior, quantò Deus præſtantior te.

Adiice alium amandi titulum, amari à Deo, *Cap. 51.*
& à nemine magis. Vnius charitas manceps alterius eſt. Nihil magis gregale quàm amor, omnium rerum patientiſſimus, niſi ſolitudinis. Societate gaudet, & extorquet conſortem. Homicida eſt, qui amantem ſuum non amat, cùm pro ſe mortuum non ſuſcitat, cùm poſſit. Quodam naturæ iure edicitur amare amantem. Omnes propendimus libenter in propria, noſtriſque

propi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

proſpicimus. Amans iam ad res expectat amati, & in cenſu ſuo ſcribitur. Curam, & voluntatem exigit proprietatis titulus. Placent ſua cuique: quare nihil magis amandum, quàm amantem: nam nihil magis noſtrum. Amans aufert ſe à ſe, ſitatur ſe, vt tradatur amato, qui amantis herus fit arctiſſimo charitatis iure, & auctoramento. Si vrgemus iſta, nihil magis noſtrum, quàm is, cuius omnes ſumus ſen(ti), Deus. Quare? Quoniam amat nos. Hócne titulo noſter? Imò, quia nemo magis nos amet, valdè noſter, & nihil magis noſtrum: quantò enim plùs aliquis diligit, plùs amantis eſt. Itaque, qui nos ſuper omnes amat, ſuper omnes noſter eſt; hoc ſaltem titulo ſuper omnes diligendus. In plurimis ſimillimus eſt amor igni; diſſidet in curſu, & via: tametſi cœleſtis res, impetum deorſum vehementiùs agit, libenter deſcendit. Charitas parentum maior in filios venit, quàm à liberis refertur: beneuolentior liberalis animus confert munus, quàm ab accipienti memoratur & redditur. Maiori amor Dei alueo in creatas res defluit, quàm ab ipſis refluit. Saxum ex editiori ruet concitatiùs. Quò à diſtantiori cadit, violentiùs vulnerat. Quid altius quàm Creator? Amórne cœlo dilapſus non te fortiter percellit?

*Cap. 32.* Verùm, ſi voluptatem, cuius nomen plauſibile eſt, in amore quærimus, vnus Deus vindicet. Vni Numini conteſſerat iucunditas & volupe quoddam animi. Diuinis amor efformatus typis, cæteris, niſi Deo, inæqualis eſt, & amareſcit



reſcit ipſe ex ſe dulciſſimus. Sed abuſus male audire fecit. Orpheus vocauit γλυκύπικρον. Alius *Dulciamarus.*
ait

*Amor, & melle, & felle eſt fœcundiſſimus.*

Sic diuido iſtud anceps ingenium: in Deo mellificat, in cæteris acerbat. Amor, vt apis, officioſiſſimus, & ſui operis pacifici zelator, ſi impediatur, aculeatus eſt: ſtimulo ſuo diu ſauciat. Ideò amatores rerum deliburi abſinthio acerbiſſimè ſuam ipſam cupiditatem, imò voluptatem ferunt. Pungit illos amor extra alueare ſuum, dulcis tranquillitatis artificio impeditus. Diligentes duntaxat Deum nectare alit: iis ſuum conficit iucundum: in Deo ſolùm locum opificij ſui reperit.

*Cap. 33.* Patebit iſtud, ſi indolem eius ſpectemus. Præcipuum in amore votum eſt, amato integrè perfrui, cuius auidiſſimus eſt. Iam iſtud oſtendit diſſentire amorem humanis rebus, & rixam mouet adhuc conſentientium cupiditatum. Ægre fert amator riualem, impatientiſſimus conſortis, ſuis ſe votis damnat, nec vult ab imitatione probari. Noſcit anguſtias eius boni, quod diligit, & minus eſſe, quàm quod pluribus ſatisfaciat; ideò marceſcit, vtrius periclitantibus conſortio cupiditatibus. Inſufficientia bona iſta ſunt, nec paria duorum deſideriis, quæ vni non ſatis ſe laxant. Iſtud fel abeſt amori Dei, quo frui ſine detrimento alicuius plures poſſunt. Maius quid eſt omnium votis; capax plurium poſſeſſionis; multis ſuperfluit vna eius bonitas. Cape præceptum

prium gaudij: Ne ames, quo fruimur, ſolus velis amare.

*Cap. 34.* Huic mori vicinus eſt, velle amantem, vt amatis ſe integro fruatur: velle, toto occupato ſuo, ab illo diligi. Illud etiam amantes fodicat: illud premit. Vident quoque anguſtum amorem amati, nec maiorem bonitate: coarctari amoris eſt, cuius eſt limitata bonitas. Timent, ſi in plures diuidatur charitas, minus ſe percepturos. Puſilla rerum pulchritudo duos conuiuas non ſuſtinet. Quemadmodum plures vna re integrè frui nequeunt: ſic nec ipſa plures integrè poteſt recreare; nam nec amare. Per plures diſſipatus affectus minor erit. Hinc angor ſtringit cor amantis, quòd nequeat ipſe amato integrè frui, aut quòd amatus partim poſsit alio frui. Verùm Deus, vt affluentis eſt, & locupletiſsimæ bonitatis, ita & amoris: quemadmodum à pluribus ſine diſpendio amari poteſt; plures ſine alicuius detrimento amat. Patet cunctis bonitas illa infinita, patet & bonitatis defluxus, amor integer. Securè amatur Deus: nihil perdis, ſi alij ament. Innocenter amat: nihil læderis, ſi alios amet. Accipe & aliud monitum: Ne ames, quo fruituros te ſolum voles amare.

*Cap. 35.* Infelix, & iniqua lex amoris rerum, nolle, vt ament alij: nolle, vt ament alios. Non ita miſerum & preſſum eligas amorem. Supereſt Deo amor dilatatus, ſupereſt bonitas, vt amet, & ametur. Tam abeſt à felle, vt riuales optet, zelotypia gaudeat. Hoc intereſt inter zelum humani



mani amoris, & diuini: zelus amantis Deum optat, vt alij ament: zelus amantis hominem, ne alius amet. Ille ſocios quærit: iſte fugit: pro qualitate, nimirum, amatorum. Socios ille quærit, quia ſupereſt bonitas amato, cui amorem ſuum æqualem non putat: coadiutores exoptat, vt ſuppleat votis alienis proprium defectum. Iſte non admittit collegas: exiguum bonum timet, ne deſit ſibi, diſtributum etiam aliis. Perinde ac qui ſplendidum epulum parauit, cui ipſe non eſt ſatis, conuiuas quærit, inuitat plures, gauiſus conſortio epulantium. At miſellus & famelicus ruſticus fruſtulum hordeacei panis, quia ſibi non ſufficit, non diſtribuit aliis, non palam comeſt, ne alius, qui appetat, petat. O lætiſſimum affectum! ô ſecuriſſimum amorem Dei! quem zelus non excruciat, quem riualis delectat, ſine abſinthio, ſine aloë, ſine felle, totus dulcis, & conſentaneus cordi.

Quicumque alius amor diſconueniens, inæqualis, amariſſimus, crudeliſſimus eſt: & ſuis rebus non natum docet inæqualitas, & atrocitas: monſtrat violentia extra locum ire proprium, niſi in Deo. Anne in ſua ſede amor fuit Alceſimarchi ita eiulantis: *Cap. 36.*

*Credo ego amorem primùm apud homines carnificinam commentum:*
*Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foris quæram,*
*Qui omnes homines ſupero, atque antideo, cruciabilitatibus animi.*

*Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor, in amoris rota miſer.*
*Examinor, feror, differor, diſtrahor, diripior, ita nubilam mentem*
*Animi habeo.*

Huius tecor violentiæ cauſam, honorificam, & eximiam iſtius affectus indolem. Ad Deum natus efficaciſſimus eſt conuenientibus materiæ viribus, quæ digreſſæ, & deflexæ aliò, in violentiam iſtam erumpunt. Arctantur puſilla rei, & quo valet impetu incommodus in anguſtiis amor fluctuat, cruciat, perdit, velut ignis in denſa nube ſtrictus, ſcindit illam: &, ſi ſua cæli via aberrat, deflexus ad terram obuia quæque terret, torret, vrit, diruit. Optimæ res ſine ſuo vſu peſſimæ fiunt. Non ſunt affectus ad torturam dati; ſed ad gaudium, vt expleti conuenientibus naturæ bonis feſtiui ſint animo. Iſta comitas abeſt tetrico rerum amori: quare non ad illas natus, Deo ſacer eſt. Quælibet vis animi habet aliquid à ſe reſpectum, quo perficiatur, quod ad ſuam vtilitatem, quod ad oblectationem vertat. Hoc in amore Deus eſt, ſicut in oculo lumen, in auditu melodia. Nequaquam tam peſſime prouidit natura nobis, vt rebus ineptè amandis iſtud præparaſſet tormentum, & colligaſſet vitali ſedi cordis rarum hoc ingenium mortis: imò propterea conuerberat nos illas amantes; quia nolit amari, vt prudens mater & diligens: ad exemplum enim amoris materni, qui peccantem filium flagellat ſeuerè, & pu-

ni-



nit. Pergit ille dolentibus pene Prometheo præcordiis:

*Ita mihi omnia ingenia ſunt; quod lubet, non lubet iam id continuò.*
*Ita me amor laſſum animi ludificat, fugat, agit, appetit.*
*Raptat, retinet, lactat: largitur: quod dat, non dat, deludit.*
*Modò quod ſuaſit, diſſuadet; quod diſſuadet, id oſtentat.*
*Maritimis moribus mecum experitur. Ita meum frangit amantem*
*Animum. Neque niſi quia miſer non eo peſſum, mihi nulla abeſt*
*Perdito pernicies.*

Ne iſta ad exaggerationem putes, alios memorabo vulgaris amoris cruciatus, quibus immunis & expiata eſt charitas: namque, ſi deuexat amantem diuidi ab amato amorem, quantum premet negari? Excruciat, ſi coamet alius; quantùm ſi ſe non redamet? Iam tunc ſæuiſſima mors amoris, qua ex ſe nuſquam pulſus amans cupitis agitatur tormentis. In hoc atrocius factum, & quòd animum interimat, & quòd relinquat cum ſenſu corpus, vt dolendo ſolum ſit ſuperſtes. Recenſe curas, angores, vigilias, ſuſpiria, labores amantis, vt dubiam extundat beneuolentiam alterius. Demus obtinuiſſe: adhuc anceps affliget fides. Poteſt perimere amatus, poteſt mutari. Satis eſt quicunque timor macerando amoris gaudio delicatiſſimo. Illis nos *Cap. 37.*

 eximit

eximit anguſtiis Dei amor ſecuriſsimus, lætiſſimus. Vltro nos amat, prius amauit, nunquam non amabit, ſi amemus. Accedit huic ſecuritati dilectionis magnitudo. Elige, ſi quid ſapis, è duobus bonis, exiguum vnum & anceps; alterum maximum, ipſumque ſecuriſſimum. Certè bis illud bonum, imò bis maximum bonum, magnitudo & ſecuritas facit: illud nec boni titulum meretur. Particulam illam, ſi qua ſit bonitatis, abſorbebit ſui timor. Quin, expiemus illam timore: puſilla eſt, nec capax tam magni affectus; ſatis hoc tormento: pes anguſtiori calceo affligitur. Adijce poſt peſſimam fidem amoris, peſſimam amati curam:

*Bis perit amator, ab re, atque animo ſimul.*

Etiam poſt ſecuritatem redamationis periclitatur amor, nec ſecurus de amato, ipſo adhuc tuto, peribit, non dico, ſi de medio tolli, ſed ſi pateat concuti. Quanta ſolicitudo verſat ſuſpenſum graui ſupplicio amantem, ne dilectus aliquas experiatur iniurias? Ad hæc morbus offendet, tempus macerabit, fortuna laniabit. Quid, ſi omninò perdat? Iſtud amoris infortunium Platonicus Pauſanias oppidò timuit: pereunte enim amato perit amor, cuius conditionem ſequitur: pereunte amato & amore, ſunc viuet lætus amans? Sine his periculis Deus eſt, quem dimittere duntaxat poſſumus, non amittere, niſi dimittamus. Maximo munere donati ſumus, quòd nolentibus amitti nequeat: nemo niſi volens perdet. Sed, quis, ſi amet, volet perdere?





Hactenus diſpeximus, quàm decens, quàm commodum, quàm volupe habeat amor, ſi Dei ſit, ipſi natus, & pro viuus immenſi menſuratus norma: nunc mixtim alia lineamenta amoris comparabo, quàm apta & quadrantia ſoli Diuinitati veniant. Non inerti artificio hunc natura fabrefecit affectum, nec ſine propoſito: imò tanta fecit induſtria, tam ſuo obiecto quadratum, tam appoſitum Deo, vt quicumque nouerit, illi duntaxat natum, illi dicatum affirmabit; non minùs quàm qui ſecurim contemplatur, ſecando dicet factam. Singuli elaborati affectus ſunt pro fine: amor, quia finem ſine fine habet, vtique infinitum bonum, etiam ipſe ſine fine eſt. Licèt libere amemus, quod velimus; non poſſumus non amare aliquid. Poſſumus ceſſare ab odio, lacrymis imperare modum, ſpem compeſcere, iram ſedare, timorem excutere: omnis finire amor nequit: ſemper neceſſe eſt velis aliquid. Seneſcentes & limitati affectus materiem conſentaneam cum modo, cum limite habent: ergo amor indefeſſus immortale quid aſpirat, cuius eſſe infatigabile eſt, nunquam defecturum. Alij affectus ad tempus ſunt; amor omni tempore; æternum, ſcilicet, ſuggeſtum habet. Amor enim inter cæteras paſſiones, quippe excellentior, ſolicitiùs curatus à natura eſt: laſſitudine & ignauia omni illum expiauit, & in continuum vſum fecit. Negauit ferias officioſiſſima mater officioſo affectui: noluit vacare vnquam eximio ſuo opere; negotiari inſtigat: non leue

inde præſumit lucrum : nouit à Deo aſſidua beneficia, & ſolùm amore redimenda. Aſſiduum propterea amorem fecit, & ſine quiete, & ne grauis nobis foret continuatio gratiæ, infatigabilem, acrem, ſuauem, placidum, ipſáque acerba mitificantem. Adhuc tamen nemo ſatis amabit Deum, etiam qui amare plùs nequit.

*Cap. 39.* Adiice, & immenſo natum ex ſua tranſcendentia colligi. Vbique amor eſt, in omni clauditur affectu, omnem ſuſtentat, ad normam, ſcilicet, Dei, vbique locorum, & rerum exiſtentis, omnia ſuſtentantis. Timor ſine lætitia conſiſtit, lætitia ſine ira, ira ſine ſpe, ſpes ſine timore, nullus ſine amore. Ipſum adhuc odium amor ſuffulcit. Ipſe ſtirps, ipſe primus motor omnium affectionum : in hoc etiam diuinum quid æmulatur. Ipſe velut neruus in ſigillariis motat omnes ſenſus, omnes vultus animi, omnes geſtus corporis. Pro amore totus gubernatur homo : diuinus apparet, ſi Dei amor impellat & contrahat, non aliter quàm fidiculis humanos ſigillaria imitantur geſtus. Ad hæc, vltimo natum rerum fini dominatori omnium, cui referuntur vniuerſa, imperium oſtendit amoris in reliquos affectus, vertit, trahit, refert ad ſe cunctos; ſeruiunt omnes affectui primogenito occupaturo in illa re, cui ſeruiunt omnia, cui ſeruire debes.

*Cap. 40.* Sed, vbi euidentiùs iſta adæquatio patebit, quàm ſi ipſas amoris conditiones cum diuinis componamus; ſi illas pro ingenio affectus, iſtas

pro



pro excellentia materiæ & boni, ſuo quaſque conſideremus ordine. Amor eſt primus affectus: dicam, conſenſu Theologiæ, & Philoſophiæ, primam omnium gratiam, primum donum. Cui par æſtimabis, niſi primæ bonitati, primæ beneficentiæ? Amor ſua ipſa natura donum eſt, non ex adiacenti : eſt gratia naturalis, cætera munera factitia ſunt, eiuſdem vicaria : transfert ſponte amantis dominium amor, & gratis ipſe datur; at, quod ſponte, & gratis traditur, donum vocabis. Cui itaque quadrabit donum natura ſua, niſi bono natura ſua & excellenti & magno, ſine ornatu, ſine accidenti. Amor eſt per ſeſe donum: cuinam aptior, quàm bono per ſe? Amor eſt donum aliorum cauſa donorum, nec vlli magis conſentaneum putas, quàm illi bonitatis naturæ, quæ cauſa eſt omnium naturarum, & bonitatum. Amor ſine aliis muneribus per ſe eſt acceptabilis, ex ſe gratus : cui magis conueniet, quàm illi, qui per ſe placet, qui per ſe amabilis eſt? Sine amore nullum donum gratum eſt : hoc etiam competit Deo : nulla res ſine Deo placere debet; credo, nec poteſt, ſi gaudij ſinceritatem, innocentiámque ſpectemus. Metiamur nunc molem amoris, tendamus funem, omnia illi imparia reperiemus, niſi Deum, indigna tanto munere. Pignus illud cordis, & vnicum pignus noſtrum, inaugurari Deo, quia magnum, decet; quia ſolum, neceſſe eſt : ne iniuriam faciamus magnitudini diuinæ, & voluntati. Prodigi & iniuſti ſumus, ſi aliis rebus impendamus amorem,

 etiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etiam nobis: dabimus, nimirum, merentibus nihil negabimus totum id iure poſtulanti ſuo.

Cap. 41. Tantus amor vnus eſt, vt ipſum non exæquent omnia: maior itaque, quàm debeatur alicui, qui inter omnia numeretur, & non complectatur: cuncta enim relinquemus exequuturi noſtram voluntatem: id vnum, quod placet, vt faciamus, cætera contemnimus: id, quod cuique libet, inæſtimabile eſt: pluris igitur, quàm omnia, cupidinem noſtram habemus, & amor vniuerſis præualet. Anne putas exaggeratè dictum? Imò remiſsè, & humiliter. Dignius dicam adhuc, non exaggeratiùs. Vniuerſa nihil ſine amore valent: adeò pretioſum eſt, vt imponat pretium rebus, quas ſuo eleuat contagio: quod exiguum eſt, amor magnificat, & extendit ad omnem amplitudinem. Quod magnum videtur munus, ſi amor non contineat ſuam molem, contrahitur, & premitur. Parum eſt, des omnia mihi ſine amore. Certè ſine debito parabo, inuenta cenſebo, non accepta: pro pondere amoris ponderantur omnia: tantumdem pretium habebunt, ac beneuolentiæ. Donantis voluntas taxat donum. Non debet cor, quod inuita manus dedit. Dona ſine amore, ſuas gratias amittunt: ipſe tamen amor, cùm donum ſit, vltra iſtud periculum eſt: tantum munus & tam pretioſum nunquam à coacto exactum fuit: nemo tantum ſibi arrogabit iuris, vt ab inuito audeat illud donum incomparabile vindicare, nec obtinebit, ſi audeat: ſpontaneum eſt ſemper, & cum pretio ſuo. O rerum pretio





pretioſiſſimum! ò pulcherrimum amorem, quæ ſemper ipſa placet, quæ omnia placere facit, ſine qua nihil!

Aliunde quoque oſtendam omnibus æquiualere amorem, pignoribus, diuitiis, & immenſæ votis auaritiæ. Ipſe donans magnifico iſto dono amoris donatur: tum & ipſe amor maioris te donata ſit. Quare iam amor tuus pretioſior eſt, quòd ſit, quàm quòd te dederis. Cæterùm quiſque pluris ſe facit, quàm omnia ſua, & quæ poſſint eſſe ſua. Amor itaque pretioſior omnibus rebus tuis eſt: nam & pretioſior te, qui tuis te omnibus prælatum cenſes. Nę hominis pretium, amor eſt: æſtimabilius quid eſt, à quo aliquid æſtimatur, quàm ipſum. Non enim velut infelix & ſterilis arbor trunco, & alimento ignis æſtimandus eſt animus, ſed fructu. Iuſtus dicitur, vt palma, florere: vtique & fructificare, ritu aliquarum palmarum Indicarum, cuius fructum in corde & viſcere habent: in corde hominis ſuus latet mitis & dulcis fructus amor. Aptè Venantius Honorius inquit: Cap. 42.

*Fructus amicitiæ corde colente manet.*

Amor proprium quid noſtri, & ſolùm noſtrum: hoc titulo pretioſior, quia ſolùm. Rara cariùs æſtimantur: quid vnica? Iam & hoc nomine præter dignitatem & pretium vindicat illum affectum Deus: cui debemus omnia, neceſſum erit dare vnum: nam & vnum ſolùm noſtrum eſt. Alienis & propriis creditoris rebus, nemo ſe aſſerit alieno ære. Solùm illud proprium opi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nor cuiuſque, quod in ſua eſt voluntate: nihil noſtræ ſubeſt niſi velle, amor, inquam, & voluntas ipſa: cætera aliena ſunt, quæ aut coacti habemus, aut inuiti dimittemus. Itaque, ſi Deo gratificandum eſt, vnde id poſſumus, niſi cenſu proprio? Atqui ex iſta proprietate amoris, peculij humani, humanum æſtimatur pretium; quemadmodum facultates cenſu. Si amor bonus ipſum probat hominem, ſi malus corrumpit; quidquid eſt, & habet, optimo amore optimum eſt; quidquid prauo, peſſimum: ſi perdimus amorem, pereunt omnia noſtra: quin & nihil noſtrum, niſi ille. Sed noſtra alia dicas, omnia erunt appendices amoris, & cui illum damus, nihil negabimus, imò omnia trademus, & votis pluſquam omnia. Iam & iſto tertio titulo præ omnibus valet amor, Deo ſolùm & dignus & debitus: accedit, quòd qui amorem dedit, dat omnia ſua, dat voluntatem, per quam omnia poſſidet: qui illam largitur, concedit, quæcumque per illam habentur, non diuerſa cæremonia, quàm cum traditione clauium poſſeſſio domorum & theſauri aditur.

Cæterùm ad dimidium hactenus magnitudinis ſuæ charitatem perduximus: tantumdem reſtat: non ſolùm amor æquatur amanti, & ſuis omnibus; duplicati pretij eſt, pro amato valet. Satis liberalis amor, qui omnia amantis dat, & ipſum. Magnificentiùs adhuc, & egregiùs de illo putadat & amatum. Cui? Cui omnia amat, ipſi, quem amat, amato, ſi iſte amet: hunc alienatum à

ſe



ſe ſibi reſtituit. Totus dando compoſitus amor amantem dat, amatum reddit. Quid grandius quàm quod dignum vt detur, & det nos Deo, & ipſum Deum pro amati ritu. Plus Deus quàm nos, & omnia eſt, quem cùm ipſi demus, ſatis pro nobis faciemus. Verè & ſincerè amator Dei nihil magis cupit, quàm quòd Deus ſit, quod eſt: tum, ſi Deus (iuuat commentari delirium) non eſſet, aut periclitaretur, cum proprio ſtabiliret periculo: ſiſteret in rerum natura auctorem ſuum, licèt ipſe periret: mallet Deum eſſe, quàm ſe: ſi arbitrio ſuo Diuinitas veniret, vt alij daret, vel ſibi retineret, oblitus ſui ſtatim Deo daret. Quare ſplendidiſſimum iſtud amoris munus libenter Deus acceptat, vbi ſe putat dari. Iſtud priuilegium donorum apud ſapientes colitur, non æſtimari euentu, ſed voto. Certe à minùs habente plùs amante maioris ſit exiguum, quod dederit, quàm ſi minùs amans plus dederit. Nucleus donorum animus eſt. Non iniquiùs æſtimat Deus noſtra, cui patent corda. In argumentum munera apud mortales deſiderantur, quemadmodum verba neceſſaria ſunt ad indicium mentis: latet animus: teſtimonium dona exhibent. At, quia Deo patet, parum intereſt, deſit facultas, ſi voluntas adſit. Satis acceptum eſt, quod in amore datur, licèt in ſe non detur. Tam locuples & liberalis eſt, vt nihil non poſſit dare, & nihil non det, eò locupletior, quòd habeat, non quia accipit, ſed quia dat, ipſâ prodigalitate acquirens. Quantò præſtat & nobilius eſt, dare

quàm

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quam accipere. Sanè in plurimis felicior & affluentior eſt animus amantis, quia illo modo dat, ſcilicet, voto, quàm, ſi eadem re & facto accepiſſet. Rogemus ipſum: plùs profectò gaudet vouere amato omnia, quàm ſe poſſidere: tanta ex his eſt amoris æſtimatio. Nemo, quantumuis locupletiſſimus, iſtud refutat gratiſſimum donum: nemo cum omni ſuo onere non admittit libenter. Nec ſupremi Reges, ruſticorum, contemptiſſimorumque amorem cõtemptam rem putant. Nemo diligi negligit: nec Deus beatiſſimus aliud magis petit, nec magis reddit. Illud nec indignum ſupputatione, opinor, ad amoris molem: egregius quid & ſubtilius ab illo donari, quàm molem iſtam, & fæcem rerum, corporea, & craſſa, quibus oculus duntaxat geſtit, & hebes fungitur ſenſus. Traditur per amorem animus, transfunditur ſpiritus, illud, quod in nobis honorificum eſt.

*Cap. 44.* Prodeat nunc ipſa amoris virtus vnifica, ſapor quidam Diuinitatis; ideò Deus, quia vnus, & omnia. Perfectionem vnitas multiplicat, vnum extendit. Quidquid perfici appetit, ad vnitatem aſpirat. Quid potiùs quæreret amor, quàm cui magis poteſt vniri? Et hoc, quid magis, quàm quod vnum & ſimpliciſſimum? Et quid magis vnum, quàm in quo omnia ſunt vnum? Ad hæc ſpiritualiſſimum, inſinuatiſſimum; nihil Deo intimiùs hærebit: omnes penetrabit receſſus cordis. Illud forſan fefellit Barbaros Iapones humanum cor ratos ipſum

Numen,



Numen, primumque principium rerũ: corporea iſta & craſſa, ſpecie tenus bona, iniuriam amori faciunt, & ſua mole reſiſtunt eius ſimplicitati. Nequit illa complecti ſuo ſinu animus, nequit ſuo committere cordis clauſtro. Illud bonum, quod permeat quocunque, quod vbique capitur, amatoriæ vnitati accommodum eſt. Illud bonum, quod ita adſtringitur cordi, vt nullus peſſimus diſſoluere queat, quod inuitis omnibus tenebo, quod mecum quocunque feram ſine onere, ſine mole. Multis violat diuiſio modis amatorios ritus: amor vnit amatum: ad hanc vim non debet eſſe diuiſus: totum vendicat amantem, pronus, totus compoſitus ad vnum, marcet partitus, & in ſuas leges peccat. Non ſuſtinet magnus amor minus amare: amabit minus, ſi plures: qua parte fluuius plus patet, minùs profundè voluitur. Mancipat amantem amor, & amato ſui dominatum tradit: at dominium ſingulare quid eſt, impotens diuiſum eſſe: ergo & amor, quamuis potentiſsimus, quamuis officioſiſsimus, nequit multis ſeruire, imò quia officioſiſsimus & potentiſsimus, illud non poteſt. Quidquid eſt, ad vnum eſt, contumax ingenij ſimpliciſsimi: negligentiùs ſingulis ſatisfaciet, qui velit omnibus. Amittet in multis amor honorem ſui tituli: hanc gloriam habet alicuius totum eſſe: nullius erit, qui plurium ſit, qui multos amat.

Ad hæc, indolem amoris, & legem naturæ confer: amor ad vnum eſt, & pro ingenio ſuo, *Cap. 45.*

&

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& pro honore : natura,& pro ſua pietate & prouidentia omnes diligere iubet. Anne amorem, quem induſtrioſiùs elaborauit, contra ſe irritat? Imò artificioſiſſimè,opinor, pro diuinæ, & immenſæ magnitudinis modulo conſtruxit, inde amatorum ab vno vniuerſos. Oceanus matrixque amorum, charitas eſt Dei: namque, vt ab Oceano flumij in eumdem reuerſuri deducuntur; ita ab amore Dei plures deriuantur amores in ipſum reuoluti. Patet latiſsimè vnius Dei amor, licet vnus ſubſiſtat: tot appendices amores habet, quot homines, quot amari poſsint,per plures effuſus canales,velut aquarum forma:ſtillicidium charitatis eſt beneuolentia omnium. Præſcripſit leges amori res amata, quæ ad ſui normam amantem figurat, vt ſigillum ceram, nec citrà, nec vltrà patentem. Non licet amare plùs, non minùs, quàm amatus amet. Non diligit, qui non eadem cum dilecto diligat: omnium rerum eſt ſocietas inter amantes, maxima votorum. Deus omnes charitate complectitur: nec iſta indulgentia iniuriam committit contra amatorios ritus: ſatis pluribus amatis,ſatis & amantibus infinitudo faciet. Bonum commune eſt, ærarium publicum beneficentiæ,atque beneuolentiæ nunquam exhauriendum:plurium ſine alicuius detrimento poteſt eſſe. Hac itaque lege tenebitur amator Dei omnes amare: tantam licentiam & proſperitatem nulla alia beneuolentia obtinuit:ſolùm iſte amor latiſſimo ſpatiatur campo: vltra fines ſuos prorumpit,liberrimus



mus in ipſos gliſcens inimicos ſuauiſſimè. Nec illa felix amandorum annona obſtat ſimplicitati. Vnus amor eſt, & idem: ſed, qui multos & diuerſos capit amatos,ſed per vnum. Deus elegantiſſimus dilectionis choragus, & educit amorem, & reducit; educit amans, reducit amatus. Omnes poſt ſe trahit magiſter ille amatorij chori,ipſe primus amauit,& ipſe vltimus amandus,& ad vltimum. Quia produxit diligens, debet reducere dilectus. A primo principio, primo,inquam,bono,velut Erotiarcha,omnis naturalis gubernatur appetitio. Eadem bonitas prima cauſa eſt,ipſa & vltima:primus amator, vltimus finis:ſeries agentium norma eſt finium.Primum agens ſequentia mouet,ſed vltimum finem ſequuntur omnes: quod dirigit agens, redigit finis: quò primum reſpicit agens, eò debent ſequentia reſpicere. Diuinis factus amor typis componitur pro Dei ſimilitudine. Vnus Deus eſt; ſed, qui omnia ſit. Vnus amor eſt:ſed, qui omnes claudat. Signat amantem amatus, & ſui forma figurat: nequit eadem cera duo ſimul admittere ſigillatoria ſignaculi forma delet aliam. Iam vides, cur duos amatos non ſuſtineat vnus amor, id eſt, verus: excipitur iſta anguſtia amor Dei:non multis obſignatur ſigillis, ſed vno, qui præſentet omnia; ideò latiſſima licentia amat omnes in vno: in hoc exprimit vim vnificam, cùm vniuerſos ad vnum redigat. Elegantèr elevatiſſimus & diuinus Hierotheus amorem Dei vocat patrem amorum. Vnus eſt, qui mul-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

res in familia ſua contineat, nec reputantur diuerſi: namque in ciuilibus pater & liberi vnam eamdem fingunt perſonam.

Cap. 46. Adhuc patebit magis vnifica hæc charitatis vis, omnia in vnum glomerantis: omnes amores ſuos deducit ad Deum, & omnes amores Deum amantium ad ſe reducit, & lucratur. Inter miracula & arcana naturæ magnes eſt, (admirandum debebat eſſe exemplum amoris.) Illud præſertim genus lapidis rarum, qui appellatur himmo, vna parte trahit ferrum, ex altera emittit. Huic ſimilem puto charitatem. Omnes amores ſuos mittit ad Deum; & omnes omnium amores Dei trahit ad ſe. Qui amat Deum, debet amare omnes, & amari ab omnibus. Quidquid amatus amat, & ad amatum ſpectat, lex ſacroſancta amoris præſcribit amare. Omnes Deus amat, & ad Deum pertinent, etiam ipſe qui amat: quin iſte gemino titulo communi creaturarum, & ſingulari amantis, ita omnes amores vnit vnius Dei amor, & pulcherrimas choreas nectens in ſe conuoluit vniuerſos, & ſe ad vniuerſos, & vtrumque in vno, & per vnum. Bellè ſublimis Hierotheus in amatoriis laudibus vocauit *συνεπτυγμένον ἔρωτα*. Næ maximum

*Conglobatum amorem.* iſtud lucrum charitatis eſt, amari ab omnibus: maxima iſta nobilitas amare omnes: & ne abſit iucunditas, vndique mellea eſt, & ſuper omnia ſuauiſsima. Quid dulcius, quàm eſſe amantem, aut amatum? Quid ſuauius vtroque? Sanè nihil dulcius, quàm amare, aut amari, niſi amare & amari.



amari. Vtrumque facit charitas. Quid iſto Dei amore liberalius, & potentius, cui licet amare omnes? Quid quæſtuoſius, qui exigit amari ab omnibus? Fœcundiſſimum dilectionis ſemen iſte amor vbique multiplicatur, in alieno adhuc ſolo fructificans. Itaque amando Deum, aliorum non amittimus amorem, ſed eleuamus; purum facimus, defæcatum, acrem, fortem, ſalum. Succo ſuo & vigore alit Dei amor amorem hominum. Sanctus Maximus ait, præbere *ἑνωτικὴν ἀγάπην*. Adiiciam, non ſolùm amorem Dei benè mereri de omnibus, eſſe omnium amorum auſpicem, ſed ſine illo nihil: verè, nihil legitimè, nihil ſuis ritibus amari poſſe. Egregiè ſanctus Paulinus dixit:

*Quid enim tenere, vel bonum, vel verum, queant,*
*Qui non tenent ſummum caput,*
*Veri, bonique fomitem, & fontem Deum?*

Mundanus amor ſine amuſſi charitatis ſibi etiam obeſt, ſibi deeſt: certè vt vnum amet, odit plures, offendit omnes: errat ſemper, & cùm amat, & cùm odit.

Ad vnitatem ſimplicitas ſpectat. Non eſt ſatis vnum, quod non ſincerum; & iam quod mixtum eſt, multiplex fit. Ex hoc etiam fatebe- Cap. 47.
ris, vni Deo amorem attemperari, cuius ſolus amor purus nullam patitur compoſitionem, ſine vlla fæce, & amarore odij, obrizus, defæcatus, liquidus: iſtud non habent amores alij parturientes iras, erumpentes in rixas, nutricantes odia. Tam ineptus vnitati amor mundanus eſt, qui, vt

Z amet

amet vnum, plurium odio fatiſcat, ne ſibi ſimilibus conſentiant vocis. Certe ad ſtultitiam quid aliud deſiderabis, quàm odiſſe multos, ſi ament ipſum, quod amas, comprobantes amorem tuum? Diuiſus adhuc à ſe amor iſte eſt, adulterinus, infectus furoribus, confuſus iracundiis, corruptus diſcordiis, vndique conſperſus aloë, fermentatus abſinthio. Ad hæc, præterquam odium habeat, etiam facit; ſatis eſt, vt oderint omnes illum, qui, vt aliquem amet, cæteros, aut faſtidit, aut negligit. Anguſtiſſimus & ſterilis iſte amor ad paucos dilatatur, nec ſuſtinet amare plures: quin in ſe ipſo marceſcit ſine fructu, imò ſine flore: ſolus Dei amor naturam ſuam fœcundam, integram, lætam, liquidámque ſeruat, ſine contrarij compoſitione. Neminem odit, qui Deum diligit. Totus hic amor amatorius eſt, totus dulcis, totus perſpicuus, & ſimplex, id eſt, amor eſt, cuius ignea natura: ignis autem puriſſimus eſt, & purificat omnia: nihil alienum, nihil extraneum in ſe tolerat, impatientiſſimus ſordium: inde fortiſſimus, ſolidus, totus amor eſt: vincet cæteros degeneres.

*Cap.48.* Deinde non ſolum amor, præter diuinum, vnitatem ſuam corrumpit, quatenus tam iners & tam hebes eſt, vt neſciat adſtringere, & ad vnum plures voluere amores, corrumpaturque odiis, liuoribus, ira: ſed, quia neceſſe eſt ſemel, quemadmodum contra eſt, diligens Deum, qui nouit vnum. Omnes claudit Deus formas, omnes pulchritudines rerum: quare, qui illum amat, omnes



omnes in vno amans, vnicum, compendioſumque amorem geſtat, atque ſine multa mole accommodatiſſimum. At, quiſquis inde relabitur, flexus ad hanc, vel illam formam, in diuerſa ſtatim ſinditur amore. Aſpirat cupiditas abſolutum aliquid, & ſuis integrum numeris; nec in ſingulis, nec vniuerſis rebus inuenit: non ſunt totius, non integræ pulchritudinis: inde mendica oberrat, inde famelica vagatur, inde per diuerſa ſollicitat, quæ ſi ſemel in vno quæſiiſſet, reperiret. Scindit in fruſta ſuam libidinem voluntas, nunc hæc, nunc illa cupiens, vaga & multiplex, ſemper habet, quà erret, quò procedat: ſolùm cùm ad ſummum venit, tunc conſiſtet: vltra ſummum nihil eſt: hic contrahenda eſt cupiditas omnis, in vno conſummanda Deo, cui magno ære obnoxij ſumus, amore ſolo relaxandi. Non licent ſuperuacaneæ impenſæ amoris: vnum Deum & vnicè amare debenti, non vacat, vt alium, imò nec ſe amet: miſerè amat alios, qui ſe diligit. Non decet minùs amare Deum; totum flagitat amorem; ſatis ex ſe anguſta Deo noſtra voluntas eſt, nec licet alterius amore plus ſtringere. Non ſatis ſumus ſoluere, vt quid prodigimus? decoquimus? Egregiè diuinus Eucherius infert: Amare ergo Deum tam non voluptarium tantùm, ſed etiam neceſſarium eſſe ducamus. Impium quippe eſt, hunc non diligere, quem expendere non queas, etiam cùm dilexeris. Iniuſtiſſimum eſt, vt ei, quæ poſſis, tribuere nolis, cui, etiamſi velis, rependere non poſſis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Cap. 49.* Hoc quoque natum monſtrat amorem Deo, quòd incommodè ſe rebus aliis, etiam obtentis, exoptatiſque, accommodet: alterius ſemper auidus: namque factus appetendo Deo, omnia ſuo ſinu amoris fomenta complectenti, magnum quid ſuis votis aſpirat. Quid magnum dixi? Totum: omnia in Deo elatiſſimo ſunt gradu; ſummo, inquam, quidquid cupimus, aut cupituri ſumus: ſuam nequit naturam amor fallere, nec ſuos, luxu diſſimulare ſinus. Illud itaque tentat contingere, quotieſcumque copit, & in altum mittit aciem: ſed ſuo propoſito deiectus, reſtaurat vota: fatigari nequit; æterno enim dicatus laſſitudinem neſcit; & cùm nuſquam in rebus, quas amat, illud totum & integrum, quò anhelat, inuenit, cogitur repetitis quærere cupiditatibus. Fragmen bonitatis, quæ in Deo tota, integráque manet, eſt, quidquid in rebus placet: quare ipſa rerum cupidine, (tametſi inſcij,) quid diuinum appetitio gerit. Hinc incontinentia amoris: inuenit particulam: cùm optaret totum, quærit reliqua. Fruſta bonitatis ſunt omnia, non integra bona; videt deeſſe aliquid; incitatur ad inquiſitionem cupiditas. Hinc ſufficiunt, vt irritent appetitum, non ſatient: ſcilicet, collapſus ſuo propoſito amor, ſegmentum pro toto nactus, quatenus non habet totum, non ſatiatur: quatenus habet partem, irritatur: aut, quia dimidiatum guſtum vult explere; vult, quod libauit, vorare. Quemadmodum ſunt partita bona, ita nec integrum complent guſtum: aut, quia cupiditas adepta



adepta pignus amittere noluit, nec ceſſat inquiſitione, cùm nimis putat deeſſe. Hinc, qui plura habet, plura cupit: iudicat minus reſtare, præcipitat cupiditatem poſt reliqua, tantò ſemper pauciora deeſſe, atque velut lapis, cùm diutius fuerit lapſus, concitatiùs ruit.

Ad incommoditatem quoque amoris ſpectat, non ſe rebus totum committere. Anguſtias ibi timet, quamuis collegas admittat faſtidium, & inuidiam. Vtilis, & iucundi metæ curtæ opprimunt amorem. Vtilia abſentia legitimè non amantur, nec iucunda præſentia. Diuiſum in his amor imperium cordis habet cum inuidia & faſtidio. Diuitias, prædia, & quidquid opum nomine venit, dum abſunt, ſolùm cupis, non diligis, aliena ſunt. Vbi ſegnior amor, quàm inuidia? Surripi, perdi hoſtium opes gaudes: amantis non eſt gaudere rei amatæ interitu: dum conſequeris, amas; tunc perire doles; diuerſum videbis in his, quæ ad oblectamenta concupiſcimus. Obtenta faſtidimus, quorum duntaxat amor ad tormentum eſt. Cùm deſunt, amamus: cùm adſunt, breui ipſam moleſtè delectationem patimur, cùm nimia eſt. Non adæquatur his rebus amor, ſupereſt ſui aliquid, reſeruatur à natura. Cui: Cui totus accommodatiùs confidat, non quem nunc cupiamus, nunc amemus, nunc faſtidiamus: ſed, quem ſemper amemus, ſemper cupiamus, nunquam tædio ſit. Amor, quem deſiderium genuit, ſpurius eſt. Ille ſolùm legitimus, qui pater deſiderij ſit, filius rationis. *Cap. 50.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Cap.51.* Tandem totus amoris geſtus, & acris indoles, vehementiſſimaque vis in amatum ſe factum Deo publicat. Nimietates illas & exceſſus amantium ſolus Deus meretur. Inſcijs quid faciant, dirigitur deceptus affectus in genuinum propoſitum: adorare ſe viciſſim dicunt, vocant ſe Deos. Æquiuocatio iſta amoris eſt, iuxta conſtitutum indolis cum Deo ſolum verſanti. Veluti, qui alicui aſſuetus loqui, ſemel aliquando alloquuturus alium, alienos ſui familiaris titulos impendit ignoto: ita amor natus Deo, diſtractus ad alia, ſimili reuerentia colit. Natura & conſuetudo vis paucis interſunt. Ineſt & amori quædam veneratio amati: licet viri fortes, & ſapientiſſimi ſint, qui ament; coram re amata, quamuis inferior fuerit, contremiſcunt. Sponſa quoque apud Salomonem, præſente & vicino Sponſo contremuit. Reuerentur, ſcilicet, diuinum aliquid in pulchro & bono: nec enim vis aliqua humana illos terret & occupat, cùm cæteris, niſi amore ſuperent. Contemptum adijce rerum omnium, opum, honorum, vitæ, voluptatum, & ſtupendam patientiam laborum, cruciatuum, vt amata re fruantur: nempe, ritus, quo natus eſt colere Deum, flectit ad alia ſua intentione abuſus: ita omnia amat, quaſi Deum amaret, quem ſolùm amaturus erat, ad quem ſolùm amandum educatus eſt.

*Cap.52.* Poſt ingenium & conditiones amoris veniant mores, digni ſolùm diuino. Iam non eius conſtitutio, ſed commendatio nos detinebit.

Noc



Nec ſolùm amor, cùm Dei eſt, ſuum vindicat locum: ſed authoritatem & frontem gloriæ ſuæ ſeruat: non ſolùm commodè illi inſidet, ſed decenter & auguſtè. Maieſtatem & ſatellitium virtutum amori Dei vniuerſaliùs vindicauit Pſellus, de quo ait:

Ἔγωγε πηγὴ καὶ περιφέρω κύκλον,
Τὰς γὰρ ἁπάσας ἀρετὰς ποιῶ κύκλῳ.

Qui hoc torque adornatur ab amore, dicitur à Simonide in quatuor angulos componente iſtum orbem,

ἀνὴρ τετράγωνος ἄνευ ψόγου τετυγμένος.

Conſentit Agathoni quatuor Principum virtutum dote adornanti amorem, quem iuſtiſſimum, fortiſſimum, temperatiſſimum, ſapientiſſimum vocat. In primis iuſtus, & innocentiſſimus amor Dei eſt, totus beneuolentiæ appoſitus, neſcit, quid ſit odium: alij corrumpi amores poſſunt iracundiis, furoribus; iſte vbique memor ſui, in ſua puritate colligitur, amatorius ſemper, quem puerilis ſpecies proinde decet: pueri innocentes ſunt, odio faſcinant neminem: iuſtiſſimus eſt, ſuum cuique reddit, ſe Deo iuſtiſſimus eſt, leges ſeruat, præcepta redamandi colit, amat amantem, ſoluit debita. Eleganter Proclus Lycius dicit, ſagittas amoris iuſtiſſimas: percellunt, vellicant, vt reddatur, quod debetur, amor amori. Iuſtiſſimus eſt, & in alios effundit ſuam iuſtitiam. Non ſe communicat, niſi quod perfectum eſt: non redundant, niſi plena: prius eſt impleri, quàm effundi: perfecta, &

Z 4 cum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cum cumulo, iuſtitia amoris eſt, exundauit in alios: ſe innocentem ſeruat, alios facit: nullam, nec à Deo, nec ab homine, iuxta Agathonem, iniuriam patitur: ſi patitur, non eſt violentus, vltrò patitur, ſponte, libenter: niſi inuito iniuria non eſt. Nulla in amorem vis præualet: calumniæ volenti dictæ, non ſunt violentæ, non iniuriæ; fauores ſunt, adulationes. Omne expiat damnum voluntas patientis. Tam abeſt, vt lædatur amor, vt contrariis iuuetur. Velut aqua ſubterranea, lambente ſæuiore Sole, faciem terræ ſugeſcit; ab æmula qualitate vires ſuas fouet; calor conſtrictus nube excandet; inter ipſas aquas igneſcit, erumpit acerrimus: acrior amor fit laceſſitus.

*Cap. 53.* Hinc fortiſſimus quoque & inuincibilis eſt: ſuperari nequit, quem contrarij fortificant. Victus Antheus fuit: à terra, non ab æmulo vires reparabat: inuincibilior Hercule fuiſſet, ſi, quemadmodum ex contagio matris, ita ab æmuli compreſſione robur geminaret. Ita indoles charitatis eſt, aduerſis roboratur. Ad argumentum fortitudinis mortem adducamus, in cuius contemptu virtus iſta occupatur:

*Haud timet mortem, cupit ire in ipſos*
*Obuius enſes.*

Cùm maximum illud malum terribiliſſimum amor negligat, ecquod minorum verebitur malorum? Certè omnem mortis verecundiam amiſit. Veteranus eſt miles, non tantùm aſſuetus vulnerari, ſed mori; non tantùm in alieno fato expertus



expertus eſt oculis mortem, ſed corde in proprio interitu. Mors improuiſis, & inexpertis tremenda eſt, quam opinio facit horribilem: ſicut miteſcit meditantibus, placabitur paſſis. Amor ipſe, aut mors eſt, aut experientia mortis. Fortaſſe mortis nomen anguſtum erit, & minus vi ſua. Totum corripit hominem, non dimidium dumtaxat. Itaque, qui duplicatam periclitatur iſtam vim amoris, minùs timebit ſimplicem, vbi ſegnioris tantummodò partis leuius detrimentum videt. Inde amantes prodigos vitæ Phædrus exhibet. Ferè illud eſt præcipuum amoris ſacramentum, pro amico, aut cum amico mori. Pretium amoris eſt mori pro amico, aut cum illo: fructus cum amico viuere.

Cæterùm, temperantia amoris, *videtur*, à Platone dicitur; à me, ebria & ſatura; non ieiuna, ſed opima voluptatibus. Raro priuilegio amor Dei eſt, & voluptas, & temperantia ſimul: dominationem voluptatum temperantiam dices. Amor, omnium voluptatum fortiſſima, dominatur illis. Ait quidam amans, quem imbellis adhuc amor, id eſt, non Dei, occupabat: *Cap. 54.*

*Omnes ecce cibos, & noſtri pocula Bacchi*
*Horreo, nec placido memini concedere ſomno.*

Nec ab iis, quæ Olympius canit, diſſidet Calphurnius, vt bino teſte admittamur.

*Lilia nigra videntur,*
*Nec ſapiunt fontes, & aceſcunt vina bibenti.*

Si ita debilis amor vehementiores cupiditates, quæ ad neceſſitatem, & voluptatem ſunt, premit;

rior; qui robuſta charitas ſtringet? Imbecilliores amore deliciæ ſunt; vincentur. Itaque quatenus ſuperat delicias minores, temperantia eſt; quatenus habet maiores, voluptas. At, ſi amor dulcis, quis dulcior amore Dei, omnia ſuis fauis parata habente? pulchrum, quod reſpicit maximum; eiuſdem ſecuritas certior neceſſitate; redamatio anterior, & antelucana cum ingenti munerum apparatu; præſentia amati intimior amanti, quàm ipſe; amplexu vterque ligatur indiuiduo: iſti ſunt flores, vnde amor mellificat.

*Cap.55.* Quid? Nequit non eſſe dulciſſima voluptas, propter quam omnes contemnentur voluptates. Nemo ſapiens, niſi Glaucus aliquis, præſtantius commutat pro minori: amor autem ſapiens eſt, ſolers, callidus, prudentiſſimus. Socrates amatoria arte nomen Sapientis meruit. Diotima Philoſophum amorem dixit. Vindicat iſtum honorificum titulum charitas, re ipſa philoſophans: & eſt amor, & eſt Dei, qui ſolus ſapientia vera: ergo amans ſapientiam, charitas eſt. Quæ altior Philoſophia cognitione diuina, cui totã Dei amor meditationem inaugurat? Sophiſtam quoque Plato vocat amorem: eſt argutus, ſagax, aſtutus, ingenioſus expugnãdo animo, & dementendo. Nullus magnus amor cum paruo eſt ingenio. Ad hæc, amor Dei ſpiritus veritatis nominatur. Iſtud quoque charitas magnificum prudentiæ agnomen impetrat, neſcia erroris. Dextrum brachium finxit Plato amorem diuinum; læuum, terrenum. Actiones



Actiones ſiniſtræ manus ſæpiùs errant, ſuo facile peccant propoſito: ſecuriores ſunt, quas dextra gubernat. Calor, & lux, gemina ornamenta Solis, ſociantur: calidior radius, lucidior eſt. Amor, & mens, pulcherrimæ animi virtutes, pares ſunt: affectu maiori creſcit cognitio maior. Extimulat affectum amor, quadam pietatis ſpecie, ciconiæ inſtar cognitionem, ex qua natus eſt, poſteà nutrit. Ad Philoſophiam quoque amoris eſt, quòd nemini prudentia pateat, niſi ſano affectu, & cum amore virtutis. Quid tantam valetudinem faciet, niſi charitas? Adiice, Philoſophia eſt meditatio mortis; num minor erit experientia mortis? Meminiſſe mortis, ſcire eſt, aut ſcire facit. Num mori, aut ſcire mori, ignarum dices? Non minùs nos cogeret ſapere experiri mortem, quàm recordari; potiùs illud illius vicarium. Subſtituitur contemplatio pro experientia. Sapientior itaque erit, & Philoſophus amor, quia moritur ſemper, non quia cogitat duntaxat mori: nec tamen putes iſtam mortem amoris inſipientem, ſine ſenſu: mors eius, ipſa eſt cogitatio: ideò amans moritur ſibi; quia ſemper cogitat alterum. Durius adhuc feres iſtam ſapientiam amoris ex morte ſua, ſi ritus amatorios cum ſeueritate ſua obſeruemus. Nemo ſine mente ſapit: hæc tamen cæremonia ſolennior amoris traducere animum, traducere mentem. At, qui nec animum, nec mentem habet, plùs quàm amens eſt. Concedamus iſta; nec tamen ſine ſapientia, cum tanta amentia manebit. Amens

Amens quidem eſt amans,ſed prudenter amens; ſpecies ſummis eſt,ſed ſapientiſſimi. Pari priuilegio in amentia ſua retinet ſapientiam , atque in morte vitam : non tantum recuperat , ſed geminat : ex iſta amentia prudentiſſimus amans fit,vt in occipitio quoque, ſic dixerim , oculos habeat. Pro prudentia mens amati eſt ; quemadmodum pro anima,ipſe : hic curat,cauet, agitat,prouidet omnes res amantis. Quid igitur prudentius eſt, quàm charitas ? Etiamſi de ſe nihil cogitet , ſuæ prouidentiæ vicariam ſapientiam Dei habet. Alios improuidos,& ſtultos amores orbitas oculorum infamauit.

*Cap. 56.* Cæterùm , ne ex peſſima alterius charitatis comparatione diuinam dumtaxat commendemus, (exigua iſta laus eſt malis communis ; ſpeciem boni habent ad maiora collata , ) demus nullum amorem prauum , demus omnes bonos. Diuinus dumtaxat præſumendus eſt , is guſtandus ; licet cæteri non acerbi , licèt iucundi & commodi. In comparatione bonorum etiam vincet optimum. Inſulſi erunt dulciſſimi,ſi cum illo componantur. In hoc veriſſimè ab Agathone dictum , Ἔρως [illegible]. Vehementiſſimus eſt animo beando , felicitati, vt ſic dixerim, intrudendæ. Huic quadrat icon pueri fortunam amplexantis. Omnis amoris ſapor,& nectar , bino eliquatur fonte,ex magnitudine amatæ bonitatis , ex certitudine redamantis : nihil enim dulcius amanti præter amorem , quàm ſcire amari. Sed & iſtud ſuauus eſt

*Nullum verè prauum amorem prudentiorem eſſe.*

primi



primi illius , ſcilicet , amor , humor quidam , & ſuccus bonitatis. Hæc prouocat alienam voluntatem , cuius ſuauiſſimè elſonat amorem : hæc etiam diffundit propriam , & ſuam expectorat charitatem, vt amet alios,ſine ſolutura amorem aliorum , ſine laceſſitura. Quamuis nihil amemus,niſi bonum,certior , prior ſaltem boni character eſt amare, quàm amari. Bonitas eſt amoris domus,& portus ; patria,& peregrinatio ; lar, & hoſpitium ; carcer, & linea : à bonitate erumpit amor in bonitatem : ab illa exit, in illam tendit , per illam pergit , vt circulus ſempiternus, ait Dionyſius , propter ipſum bonum ex bono, in bono , ad bonum, reſolutione non errante ſe conglomerans : bonitas,ſemen,& fructus amoris,ex illa germinat,illam appetit : quantò bonitas maior eſt , tantò plus amat, & amatur : quantò plus & amat & amatur , tantò dulcior eſt amanti. Condimentum voluptatis , vnitio , & amplexus eſt maximè amoris. Quid igitur vnitius ? quid conditius ? quid ſuauius , quàm quod vtrinque ſubit,vndique ſtringitur; recedit,& accedit ; ligat, & ligatur; lactat,& fugit ? Naturam magnetis lapidis habet res omnium blandiſſima , bonitas: trahit ad ſe , clamat, vociferatur cordibus , ad ſe reuocat. Hinc amoris collectiuum & vnificum ingenium : ſed & ipſa bonitas,cùm magna eſt,ſimul accedit, occurrit , & adhuc non amata amat: licèt non ſit,quid admittat,ſe inſinuat : licèt non ſit,cum quo commutet,dat : & quo poteſt modo penetrare,& penetrari vult : hinc amor maximi

boni

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

boni maximè iucundus, & obſonatus eſt perfectiori vnitione, aut, ſi mauis, vnitate. Tunc melius conditur pulmentum, cùm omnes edulij partes penetrauit mel, cùm ſubiit omninò obſonium. Tunc & ſuauius, & optime condita amoris voluptas, cùm intimiùs hæret amatus, & nunquam magis intimè, quàm cùm magis bonus: effuſum vi & ſuctum miſcetur commodiſsimè.

*Cap. 57.* Igitur, ſi diuinam ſpectes bonitatem, maximæ reperies voluptatis condimentum. Illa noſtrum iucundiſſimè conficit amorem; & ne minuat nomen opinio, bonum dico, quod alij plauſibiliùs pulchrum: fortaſſe ſubibit iſta vox feliciùs aſſuetos amare nihil, niſi quod obtutus commendat, qui ad pulchri nomen aduertunt, & animum, & aciem. Deus, virtus, ſapientia, omnium amabiliſſima, ſunt quædam bonitates modeſtæ & arcanæ: at, ſi panderentur, ac ſe oculis committerent, omnium ad ſe ſponte quadam violentiſſimè contraherent corda: languidiores tamen ad nos veniunt, procul quippe à ſenſu ſunt, quam nos prope. Symmetria & proportio hanc ſortem tantùm nacta, adeſſe oculis, pulchritudinis vſurpauit titulum, vehementior ſenſum perculſura. Quod ſibi bonitatis deeſt, (minor omnium eſt,) compenſat præſentia: re autem & mole pulchrum eſt, quidquid bonum eſt, non quod apparet: & quod bonum eſt, ipſum, & pulchrum eſt. Contrahamus aliquantùm velum, pulchrum iſtud conſpicaturi, quod in Deo delitet nobis, cùm clariſſimum ſit. Quid conſpicaturi,



turi, dixi? Vix ſuſpicaturi. Vna eius magnitudo pulchri licentiam & vim omnem ſuperat mentis: non tantùm comminiſci poſſumus, quantum illa re eſt. Quemadmodum, ſi omnium rerum florem, ſanitatumque pulchritudinem in vnum conſtringeremus manipulum; nihil præ Deo ſolo totus iſte ſpecioſus faſciculus foret: ita omne mentis commentum ex omnium rerum ſpecie collectum inferius eſt vero. Quid igitur, inquies, amabimus? Anne cæco impetu poſt Deum ibit cor, an ignotum amplexabitur? Næ tantus Deus eſt, vt vel ſuſpectus, non cognitus, vel veſtigatus, non repertus omne ſui vendicet cordis, velut geſtit canis odore, ac veſtigio abſentis feræ. Ex vngue leo, ex omni Deus vniuerſi pulchritudine, & ſingularum partium, rerúmque conijcitur ſpecie. Vniuerſa ſunt ſtillicidium ab inſuperabili, & immenſo pelago; & tamentum minutum, licet indiuidui boni, immenſi, leuiſſima, vndique imaguncula pulchri. Duo amantes abſentiam ſuam fallunt, & in abſentia ardorem ſuſtentant, munuſculis, & iconibus: ita Deus ſimulacris ſui ſignantibus dona ſua noſtrum amorem immiſſus alit. In tanta naturarum, rerúmque varietate aliquod lineamentum pulchri, ipſum pulchrum impreſsit. Quid mundus eſt? Deus pictus, vmbra Diuinitatis: verùm proprius dicam, ænigma Dei. Signat obſcurè pulchrum, non explicat: quidquid ſpecie, aut ſuauitate in rebus noſtrum aduocat amorem, in pulchro eleuatum, integrum reuocare debet. Pul-

chrum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

chrum dico Deum ſolum: non erit pulchrum, quod integrum non eſt. At cætera particulæ obſcuræ ſunt diuinæ imaginis: ergo, ſi fruſta ſunt, integra non ſunt, cum defectu ſunt. Ad hęc, ſi pulchrum integrum eſt, immortale debet eſſe: namque quod mortis fœditas deformat, quomodo pulchrum manebit? Quod defectus ſui mutilabit penitus, integrum non dices. Quæ maior detruncatio & defectus, quàm totius ſui? quæ maior deformitas, quàm interitus? Deus itaque immortale & integrum quid eſt, & ideò pulchrum. Reliqua cum horrore finis, cum defectus enormitate, præ illo fœda, deficientia, detruncata. O amentiam mortalium! fractum Dei ſimulacrum, & conſciſſa particula nos delectat; ipſum abſolutum reiicimus: ruptam picturam adoramus; integrum, & viuum, & cum ſuo decore vultum contemnimus!

Cap. 58. Intercipiat, & præueniat omnem noſtram cupiditatem boni, dicam diuiti, ipſum bonum conſiſtens: nihil, niſi propter bonitatem, cupimus, & omnis in Deo bonitas, & ſtat, & præſtat: ab illo pulchro deſluit, quidquid delectat. Deus eſt focus, & penates bonorum: in illo ſtagnantur omnia: quidquid præterea eſt, ſtilla ab hoc eſt, & huius eſt: quidquid enim præter Deum amamus, ſuum eſt. Tantus ille eſt, vt etiam, qui non amat eum, non niſi aliquid eius amare poſſit. Saltem hoc ſupremo in omnes bonitates dominatu diligendus. Totius ipſe matrix bonitatis: parualæ ab illa deducuntur per creaturas coloniæ.





Ipſe hortus omnium rerum pulcherrimarum, omnium bonitatum: inde quamlibet decerpe cum dote ſua, & honore. Igitur præuertendus eſt omnis amor diuino. Quidquid pulchrum, aut placidum occurrat, admoneat nos, non fallat; mittat aliò, non occupet: nec enim picturam diligit amans; ſed per picturam, quod præſentat. Id ipſum, quod illicit in rebus, ad contemptum ſuum eſt, & quoddam lenocinium Dei: vbi præſtat, attollendus vultus eſt, & omne pulchrum pulchrius in illo ſpeculandum, & cupiendum. Nolo, tollas cupiditatem; ſed mutes: nolo perdas; ſed lucreris. Auarum cupiditas argentei nummi incitat ad capiendum aureum, pro quo ipſum relinquet argenteum: namque ipſe valor argentei in aureo eſt, & cum exceſſu, & accommodatiùs portatur; ideò plures æreos, atque argenteos pro vno commutat aureo. O beatiſſimum, qui ita ſuas voluptates commutat! ô locupletiſſimum, qui ita ſuas cupiditates contrahit! ô feliciſſimum, qui ſuorum votorum probatus trapezita, & argentarius fit! Commutanda omnia pro Deo ſunt, & totum gaudium noſtrum lautiſſimum in vno colligendum. Nolo aliquid nimis ſeuerum: nolo, vt conſumas cupiditates omnes; ſed, vt reſumas omnes, & in vna ſumas. Hoc & facilius eſt, & commodius; & quid vehementius guſtui copulata voluptate. Quid vexamur racematione minutarum rerum? Omnia ſemel vno volumine licet tollere. Auariſſimus omnium es, ſi tibi Deus non ſufficit. Quouſque curret cupidi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tas tua, ſi in ſummo non reſiſtit, vltra quem, campum non inueniet: Locus ſupra ſummum non eſt: ſufficit felicitati tuæ, ſi tibi ſufficias: quòd ſi abundes Deo: Non molem & inanem vultum voluptatum quæras, ſed valorem, & ſubſtantiam: impediunt multæ, non implent: inanis occupant, parum ſatiant: vna omnes complexa, ſine impenſa, ſine pondere, ſine apparatu, ſine impedimento, præſtò vbique aderit, ad vſum, ad ſatietatem, non faſtidium: nihil deſiderabis, ſi vnam cunctis excedentem habeas. Semper deſiderabis, ſi plures, quibus vna excedat, quibus aliqua deſit.

Cap. 59. Velut Sol illuſtrat ſydera abſens, obſcurat præſens, cunctorum aſtrorum ſplendorem, & ſupplet, & excedit: ita diuinæ illius pulchritudo mentis, comit omnia, cuius purpurantur ſplendore; ſed collata diſparebunt, deformia ſunt. Nemo, vt videat, deſiderabit Pleiadas minutas, explente ſub meridiem Sole terras: Deo occupante animum, nemo aliam voluptatem quæret; ſuperuacuum erit cæterum. Miraris cælum, aſtra, Solem: mirare Deum. Vige in vnum omnium ſtellarum lucem, & finge ſingulas exceſſiſſe ſolari claritudini: iſthæc luminis vis, præ Deo cæcitas erit. Anaxagoras gratulatus ſibi humana natalitia, etiam cum rigida conditione fortunæ ſuſtinendæ, & quotquot humanæ vitæ pœnitentiam, aut inuidiam non natorum, aut votum mortis fecerunt multis, omnium malorum compenſationem reputabat aſpectum Solis: ſatis huic



huic rei ſe natum dixit, quòd Solem vidiſſet. Nec minoris Endymion fecit conſpectum ſyderis minoris, amatorio ecſtaſi Lunam conſpicatus. Cur nos nati Deo, & videndo, & fruendo, non liqueſcimus amando tantum lumen: Induramur potiùs luce Solis: ſed hoc luti eſt, & cœni. O ineptos nos! ſplendorem putamus aſtrum: nec aliter, ac piſciculi exultant, adulantúrque imagini Solis labentibus impreſſæ vndis, ipſum rati Solem: ita ſimulacra pulchri adoramus, defluentibus adumbrata rebus, ipſum contemnimus.

Verùm, quia beneficentia ſplendor bonitatis eſt, & facta ſunt auctoramenta amoris: Cap. 60.

*Eſt amor cultus optimus.*

iuuat & iſthac ire noturos pulchrum, nempe bonum, nempe Deum. Simpliciſſima bonitatis natura multiplices, & in ſpeciem oppoſitas complectitur vires: attrahit, & pellit amorem. Magnetis & dictamni ferrum trahentis, ferrum expellentis, ludit virtutibus: namque alienum conuocat amorem, ad ſe pellicit, ac iungit; & proprium excutit, à ſe iactat, & mandat procul. Percellitur ſagitta amoris: qui amatur, nec quieſcet, nec ſatis gaudebit, nec ſano eſt corde, donec reddat amorem, & à ſe refigat. Non ſe ſolet amore, qui maximè debet amari: hinc amantium eſt transfuſio, & prior effuſio, atque euacuatio. Præcedit formæ propriæ priuatio inductionem alienæ. Vacuum corpus amans eſt, non cadauer: iſtud enim forma ſua impletur, nec inane eſt, licèt ſit inanime: abeſt tamen amanti anima, aliò miſſa,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nec ſuo agitatur ſpiritu. Itaque exinanitum quid amans eſt. Nec iſtud quodammodo amoris facinus omninò tacitum in Deo: ſemetipſum exinaniſſe diuinus Paulus ſcripſit: ecſtatico nos amore diligit: velut extra ſe funditur. Audeo ſic loqui, & fortaſſe ſequor diuinum Dionyſium, à quo ita doceor: Τολμητέον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἀληθείας εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος, τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ τῶν πάντων ἔρωτι δι' ὑπερβολὴν τῆς ἐρωτικῆς ἀγαθότητος, ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται, ταῖς εἰς τὰ ὄντα πάντα προνοίαις, καὶ οἷον ἀγαθότητι, καὶ ἀγαπήσει, καὶ ἔρωτι θέλγεται, καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ πάντα, καὶ πάντων ἐξῃρημένου πρὸς τὸ ἐν πᾶσι κατάγεται κατ' ἐκστατικὴν ὑπερούσιον δύναμιν ἀνεκφοίτητον ἑαυτῆς. Διὸ καὶ ζηλωτὴν αὐτὸν οἱ τὰ θεῖα δεινοὶ προσαγορεύουσι, ὡς πολὺν τὸν εἰς τὰ ὄντα ἀγαθὸν ἔρωτα, καὶ ὡς πρὸς ζῆλον ἐγερτικὸν τῆς ἐφέσεως αὐτῆς ἐρωτικῆς, καὶ ὡς ζηλωτὴν αὐτὸν ἀποφαίνοντα· οὗ καὶ τὰ ἐφετά, ζηλωτά· καὶ ὡς τῶν προνοουμένων, ὄντων αὐτοῦ ζηλωτοῦ. Adiicito etiam Gerſonem magnæ doctrinæ & pietatis Virum. Is ait: Recipit Deus nomen amoris, & perfectè, vt (iuxta Dionyſium) ecſtaſim faciat, & actiuè, & paſſiuè. Deus ſiquidem infinitus, dum ex amore producit creaturam finitam, exit quodammodo ſuam infinitatem, diligendo rem finitam, quamuis actu infinito. Sic & vice verſa rationalis creatura finito actu diligendo Deum obiectaliter infinitum, ponitur extra terminos omnis creaturæ, cùm nulla ſit infinita. Ecce igitur ſuperadmirabilem ecſtaſim in vtroque amore,

*Audendum & hoc pro veritate dicere, quod & ipſe omnium cauſa, pulchro, & bono omnium amore, per abundantiam amatoriæ bonitatis, extra ſeipſum fit, ad omnia exiſtentia prouidentiis, & ſicut bonitate & dilectione, & amore trahitur, & ex eo quod ſuper omnia, & ab omnibus ſegregatum, ad id quod eſt in omnibus, deprimitur, ſecundum ecſtaſim ſuperſubſtantialem virtutem, à ſeipſo inegreſſibilem. Propter hoc, qui fortes ſunt in diuinis, ipſum zelotem appellant, ſicut multum in bono amore ad exiſtentia, & ſicut excitatiuum ad zelum deſiderii ipſius amatorii, & ſicut zelotem ipſum demonſtrantem, per quem & deſiderata zelabilia, & ſicut prouiſis ipſius exiſtentibus zelotabilibus.*



re, Dei, ſcilicet, & creaturæ. Perinde nos amauit, ac ſi ſe non amaret, cùm maximè ſit etiam à ſe amabilis & amatus. Illinc & transformatio amantium, quiſque à ſe exhauſtus & inanis ab altero impletur: ſcilicet, perinde procuratur, prouidetur, ac ſi alter, alter eſſet: ac ſi amantis animus eſſet in redamantis corde, & redamantis mens in amantis corpore. Quiſque propriorum oblitus, aliena cogitat, curat, agitat, ſollicitat, vt propria, & pro propriis altero exiſtente in altero mente, ſenſu, prouidentia, ſollicitudine: iſta transformatio eſt amoris, quòd amans ſe putet & gerat, vt alium; & alium, vt ſe. Nec iſtud diſſimulauit Deus: ita noſtram agit cauſam, ita noſtrum bonum curauit, ac ſi ſalus ſua ex noſtra penderet. Quid amplius pro redemptione ſua faceret, quàm pro noſtra ſuam maieſtatem exinaniens?

Cæterùm, bonitas fœcunda ſui, amiciſſima effundendi ſe, & auariſſima dandi, auet, placetque ſibi, & factura ſui quæſtum profunditur, ac datur non ad diminutionem, ſed amplitudinem: creſcit communicata. Maiora, quæ extenduntur, ſiunt. Melior arbor cum fructu quàm ſterilis. Fluentes latices limpidiores ſunt, quàm ſtagnati. Cùm ſe bonum effundit, & factum à ſe amorem expectorat, in alios tranſmittenſe, non illum nudum ex lare, & ſinu ſuo reiicit, non pauperem, non ſolitarium; ſed cum authoritate, & comitatu, & ornatu, & pompa. Omnia ſua pignora cum illo mittit, ipſumque *Cap. 61.*

que compitum, locupletatumque. Feret amor ſecum quæcumque ſunt amantis: beneficiis, officiiſque omnibus amatum donat. Quemadmodum aliò migrans mutaturus domicilium, illuc omnem ſupellectilem præmittit, vbi habitaturus eſt: ita amantis animus alibi victurus omnia in amatum transfert. Moribundi diſpenſant bona, legata relinquunt, & vniuerſorum inſtituunt hæredem: amans quoque moritur ſibi, & ſucceſſori, amato, inquam, omnia ſua concedit. Amor teſtamentum eſt amantis: res ſuas iure amoris tradit. Itaque bonitas per amorem funditur, amor per munera & officia. Hinc & bonitas auida ſe communicandi; nam & amandi. Quò quis maioris bonitatis eſt, pronioris amoris eſt: & quò promptioris amoris, libentioris eſt beneficentiæ: atque vt à beneficentia amor, ab amore bonitas conicitur. Quanta hæc renidet in Deo, tot affluens beneficiis, quot res ſunt?

*Cap. 62.* Omnia homini creata: ipſi cælum condidit, & auguſtum illud Vniuerſi prætorium, decens, exornatum, abundans ſupra regiam amplitudinem. Deſiderabis famulitium: certè & iſtud ad exaggerationem charitatis. Omnia ſuperſunt miniſteria, etſi deſint miniſtri. Ritu amantium Deus omnia gaudet ipſe miniſtrare: nec de œconomo aliquo prouidentiam tui confidit: manu ſua tibi ſeruire, & mulcere geſtit: ipſe tibi obſequia præſtat famuli: ipſe omnes officinas implet, vbique operatur. Regia aula variis inſtruitur



tur mundis: hic œconomus, hic pocillator, hic archimagirus, hic præfectus equorum, hic cuſtos veſtium. Omnia ſubeunda munia pro nobis Deus ſuſcipit: ipſe œconomus noſter noſtra prouidens; ipſe promus condus è penu locupleti nos nutrit, fructus in arboribus coquit, in aruis ſegetes torret: ipſe pincerna, eliquans è vitibus ſuccum, è ſaxis dulcem humorem, colans marinam ſalſedinem: ipſe veſtiarius, in vermibus ſerica fila, in pecudibus vellera parat: primas ab illo veſtes accepimus: ingratos progenitores noſtros è domo ſui expulſurus, non ſine veſtitu dimiſit. Ipſe Medicus ſalutaria conficit pharmaca è tot herbarum viribus, ſeminum, radicum, lapillorum. Quid, cùm auariſſimi ſimus, produxit ſua munera vltra vota noſtra. Victæ ſunt ſpes humanæ diuinis beneficiis. Solemus ſperare plùs, quàm poſſidemus: ſolemus optare plùs, quàm ſperamus: tot vltrò beneficia fecit, & pollicitus eſt Deus, vt nemo minus ſperare poſſit, quàm optare; nemo plus optare, quàm vltrò habet data & promiſſa.

*Cap. 63.* Igitur, cùm tot ſyngraphas diuini amoris, tot inſtrumenta diuinæ bonitatis, quot res, quot ſpes, quot vota, ſalem habeamus. Verba amoris, opera ſunt: lingua beneuolentiæ, manus: omnia vociferantur, & clamore ſuo iurant, quòd amet nos Deus. Quem non concutiet omnis hæc Vniuerſi eloquentia? Quæ ars eſt Rhetoricæ, tot inſtructa figuris, quot videmus naturas? Quale pulchrum, quale bonum putabis tot modis exun

exundans? Infinitum eſt, nec paucis exprimi poteſt. Munera pro amante ſufficiuntur, cuius quidam ſunt vicarij, quædam ſui ad argumentum traditionis pignora, quædam mentis arrhæ. O quoties, Deus noſter! ô quoties ſe dedit! Numera pratorum flores, gramina, herbas, ſyluarum arbores, frutices, camporum greges, armenta, nemorum feras, ætheris volucres, Oceani arenulas, piſciculos, monſtra, cæli orbes, luces; toties ſe dedit tibi, quoties dedit, & toties dedit, quoties aliquid fecit: innumeris iis te procurauit pharmacis, innumeris philtris. Diotima dixit magum amorem: ſunt beneficia, amatoria veneficia. Eudem Vates vocauit venatorem. Tot munerum laqueis neſcio, qui non capiamur?

*Cap.64.* Ad hæc, vt vtrinque ſe præberet amantem poſt actiones, paſſionibus, ſcilicet; exhibuit probatius charitatis experimentum, nec tantum beneficentia, ſed mali patientia amorem expreſſit ſuum, premit noſtrum. Credo, quòd iſta violentius. Patientia Lydius lapis eſt probando amori: nullibi aureus ille affectus, ita ſe exprimit, ita claret, vt turbatis rebus; nullibi ita pulcher, & felicius, vt laboribus; nullibi ita viuax, vt morte, authentico charitatis inſtrumento. Non ære alieno obnoxij ſumus, ſed vita Dei. Neque minuit amplitudinem beneficij, non pro te ſolum paſſum & mortuum: ſatis ſi pro te cum aliis, vt debeas, quantum ſi pro te, ſine aliis, imò pluſquam aliis additiam, pluſquam vniuerſi; quare & pluſquam, ſi pro te ſolo. Imò primis debes, quantum



quantùm omnes: tu & omnes debemus totum, quod Chriſtus ſuſtinuit, & ſinguli totum; inde ſinguli pluſquam omnes: nam ſinguli acceperunt, quod vniuerſi. Ad calculos trahe proportionem, tantò tu debebis plùs vniuerſis, quantùm vniuerſi plùs te ſunt. Quotieſcumque aliquis ſuſcipit quantùm omnes, etiam æqualis doni, inæqualis gratia, maior fauor erit.

Specta igitur ludibria, opprobria, ignominias: ad honorem amoris ſunt. Horruerat hæc Marcion, indigna Deo ſibi viſa, humilia, infamia, ſcilicet. At, nihil indignum Deo, ſi non indignum amore: dignus Deo amor eſt, & amore digna humilitas, obſequium, ſeruitus. Neſcierat Ponticus ille amoris prærogatiuam, cuius tanta nobilitas, vt nulla humilitate infametur. Nactus eſt amor honoris priuilegium: nihil illi vertitur probro. Conſentit Pauſaniæ Platonico in ſua de amore oratione. Quantumuis amans ſedula obſeruantia ſeruiat, obſequatur in omnibus, quæ nec ſeruus viliſſimus faceret, nec cogeretur agere: gratiam pro his omnibus merebitur, quæ ſi ſine amore ageret, ab amicis pariter vituperaretur, atque inimicis. Amor omnem infamiæ notã delet, meretur laudẽ pro humilibus, lege quadam amatoria omni eximitur ignominia. Refert ille: *Cap.65.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

*[illegible]*



[illegible]

[illegible — marginal note and nine lines of Greek text]
Glorioſæ itaque & ingenuæ conditionis ſunt ſeruitutes amoris, & virtutis, ſine dedecore, ſine ignominia, imò glorioſiores rebus ignominioſis. Igitur, cùm nihil Deus indignum ſe facere poſſit, hoc tantùm potentiſſimè infirmus, omnem humilitatem, quam fecit & tulit, amando fecit, ipſa humilitate glorioſior. Omnia fuerunt charitatis ſtrategemata; nec vllum maius eſt amoris machinamentum, quàm humilitas. Alfonſus, Neapolitanus Rex, odium ſuorum hac arte extinxit: inter venandum oſſendit carbonarium, cuius lapſum in foſſam iumentum eleuaſe laborabat; vt vidit Rex, accurrit, & propriis iuuit manibus, tunc verè regiis, tum auxiliaribus. Suffecit hoc mite & humile factum, vt beneuolentiam omnium impetraret. Cœperunt Neapolitani diligere, quem illatenus oderunt. Quis mitior, quis humilior Deo? Lapſos nos erexit, ipſe deſcendens: tantopere complacet in humilitate, vt tantùm non ſuperbiat, geſtit tamen.

Cap. 66. Alia nos admonet beneficia, quibus notat Dei bonitas, mutatio iſta Neapolitanæ in Alfonſum inuidiæ alieno beneficio placatæ. Adiice igitur



igitur beneficiis propriis aliena, adiice communia, & quæ aliis, & quæ omnibus collata: premunt omnia noſtrum amorem: æquè ſunt argumenta bonitatis. Si diſtinguis gratitudinem ab autore, & in aurea ſua illum puritate conſideras, non minùs amabis Deum, quia aliis benefecit, quàm quia tibi. Vtrobique tranſpicitur bonitas per beneficentiam; niſi fortaſſe te peſſimum putas: maioris bonitatis eſt benefeciſſe peiori: ſcilicet, ſupereſt plus boni, vt è ſe ſuppleat donans, quod deſit accipienti: ſplendor tamen creſcit ex alienis: pluribus tædis lumen excreſcit: iubar Solis non tantùm miraris, quòd nonnullis te duntaxat tædiis foueat; ſed, quòd in orbem diſſipet, vniuerſa calefaciat, & illuminet.

Tot itaque pro nobis Deus ad argumentum Cap. 67. ſui amoris, & bonitatis fecit, vt penè alicui viſum ſit, ad iniuriam, aut otium bonitatis eiuſdem. Non erat opus Deum optimum eſſe, vt amaretur; ſufficiunt, quæ fecit, abſque eo, quod ipſe eſt. Maxima omnium & valentior charitatis illecebra est, quod eſt. Si veriſſimum fuiſſet mendacium omnium maximum, delirium Marcionitarum, blaſphemans Deum malum: adhuc diligendus eſſet: ſua de nobis benefacta merentur beneuolentiam, & gratiam. Verùm nec iſta neceſſaria erant exactioni noſtri amoris, ſupereſt illi bonitas nuda captando noſtra corda; adhuc ſine vllo bono opere fortis, valentiſſima eſt. Vt amemus Deum, non indiget beneficiis, ſatis;

ſatis eſt bonitas, nec indiget bonitate, ſatis ſunt beneficia. Proh pudorem noſtrum! ſingula ſatis, & nimium ſunt, & vtraque ſimul non ſufficiunt.

Cap. 68. Aſt, cùm omnes illas ſagittas ardentes cum carbonibus deſolatoriis, obduro, frigidóque corde noſtro, ſaxeo, inquam, retunduntur; alio ſtupendo machinamento, & efficaciſſimo philtro nos aggreditur, ſubiens per ſe pectus noſtrum. Amor ipſi Deo,

*amanti ebibit ſanguinem.*

Cùm nec ipſe per ſe, nec per dona ſua extunderet noſtrum amorem; decreuit rara ſubtilitate ipſe per ſe, & per donum ſuum ſimul ſolicitare, id eſt, faciendo ſe donum: copias omnes in vnum expugnandis nobis cogens, vires bonitatis, & vires beneficentiæ connectit: vt, ſi non amemus, quia bonus eſt, nec quia bona fecit, id eſt, dona dedit; amemus, quia bonus eſt, & quia pariter donum eſt: id eſt, amemus iam ob duplicem bonitatem; quia bonus in ſe eſt, & quia bonum eſt, quatenus donum eſt. Videbat tot benefactis non ſe amari, ſed dona ſua, atque ingenioſiſſimo ſtratagemate excogitauit, etiam illa via nos capere, & fecit ſe donum, vt amaremus, quia donum eſt: ne iſto ſaltem amato nomine reiiceretur, ſed diligeremus; ſi non quia bonus, ſaltem quia bonum; aut ſi adhuc, non quia bonum, ſaltem quia bonus, & bonum. Atque vt iſtud commendabilius eſſet, fecit ſe donum neceſſarius & carius, & frequentius, & intimius: nullum plus alimento,



alimento, & neceſſitate, & cupiditate, & aſſiduitate, & coniunctione: toties enim ſe dederat ceremoniis amoris legitimis, id eſt, vicariis pro ſe donis, nunc ſine ceremonia, ſine interpretatione datur, donum conferens, & exiſtens: non fuerant ſatis beneficentiæ ſuæ pignora: dedit ſe obſidem: ſcilicet, compleuerat in nobis ſagittas ſuas exhauſta pharetra. Beneficia, tela amoris ſunt: has

*per orbem*

*Spargit effuſas agilis ſagittas.*

& ſe poſt omnia dedit. Seruo Dei, & ſemper ſtrenuo pauperum tutori, Antonio Martino, apparuit cupidineo habitu puer IESVS, arcu & pharetra armatus, inque ſuum pectus iaculatus ſagittas, negotians amorem plagis. Non ſatis hoc, reſiſtimus telis. Quid reſtat? Conſumptis miſſilibus ſubit ipſe præcordia noſtra, cominus expugnaturus cor noſtrum. Simili nos aſtutia ſe ipſa procurauit, atque Anacreon finxit, (cum reuerentia veritatis vſurpabo ad ipſius obſequium fabellam.) Plus pro nobis exequutus eſt negotioſus amor Dei, quàm vlla otiantis phantaſia valuit comminiſci. Vincunt opera diuina humanas cogitationes. Iam Teij Lyrici ſuffragio, non licet niſi liberè amare Deum: ita ille ſuccumbens amori canit: *Volo, libet item amare. Cupido me monebat, Vt amare ipſe vellem. At ego inſipiens monitum Parere negligebam.*

Θέλω, θέλω φιλῆσαι.
Ἔπειθ' ἔρως φιλεῖν με·
Ἐγὼ δ' ἔχων νόημα
Ἄβουλον ἐκ ἐπείσθην.

*Mox ergo ſumpſit arcum, Et auream pharetram, Me prælio laceſſiuit. Ego vero, ut olim Achilles, Lorica indutus, atque haſta munitus, & bellica, Cum ipſo prælium. Iaculabat ille telis, Fugiebam at ipſe tergo. Tandemque nullis [illegible] Quum deſtitueretur ſagittis, ſeſe in me, velut ſagittam Emiſit, & in cor vſque Medium, reſoluit artus. Nunc tam ergo nil ſcutum iuuat. Nam cur proiicimus extra, Quum prælium ſit intus?*

Ὁ δ' εὐθὺ τόξον ἄρας,
Καὶ χρυσέην φαρέτρην,
Μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
Κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
Θώρηχ', ὅπως Ἀχιλλεύς,
Καὶ δοῦρα καὶ βοείην,
Ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον.
Ὡς δ' οὐκ ἔτ' εἶχ' ὀϊστούς,
Ἤσχαλλεν, εἶτ' ἑαυτὸν
Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον.
Μέσος δὲ καρδίης μευ
Ἔδυνε, καί μ' ἔλυσε.
Μάτην δ' ἔχω βοείην.
Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Igitur, ſi Anacreon, qui inermentus inani iam pharetra cunctis reſtiterat amatoriis ſagittis, ſubeunti tandem pectus ſuum amore, non iam per miſſilia, non per cuſpides, ſed ſe ipſo miſſili & ſagitta victus fuit: quid nos adhuc reſiſtimus ipſi Deo pectus ſubeunti noſtrum?

*Cap. 69.* Quantus igitur tam ſolers amor Dei, tam effuſus? Quanta bonitas tanti amoris genitrix? Nobilitas gentilium in prolem excurrit. Diuinemus non ex auium extis, ex pientiſſimis & amatoriis Dei viſceribus ſuam bonitatem, ſcilicet, ex beneficiis amorem, ex amore bonitatem. Quo pacto tantus nos haud domat amor, qui præter robur etiam ſitu præſtat? Quaſi è cliuo eminens ſuper beneficia, velut è loco edito pugnax, valentior



lentior eſt. Ardentior enim benefactoris charitas eſt, quam beneficio vtentis etiam gratiſſimi: illius natalitia amoris à bonitate ducuntur; huius à neceſſitate: in illo gloria & decor, videlicet, maioris; in hoc reuerentia & pudor, velut inferioris: ille amoris ignis libentiùs, vehementiúſque deſcendit, quam ſurgit. Excellentius principium dilectionis benefactorem extimulat, ſcilicet, voluntas, bonitáſque. Amor enim, cum ſit boni, concitatius decurrit à bono in bonum, quam à neceſſitate & indigentia ſcandit; dat, qui vult; accipit, qui eget. Quantus amor tanti benefactoris? qui dat, quantum habet, pene dicerem, plus quam habet, cum omnia habeat; vſque ad ſe dedit. Et ſiquidem multoties ſe dedit, dat iam, quod iam non habet, dat ſe ſæpe donatū. Dat ſe, qui non iam eſt ſui, quam multipliciter noſter: ſæpiſſime ſe nobis dedit. Miror, tam fortiſſimo nos reluctari amori. Amor eſt efficaciſſimum pharmacū amoris. Amor eſt pretium amoris. Amor eſt Pharus amoris, nictat ad ſe amatoria flamma, vocat, dirigit. Amor eſt igniarium amoris; extundit è lapide ignes. Cor ſiliceum ferat ſcintillas perculſum amore, ſi amari noſcat. Amor amorē exprimit; legitimus, inquam, genuinúſque: nam leo marmoreus non rugit, ignis pictus non vrit. Amor Dei probatiſſimus, vegetus, viuax, acris, non mendax, nec fictus, quomodo noſtra non percellit pectora, & vnus ſine priuilegio amoris eſt?

Amor cum echo eſt, vbi eſt, redditur, & pari *Cap. 70.*
tono

tono reſpondet. Neſcio, quonam naturæ arcano, & compaſſione cordium, ab amore elicitur, & adiuratur amor: ſiue, quia, quem videmus nos amare, cenſemus bonum; amatorem enim boni iudicamus, cùm quiſque ſe bonum putet, & illum, à quo ametur, reputat amatorem boni, propterea bonum & amore dignum; quemque ſui opinio fallit; nec tantùm adulatores patitur, ſed honorat: ſiue, quia ſimilem amat ſimilis; ſimilitudo, quæ vnum incitauit, eadem mox excitat alterum: ſiue, quia amans admittit formam amati, quem in ſe inſculpſit ſuam reflexurus amati ſpeciem, iſtud ad amorem vocat; pueri oſculantur ſuam formam in ſpeculo; Imperatores curant ſuas ſtatuas, & Legatos ſic amant, vt capitali mulcta in irreuerentes animaduertant: ſiue, quia ſe à ſe auſert amans, & amato tradit, & iam, vt quid proprium habet, & amat. Nullus tam malignus eſt, qui ſe non amet; &, ſi amat, amabit ſua.

*Cap. 71.* Cùm tamen tot vrgeant amare amantem, nullámne reperis cauſam redamandi Deum? Cape primam. Si particula tibi pudoris eſt, nō te malum putabis, aut voles: ſaltem, quoniam te amas, ama Deum te amantem: ſi te præſumis bonum, voles quidem præſumere, licèt fallaris. Si amas propterea adulatores opinioni tuæ plaudentes, cùm putes amari; Deum ipſum ama, qui ſuo tibi amore fauit, & quia amat te bonum, prout te cenſes, aut falleris: ſiue, quia licèt malus ſis, amare vult, & in hoc deſiderat te bonum,



bonum, quod ſine beneuolentia non eſt. Cape etiam vltimam: &, ſi non amas Deum, quòd ſuus ſit; ama, quòd tuus ſit. Ecquod pignus in omni ſupellectili, & gazis tuis pretioſius Deo habes? Ama, fruere illo, & ſcis, tam amoris commune tuis. Tolle oculos, & mitte ſupra mundi verticem: aſpice diuinæ naturæ ornamenta, pulchritudinem, affabilitatem, cùm ineffabilis ſit, ſapientiam, potentiam, beneuolentiam infinitam, non ſunt iſta contemptui pignora. Omnium vſufructuarius eſto. Iſto debes proprietatis titulo amorem Dei præferre tuo; nunque magis Deus tuus eſt, quàm tui es tu ipſe: & quidquid prætereà tuum putas; iſtud fortunæ erit, non tuum. Tu partim fortunæ, partim mortis, partim temporis, maximam quoque & meliorem partem tui obtinet cupiditas: ius illa in te habent. Corpus totum vindicabit ſibi mors: præripiet ſuam quoque dies partem: animus, qui vnus tibi videtur reſtare, non tam tuus eſt, quàm Deus; nolo modò dicere, quàm Dei. Illud magis proprium putabis, in quo magis potes: minus tamen quodammodo de animo tuo potes, quàm à Deo. Sæpè multò minùs ab affectibus tuis, & cupiditatibus obtinebis, quàm ab illo. Quoties expertus es, vt impos tui, frænaturúſque tuam cupidinem, priùs à Deo impetrares auxilium, quàm à te temperantiam? Quoties priùs te audiuit Deus quàm tu ipſe, quàm libido tua? Ergo, ſi hæc contumax, rebellis; Deus tamen

præſtò, faciliuſque tibi adſit; minùs videris in appetitum imperare, quàm à Deo impetrare poſſe; & magis quodammodo Deus tuus eſt, quam animus tuus, difficillimè obtemperantiâ tibi contumax.

*Cap.72.* Adiice ad magnitudinem amoris, maximum deſideriorum ſuperpondium; non dico deſideria amati; iſta in ipſo amore claudo, ſed amoris. Deſiderare amatum, cuiuſlibet amoris eſt: deſiderare amorem, maximi. Satis amat, cui ſatis non videtur, quantùm amat: & parum amat, qui non optat plus amare: fimbriæ prolixi amoris vota ſua ſunt. Hoc intereſt inter cupiditatem, & amorem: illa citiùs ſeipſam faſtidiet, quàm cupitis ſatietur: amor ſemper ſui famelicus ſatiatur re amata, ſed ſine faſtidio: & cùm nihil iam optat, ſe ſolùm optat: iſta enim ſui fames à ſatietate amati venit amori. Tantopere explet amatus, tantoperè placet, vt inæqualem ſe noſcens amor, & anguſtum, laxari velit, & velut rumpatur, vt ſatisfaciat bonitati amati, aut ipſius, qui amat. In quibuſdam aliena bonitas, in nobilioribus propria edit amorem. Nimis amat Deus amare: amat, quia deſiderat amare, & amari: ſe vltrò amori obſtrinxit, & pretioſiores, carioréſque nos habere voluit, oppignerato amore bonis ſuis, & malis, id eſt, cruciatibus, non tantùm beneficiens, ſed mala patiens, ſuo nos cruore, labore, morte æſtimauit, & emit; non quia tanti eramus, ſed vt tanti fieremus. Pluris fit, quod labore conſtat: ſiue





ſiue timor repetendi laboris, pretium ſupremum taxet: ſiue, quoniam, quæ magno parantur, cariora ſiunt. Aliarum mercium pretium vſus definit, & ipſarum valor. Contrà eſt in æſtimatione animarum, quarum valor ab ipſo taxatur pretio: ſtant pro ſanguine, & vita Dei: licèt non valeant infinitum, infiniti taxatione ſunt emptæ; & hac parte infinitè æſtimatæ. Quantò emitur aliquid, tantò æſtimatur. Vt nos pluris Deus æſtimaret, quàm ſumus, infinito nos emit pretio. Aſtutia iſta amoris ſui, ſe ipſum exigentis, ſe prouocantis. Deerant noſtra merita, adiecit inuenta ſua: è ſe poſuit, quod deſuit nobis.

Prolixa nos tenuit oratione iſte Rex affectuum: decebat pro maieſtate ſua, & pro argumento noſtro. Quærimus pacem, tranquillitatem, gaudium, felicitatem animi: en iſthic eſt: *Cap.73.*

*O felix hominum genus,*
*Si veſtros animos amor,*
*Quo cælum regitur, regat!*

In amore, velut curis, quies ſedet. Amor, pater eſt lætitiæ, & ſummæ, puriſſimæque voluptatis cuſtos & arbiter: ipſe gaudium gignit & tutatur; nempe, in vertice rerum locat, quò neutra fortunæ manus continget: nec confert aliquid, nec aufert. Elata in Deum voluntas, nec Auſtrum, nec Eurum patitur, velut ſuper collem Olympi intemerata eſt flatibus, ignota turbinibus, perſpicuo & aperto ſemper cælo functa: omnium

ibi rerum tuta iniuriis, non ſolùm fortunæ; ſed, quod plus eſt, ſui. Nónne à ſe erit ſecurus, qui innocens eſt? Vtique, & ab illo omnes. Nónne à fortuna, cui omnes innocentes ſint, quem hoſtis non lædat, quem dolor non ſummittat, quem voluptas non fugiat, &, quod mireris, non fallat? Iſtæ ſunt amoris dotes ab Agathone ſubtiliter diſceptatæ ad commeſſationem ſuam. Nequit non bonus eſſe, qui iuſtus, fortis, temperatus, prudens eſt, inſuper diuinus.

LIBER



# LIBER QVINTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## PROÆRESIS III.

*De innocentia lætitiæ, quam ſola virtus alit.*

NVnc ad conſequentia amorem, & primum ad lætitiam pergo, legitimum amoris fœtum, cuius conditionem ſequitur pro eiuſdem qualitate, aut tuta, aut periclitatura. In vniuerſum miſcebo quidquid feſtiuum eſt cordi: nunc guſtum, nunc voluptatem, nunc delectationem, nunc lætitiam, nunc gaudium appellabo. Iſta quoque extrema ſolum tempus diſtinguit. Lætitia eſt, quæ bonum recens celebrat; gaudium, quod morans: illa cum aduentoriis excipit; iſtud in contubernio retinet. At ſenſuum oblectamenta geminum nomen non merentur, in tranſitu veniunt, vadunt, nullum manet. Hæc lætitiæ, & gaudij nomina quanto in fauore ſunt, tanto in diſcrimine. Vota *Cap. 1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ibi rerum tuta iniuriis, non ſolùm fortunæ; ſed, quod plus eſt, ſui. Nónne à ſe erit ſecurus, qui innocens eſt? Vtique, & ab illo omnes. Nónne à fortuna, cui omnes innocentes ſunt, quem hoſtis non lædat, quem dolor non ſummittat, quem voluptas non fugiat, &, quod mireris, non fallat? Iſtæ ſunt amoris dotes ab Agathone ſubtiliter diſceptatæ ad commeſſationem ſuam. Nequit non bonus eſſe, qui iuſtus, fortis, temperatus, prudens eſt, inſuper diuinus.





# LIBER QVINTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## PROÆRESIS III.

*De innocentia lætitiæ, quam ſola virtus alit.*

NVnc ad conſequentia amorem, *Cap. 1.* & primum ad lætitiam pergo, legitimum amoris fœtum, cuius conditionem ſequitur pro eiuſdem qualitate, aut tuta, aut periclitatura. In vniuerſum miſcebo quidquid feſtiuum eſt cordi: nunc guſtum, nunc voluptatem, nunc delectationem, nunc lætitiam, nunc gaudium appellabo. Iſta quoque extrema ſolum tempus diſtinguit. Lætitia eſt, quæ bonum recens celebrat; gaudium, quod morans: illa cum aduentoriis excipit; iſtud in contubernio retinet. At ſenſuum oblectamenta geminum nomen non merentur, in tranſitu veniunt, vadunt, nullum manet. Hæc lætitiæ, & gaudij nomina quanto in fauore ſunt, tanto in diſcrimine. Vota



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

noſtra multis peccant modis, vt offendant gau-
dium noſtrum, etiam cùm felicia ſunt, atque in
infinitum ſe producunt. Optamus, aut non tuta,
aut quorum gaudium non ſit tutum: in illis cala-
mitas nos triſtat, in his ipſa felicitas anxios facit
pro ipſa. Adeò votis laboramus, & tamen multi-
plicamus, nunquam ſuſpendimus: in his, quibus
nos offendit aduerſus caſus, duplicamus; in qui-
bus fortuna lædit, replicamus, & optatam felici-
tatem conſequuti, pro ipſa felicitate vouemus.
Nimirum, felicitas ipſa ſibi etiam deſiderat fe-
licitatem; iam notabis, cùm non habeat, quod
optat: imò miſeria eſt, cùm deſit felicitas. Non
eſt felicitas complexus bonorum, ſi abſit iſtud
bonum ſecuritatis contextum omnia. Hinc aliud
erratum mortalium, quòd voueant æqualiter pe-
ricula, & ſecuritatem inæqualiter curent. Ne-
mo non periculis ſe exponit, conſequuturus pe-
riculoſa. Securitas vota ſolùm nobis debet; pe-
ricula etiam diligentium: igitur tuta, ſtabilia, in-
tegra, ſyncera gaudia admittenda ſunt, & his
conſentanea vota, non obſtantia ſibi, aut paria
execrationibus. Plerumque vouemus peiora ma-
ledictis, & in vniuerſum ſecurius votum eſſet, ne
euenirent, quod optamus. Eleganter Albertus
appellauit laqueum triſtitiæ, lætitiam illam, quæ
tempore ruit. Vulgaria enim iſta gaudia volu-
ptatum, & quæ ſæpiùs quæruntur, quæ pro
viribus apperiuntur, in quibus inuidia conſtanter
laborat, adeò infirma ſunt, adeò inſtabilia, vt om-
nibus inſtabiliùs rebus euertat tempus.

Cæterùm,



Cæterùm, iſtam conſtantiam gaudij curan- *Cap. 2.*
dam moneo ſubtiliùs, quam conſtantiam felici-
tatis. Duobus fortuna peccat perfidiis; vna ſta-
tus ſui; altera ſenſus: & quia negat, aut aufert ſua
bona; & quia, cùm ſeruat, inutilia & caduca
ſuus ipſe ſtatus facit. Vtrimque patemus vulneri;
vtrimque petimur, aut cupiditate, aut faſtidio.
Poſſunt aliquando durare, quæ optaſti; poſſunt
perſeuerare, quibus gauiſus es, & ſtante felicita-
te tua perire ſenſus eius; tam certus eſt delecta-
tionis interitus: ipſa peribit delectatio adhuc
manentibus oblectamentis. Solet eſſe felicitas
ſine anima, & quoddam duntaxat lætitiæ cada-
uer. Non eſt neceſſe, quòd pereat voluptas, & læ-
titia popularis rerum, quòd pereant ipſæ res; ſa-
tis eſt, ſi non pereant; ſatis, quòd durent. Ma-
gna neceſſitate ſumus infelices: vtrumque latus
patet, vtroque inuadit nos miſeria. Ita eſt. Gau-
dia iſta continua, & aſſueta fiunt tandem dete-
riora, quàm recentia infortunia. Apicium Faler-
ni deliciæ afflixerunt; pocula nauſeam extorsêre:
inter inſtrumenta voluptatum anxius fuit, vo-
mebat, rumpebatur. Socrates tamen auidus &
lætus ſemel hauſit calicem cicutæ. Itaque ſuſpe-
ctus gaudij titulus diſpici debet, ne ſine delectu
admiſſum nos grauiùs ſauciet ſecuros.

Omnia ſunt præpetia, & niſi, quòd nullis abſit *Cap. 3.*
fel, columbarum inſtar velociſſima. Quædam
intra præcordia illud miſcerant, & pro ſucco
habent plurimarum voluptatum ſanguis, fel eſt:
quædam, dum auolant, diffluunt: quemadmo-
dum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dum nonnullæ ſe dataræ in aëra volucres vi annuis primi fundunt excrementa, vbi tantiſper conſederunt: alia, & iſta benigniùs, non conſidunt, niſi vbi rudera & ſtercus alicuius videntur ructoris, ipſoque aluntur, velut vlulæ ſordibus. Diſtinctius hæc dicam: Nullum rerum humanarum gaudium ſine periculo doloris eſt. Parum dixi. Nullum ſine contagio. Alia dolor gaudia ducit, alia ſequitur, alia comitatur. Ad hæc nonnulla ſunt, vt mœroribus pandant oſtium, non aliter greſſuris in cor noſtrum. Ipſa voluptas ianuaria doloris fit: iſtud ex perfidia eſt, aliud ex ignauia, quòd tam imbecillia ſint nonnulla, vt nos mulcere non valeant, niſi dolor nos aliquis primùm macerauerit: nequeunt ſe ſolis recreare nos, niſi viam ipſis quædam ſtrauerit afflictio. Iſta non ſolùm comitantur, ſed indigent dolore. Erigit preſſus anteà dolendo ſenſus, & ſpem quamlibet amplectitur. Prodeunti è tenebris quælibet lux placet: naufrago quodlibet littus portus, & patria iucundior erit. Sic eſt: ſunt gaudia, quæ non tam iucundis debemus rebus, quàm triſtibus. Fallunt tamen illa nos: nec aliter mirantur, quàm vulgus olim miracula Magorum immittentium dolores corporibus, affectantium variis morbis actus, vt reſtituta ſalus, amota ægrotationis cauſa, quam ipſi fecerant, deberetur ſibi eiidem morbi, & ſanitatis artifices parum merentur pro ſalute, qui animis demererentur pro morbo. Nihil debet languens curationi, ſi

*qua cuſpide vulnus*

*Senſerat,*



*Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.*

Aliæ delectationes ipſo ſunt dolore infectæ, aut conſectæ: acerbo ſenſu animantur. Voluptas cibi non eſt, vbi fames abeſt: ſal, & condimentum voluptatum, aliqua moleſtia eſt. Quin & inæquali lege cum dolore diuiduntur, qui ſæpè vehementior, ſemper prouectior eſt, & ante voluptatem natus, & non ante ipſam extinctus. Eſuries & præparat voluptatem cibi, & ſeruat: moleſta ſunt epula impletis.

Verùm poſt illam doloris corruptionem, poſt *Cap. 4.* inconſtantiam lætitiæ, peccant illa gaudia mole ſua, peccant paruitate, peccant & magnitudine. Exigua ſunt, non implent nos; ſi aliquando inſoleſcunt, id, quia ſit præter naturam propriam, (nata ſunt exigua,) impotẽtia ſui pereunt cum gaudentibus ipſis: quare, moderanda in primis ſunt, deinde tollenda: nam, ſi parua lentè contriſtant, ſi maxima impigrè nocent, quandoque necant. Sophoclem, & Dionyſium magna extinxit lætitia. Subiit Siculum tyrannum ſubita mors per ipſa felicitatis non modò vota, quibus multi perierunt, ſed gaudia.

Atqui, vt inter tot ſpuria legitimam venere- *Cap. 5.* mur & naturale gaudium, inquirendæ ſunt progenies voluptatum. Quaſdam nutrit ſenſus, alias adinuenit opinio, alias gignit mens, alias præterea conſuetudo facit, alias affectio auget, alias fideles iuuat, alias electio & iudicium auſpicatur. Quæ ad ſenſum ſpectant, hebetes ſunt, & minimi temporis, & maximi oneris, & medio-

 cris

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ctis viſus. Guſtus, qui inter alios ſenſus, quoniam non ſit minimæ voluptatis, nomen retinuit feſtiuum, & delectationis, etiam cùm vorat, tantùm libat voluptatem, in tranſitu ſolùm eſt, cuius tamen manent reliquiæ grauiſſimæ, grauedo capitis, indigeſtio, interregnum mentis, cuius interim dominationis viſus ceſſat, ſæpè ius. Deinde morbi, dolores, tandem immatura mors, de qua neſcio plus vtra mereatur, iugula, an gula? Fortaſſe gladius in hoſtili manu non occidit plures, quàm calix in propria: niſi quòd iſtius facinus lentum ſit, clandeſtinum ipſis, in quos ſæuit, ignaris; eo iniquius, quòd non impetu, ſed inſidiis inuideat. Ad hæc, ipſa, quæ in curſu eſt, voluptas, niſi cum modo ſit, ſtatim fatigatur: nimirum currit, & niſi interpelletur, vt reſpiret, marcet languida; ſi continua eſt, nulla eſt. Purior conſpectus delectatio frequentia corrumpitur: quod primo aſpectu miraris, in ſecundo tantùm gaudebis, in tertio tantùm non faſtidies, fortaſſe deinceps non ſine moleſtia aſpicies. Gratiam & dotem ſuam nouitas ſeruat.

*Cap. 6.* Ad iniuriam harum voluptatum eſt reparatio ſua, nouarumque inuentio. Auſa eſt cupiditas naturalem voluptatem, ſed communem etiam brutis, nouis artificiis irritare: languidam, & exiguam cenſuit; fouere voluit ingenio. Habeo iam ſuffragium noſtræ ipſius cupiditatis. Nulla eſt naturæ delectatio, quam iam non corruperit ars: etiam ventri ſua diſciplina dicatur. Iam tam delicati ſumus, vt pudeat ſine ingenio

indulgere



indulgere genio: vt pudeat, ſine arte, ſine labore gaudere. Auidi & arrepti ferimur, & inconſulti præuertimus ipſas voluptates, quas ſaluas, & accuratiores cupimus. Cibus pingitur, quid cum colore faciet palatus? Vt omnibus ſatisfaciamus ſenſibus, ſingulorum delectamenta corrumpimus, omnium confundimus: addimus laborem, nec magis propterea recreamur. In venuſtis materiam inuidemus, pluſquàm formam; in aromatibus raritatem, aliquando periculum æſtimamus, quàm ſuauitatem; in ferculis ſumptum, quàm ſaporem; in muſicis artificium & materiam inſtrumentorum, quàm ſonum; in veſtibus aſpectum, & elegantiam, quàm protectionem. Quid, quæſo, magis præſtabit aſpectus frigori, quàm nuditas? Barbari Guaycuri prudentiores ſunt, rident nos: cùm incedant exuti, pingunt in ipſis nudatis membris indumenta, femoralia delineant, thoracem, caligas. Sanè nemo magis protegetur elegantia veſtimenti, quàm nuditate. Adeò vitiamimus voluptates, nullus ſenſus in ſolidum ſuam capiet: ſingulis propriam minuimus, dum omnibus prouidemus. Tactus ſæpè affligitur thorace, & calceo anguſto, vt adulcetur etiam oculis: ipſas voluptates naturales damnauimus magnis pœnis, vt iam non liceat gaudere ſine pretio: ſine lancibus argenteis non licet cibus: ſine ſpondis aureis non licet quies. Quod gratis natura dedit ſumptuoſum facimus. Ipſe ſomnus carè emitur; & quies, quam laſſitudo ſola dulcem facit, ſubornatur impenſis. Ita

*Vſum*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Vſum naturæ vitium feciſtis auari.*

inquit diuinus Orentius. Intemperantiam, hebetiſſimam voluptatum, communem brutis nobilitare voluimus ingenio & pretio, vitium arte releuantes, ſumptu æſtimantes, vt à communi beſtiarum ignominia excerperemur, quam maximè contrahimus noſtris induſtriis & impenſis ex adulteratione naturæ. Ligna, quæ tradis igni, ſumne ſunt erit, ſi pingas, ſi inaures? conſumenda ſunt: ſtultius hic ſumptus eſſet. Cur cætera, quæ etiam conſumis, vis corrumpere ſumptibus, cibos, veſtitum, & alia inſtrumenta libidinum? Contra frigus protegit veſtis, non hic, vel ille color, aut forma: contra famem cibus, non hic, vel ille ſapor. Poſſumus frui, & mirari fulgorem ſyderum, & ipſius Solis, & tamen exigui lapilli, & gemmæ dubio nitore alimus inuidiam. Niſi inuectum ad formam noſtram non placent: non delectat ſplendor, niſi carè conſtet.

*Cap.* 7. Porrò non contenta cupiditas emendatione iſta corrigenda veterum voluptatum, excogitauit præter naturam nouas, vaniſſima peſſimorum conſpiratione, vt numero compenſaret magnitudinem. Deſpondit animum, quòd magnas poſſet facere, multas fecit, noua adiecit inſtrumenta, honores, glorias, diuitias, dignitates, potentiam, nobilitatem: iſta ſunt inuenta opinionis, factitia oblectamenta. Quaſi perinde ſuiſſet humanæ poteſtatis, res mutare, ac nomina. Aberrantes felicitate nihil non erramus. Rati voluptatum culpam non explere nos, (tam inepti ſumus)



ſumus) recta corrigere voluimus errore noſtro: excogitauimus multiplicare, vt vel occurrentem aliquam maiori ſatiemur, ſin minus multitudine. Nihil aliud hoc inuentum fecit, quàm extendere miſeriæ iura. Adiecit appetitui auaritiam, ambitionem, maxima cupiditatis onera. Eò proceſſit noſtra amentia, vt illa, quæ natura ſua nihil iucundum, plurimùm moleſtiæ habent, non tantùm inter maximas voluptates poſuerit, ſed inter vitæ cauſas. Quid naturalis voluptatis habet gliſcens nummis ſacculus, te marcido & pereunte fame, ne violes illum? Quid naturalis voluptatis eſt exui alterius verticem? anne phreneſim tuam mitigabit? Quid naturalis voluptatis præſtat flexum genu plebis? podagrámne tuam medicabitur?

Cæterùm, quemadmodum artificialia æmula naturæ imitantur illam, non æquantur: ita iſta, quæ facimus, oblectamenta degenerant naturalibus, etiam dum placent. In hoc error monſtratur: cùm maiora, & ſine modo fuerint excogitata, minùs ſatiant. At paterno mater natura conſilio voluptates ſuas compoſuit, & modo temperauit idoneo, vt ſine magna impenſa appetitum expleant, cùm mediocres ſint; imò neceſſe eſt, mediocres eſſe, ne offendant: lineam præſcripſit illis, & niſi ingenium noſtrum violaſſet, innocenter, & prouidè procuratum eſt. Cibi voluptatem prudenter diſpenſauit, vt præmium aliquod eſſet operis neceſſarij tuendæ vitæ corporis. Illam moderata eſt, ne ſic nos poſſideret, vt detineret; *Cap.* 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

neret; ſed ſupereſſemus vitæ & ſaluti animi, excellentioribus nos reſeruans voluptatibus. Iſta nos tantùm prouocare, non occupare voluit, ne cùm triſtitia ſuccurreremus vitæ; nec tam ingrata fuit, vt ipſam puniret vitam lætitia tam triſti. Illud ingenioſè diſpoſuit, vt mediocritate ſua expleret nos, alioqui infinitæ auiditatis. Totam iſtam naturæ artem non valuit imitari opinio: neſciuit iſtam fingere ſatietatem ſuorum inuentorum magnitudine, &, vt ſic dixerim, infinitate. Nullus tam vorax eſt, quem non tandem vincet copia cibi; nullus tamen auarus, quem vincet copia auri: deſiderata eſt iſta vox ab ore auari, Satis: ſcit fames modum, non auaritia. Tam abſque arte ſunt iſta delectamenta, quæ adiecit opinio in ſupplementum naturæ, vt ad auiditatem maiorem ſint, nullam ſatietatem. Quæ fecit natura, ipſa præſcripſit; quæ opinio falſa, non habent, vbi conſiſtant. Errandi nullus eſt ſcopus: quocumque, in immenſum eunt. Ingenium noſtrum extimulat vitia. Ratione contra rationem ipſam vtimur. Mens æterna æternis, & immenſis nata, hæc collimat: quidquid ipſa iuuat, magnum aliquid & immenſum affectat: etiam cùm deflectitur, reſpectat aliquid ſine fine: metam ſuæ cupiditatis infinitum quid ſuſpicata, iſtud, cùm errat, etiam quærit; ita quidquid ipſa confingit, non eſt limitatum. Xerxes, cùm ſibi maximis præmiis blandita fortuna fuiſſet, non contentus omnibus, nouam voluptatem optauit, propoſuitque inuentori præmium: at, neque reperta, limes cupiditatis



piditatis fuit, quæ ipſis noſtris nos damnauit votis, ideo cecidit propoſito. Maximè ſunt timenda gaudia, quæ fecimus: vitio noſtro placent, non natura ſua: etiam morbus grauidis commendat gypſum, ſeuum, picem, carbones, præ melle iucundius.

Itaque video poſt omnem cupiditatis diligen- *Cap. 9.*
tiam integras, & cum iure ſuo miſerias, quas non mitigauimus, ſed irritauimus. Penſemus, quid profecimus vana iſta prouidentia. Anne excedet aceruus voluptatum triſtitiis? Credo, non æquatur: illuc ſolùm poſſe pertingere fortunam, ſi diuiſum diem cum miſeria habeat: ſi manè exultamus, ſub occaſum mœrebimus. Philoſophica feſta Gibor fuerunt apud Barbaros. Hi indi ſacri homini erant: manè omni celebrabantur ſplendore veſtium, tapetiorum, omni iucunditate, muſica tibiarum, odarum: deinceps veſpere omni argumento triſtitiæ, vlulatu, planctu, mœrore, anxietate. Scilicet, tota felicitas eſt diuiſa miſeria: nunquam iſta partem ſuam amittit. Felicitas non eſt ita tenax. Adiice, iſtas triſtitias diduci ex ipſis voluptatibus. Adiice veras triſtitias ex falſis voluptatibus. Depletos nos relinquunt, non aliter, quàm qui per ſomnia comedunt: non imago cibi, ſed cibus ſatiat. Veriſſimè Samij, Platoniſque diſcipuli dormire dicunt & delirare ſemper iſtos delicioſos, omneſque animi impetus effrænes inſomnia eſſe, aut ægrotantium vertigines. Neque inconſulta Medicorum natione iſtud putes ad exaggerationem dictum:

dictum: Hippocratem inuenio, medicæ Potrem artis, qui in epiſtola ad Populum Abderitarum dixit: [illegible] ... [illegible] ... ἀγγέλεται.

*Miſerabilis ... eſt humana vita ... [illegible]*

Igitur, vt non optemus, nec corrumpamus illa oblectamenta naturæ, vaſtæ opinionis oderimus, (generoſi animi erit gratis ſeruire naturæ, fortiter dominari opinioni,) ſunt aliæ puriores voluptates, defæcata gaudia, innoxiæ lætitiæ, quas licet impunè cupere, quæ nunquam ſua puniunt vota. Habet has virtus voluptates innocentes, & clementis indolis, nec tempore relabuntur, nec vſu conſtringuntur, nec magnitudine peccant, nec carent. Maiores omni voluptate, quæ libidinibus adulatur, quæ mulcet ſenſum, mens nutrit. Vix fidem facient tanti oblectamenti, iſti benemeriti de ſenſibus, quorum craſſas dumtaxat norunt illecebras. Ridebunt, cùm audiant mentis voluptates, magnitudine ſua vincere corporeas. Quomodo maior eſt virtutis delectatio, cùm non ſentiatur: Sanè pro qualitate ſentientis ſenſus eſt. Nonnulli minùs vident, cùm maiori luce magnus aliquos calor non mouet, alios minor laſſat: ægrotos mel ipſum,

*Cap. 10.*



ipſum, & quidquid ſuaue eſt, exacerbat: nullum ab iis ſuffragium admittimus; ineptum eſt interrogare de ſomniis ſtertentes, de naufragiis ſummerſos; vigiliam, & portum expectandum eſt. Sani palati de ſaporibus, oculi de coloribus fidem dumtaxat merentur. Elapſa felicitate ſuæ libidinis, rogemus, cùm, velut poſt potionem medicam hauſtam, fecibus vexatur palatum amariſſimis, cùm laborant faſtidio illarum, aut pœnitentia, cùm non inſani ſunt. Non negabis ſanioris iudicij eſſe, dum pœnitent, quàm dum pœnitenda faciunt.

Interim rationis ſuffragium admitto. Senſus nequit arbiter eſſe, nequit experientia. Ita iudicio dirimenda eſt lis inexpertis, alioqui non ita agendum. Probaturis mel dulce, fel amarum, non diſputatione eſt opus, guſtari ſufficiunt. Ipſius propterea gaudij, & voluptatis naturam in arbitrium adigo: gaudium eſt quidam cognoſcentis appetitus, vel cupiditatis non lentus, ſed placidus & dulcis motus, libentiùs dixiſſem, quies, & meta: poſtquam eò accedis, quò, aut voluit, aut vellet, & præſentat ſe ibi, quò ſi abeſſet, pergeret. Quatuor hinc voluptatis præcipio cauſas; motum appetitus; vnionem, ſiue præſentiam boni; eiuſdem cognitionem; ipſum denique bonum. Ad iſtam componamus amuſſim gaudia mentis, & corporis: illæ voluptates maiores erunt, quarum & cauſæ. In primis virtutis motus vehementior, & acrior eſt: ergo & voluptas: amoris impetus eſt efficaciſſimus. Si *Cap. 11.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cauſetis naturæ amorem, oppono amorem gratiæ omnium vehementiſſimum. Dices, in Deo dumtaxat? Dico, in quolibet propter Deum, erga corpus adhuc cum iniuriam animæ, cuius amor maior eſt à gratia, quam à natura. Ille maior amor, quem minor præmij ſpes nutrit. Gratis amor amat, maximum ſui pretium eſt. Deliciati iſti, quos crapula occupat, quos demulcet palatus, iniquè & languidè diligunt corpus ipſum, quod impinguant: id delectationis cauſa agunt, non propter ipſum: itaque non diligunt illud, ſed voluptatem. Alumnus tamen virtutis, ſine iſto præmio, non propter oblectamentum, corpus curat felicius, gratis, adhuc laborans, paterni amoris ritu liberos alentis ſine mercede, & cum ſudore. Adiice, vehementiorem eſſe impetum virtutis in ipſum, quàm voluptatis ſenſuum in ſe, quam vitæ voluptuoſi diligunt, non corpus: namque plùs diligunt vitam, quàm voluptatem: at iuſti & probi plùs diligunt virtutem, & Deum, quàm vitam. Itaque minor eſt impetus ſenſus in ſuam delectationem, quàm mentis in virtutem.

Cap. 12. Ex impetu acceſſionem collige, ex amore amplexus. Nullus nexus amore arctior: non tantùm iungit, ſed vnit; non tantùm in conſpectu ponit, ſed intra pectus condit amatum, & raro artificio abſentes præſentat.

*Quod digiti nequeunt, alligat illud amor.*
*Longius inde abſens, ibi ſed pertingo, quod opto:*
*Quò pede non venio, pectore tamen eo.*

Non



*Non licet obſtet Arar, Rhodanuſque, natamus amne:*
*Non vetat ire animum, qui vetat ire gradum.*

Latiſſima lætitia virtutis panditur per omne tempus, & locum: haud conſtringitur præſentibus dumtaxat, tenet præterita, in futura porrigitur, abſentia conuocat; memoria, ſpe, votis, mille modis oſculatur oblectamenta ſua, & dulci ligat amplexu. Adiice naturam obiectorum: virtus accommodatiſſimum vnioni habet; ſenſus nimis incommodum: illa ſubtiliſſimum, ſimpliciſſimũ, vbique exiſtens, quibuſcumque ſubiens; hic craſſum & torpens, cuius vnio peccat ſuo nomine, non eſt, niſi proximitas. Contingunt ad ſummum ſenſus, non penetrant. Maiorem ignominiam Auicenna obiecit, per accidentia, non per ſe aſſiſtere. Vnguentum per fumum, & odorem ſubit; cibus per ſaporem; venuſta per colorem; delicata per corticem; oſculis ſuperficiem dumtaxat committunt; inde pro merito vindicarunt titulum ſuperficialium. Amori tamen & ſubſtantia, & nucleus rei amatæ commendatur: ille vbique ſe inſinuat, & quodcumque admittit, non tantùm vt adſit, ſed vt inſit.

Ad iniuriam etiam voluptatis eſt, ſenſibilia non ſimul, ſed lentè, fruſtatimque ſubire, per partes ſibi ſuccedentes. Diuiſa voluptas minor eſt: ſubeunti voluptate ſuccedentium partium, effugit oblectamentum priorum, non acceſſit poſtrematum. Ad hæc, ſucceſſione iſta hoc ipſo, Cap. 13.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quòd venit, abit: vnà ſubit, & exit. At, quod virtutem delectat, partibus caret, indiuiduum eſt: totam ſimul cunctis voluptatum viribus vna ſubit vehementiſſimè. Deus indiuiſibilis eſt, integer ſine membris, totus ſine partibus, æternus ſine tempore, liquidus ſine fluxu, cuius ideò voluptas non collabitur.

*Æterna æterni flumina fontis erunt,*

dixit Proſper.

*Cap.14.* Iam ſuperuacuum opinor cognitionem mentis, atque ſenſus conferre, quæ plurimum voluptatem iuuat. Niſi percipias, nullum oblectamentum capies; & percipis, dum noſcis, quod oblectat: quare pro cognitione oblectatio refunditur, pro maiori maior. Illa manus eſt voluptatis; quò fortiori dextra plus ſtringes, quò maiori plus capies. Ipſas ſenſibilium voluptates minùs guſtant, quibus tardiores, languidioreſque ſunt ſenſus. Stupidi nullo delinimento mulcentur. Nunc compone ſenſum, & mentem: ille tam hebes, vt ſolùm attrectet facies rerum, ſolùm accidentia captat: mens acerrima eſt, penetrat interna, ipſam guſtat ſubſtantiam. Ad hæc, metire magnitudinem oblectantis boni: norma voluptatis eſt, quod delectat. Num quod immenſum eſt, exiguam oblectationem formabit? Vnum id eſt, quod reſtinguit noſtram cupiditatem. Finis ipſe duntaxat finet vota noſtra ſemper ſitienti, nunquam tædio eſt. Faſtidium enim iniuria dignitatis finis vltimi eſſet: locum enim alienæ cupiditati præberet, iam non



non vltimus. Nemo ſine voto aliquo, & non eius, quod faſtidit, patitur faſtidium.

Adijce maximum aliud diſcrimen: corporis voluptas merces eſt operationis. Non ita in animo, cuius ipſa operatio oblectat. Nobile eſt virtutis opus, dignum humana dignitate, in ſe delectabile, ſine alio à ſe præmio exequendum. Non tanti ſunt actiones corporeæ, nec dignæ viſæ liberali labore. Inde illæ ſine faſtidio, & fatigatione durant: oblectamenta ſunt ipſæ, nec quamdiu ſunt, deficit, quod ſunt, ſemper placent: iſtæ verò, quia per ſe delectabiles non ſint, non ſunt placidæ, niſi quatenus ſeruiunt ad officia vitæ, captantes pro mercede operæ voluptatem: cùm prudens, parcáque natura illud duntaxat remuneret, quod neceſſum habet: ſi excedant, inæqualem mercedem recipiunt; tandem nullam. Ita ſine præmio laſſæ deficiunt. *Cap.15.*

Ad omnium tandem corporalium improperium voluptatum, honorem aliquarum conferamus, vt ſupputata proportio commendet inexpertis ex ipſo periculo ſenſibilium voluptatem rationis. Nobilioris, præcipuique generis ſunt oblectamenta oculorum, auditúſque, inter alios ſenſus: maiora ſunt, ſimpliciora, conſtantiora, non tam citò nos fatigant. Quemadmodum hebetiorum delectatio ſenſuum maximè guſtus, cuius voluptatem, tam miſera eſt, diu ferre non poſſumus: tum illæ voluptates puriores ſunt, liberaliores ſine pretio doloris: non præcedit eſuries, quò delecteris ſuauiſſima harmonia: iſtam *Cap.16.*

nobilitatem rationi debent, ex cuius ſolo rudi veſtigio in tantum ſe attollunt. Sunt in pulchris & muſicis lineamenta rationis, cuius dos & gloria eſt ordinare omnia: conſtant illa ordine & proportione: ob iſtam mentis vmbram plus delectant gratiamque; ſapiunt originem ſuam. Voluptates, quas animus immortalis nutrit, immortales ſunt: quas mortale corpus admittit, mortales. Adhuc ex iis, quæ nonnihil contrahunt, ab animo minus ſunt mortales; quæ omnia à corpore mutuant, mortaliſſimæ. Adeò meretur ratio de voluptate. Addam & ipſam hebetiſſimi guſtus delectationem à ratione eſſe. Modus continet voluptatem, exceſſu deficit, pergit in faſtidium: modus autem à ratione venit: ipſa ſolum præſcribit: igitur rationis beneficium eſt, quidquid delectat. Quamdiu itaque ipſa delectabit: à qua cùm recedimus omnem guſtum, etiam irrationalium, amittimus, ipſis intemperantiores. Apud Hippocratem in epiſtola Damageto Democritus ad pudorem noſtrum ait: Ἐν δὲ τοῖσι θυμοῖσι, τὰ θηρίων ζώων ἀλόγως [illegible] [illegible], [illegible] ἐν αὐταρκείῃ μένοντα ἐς θήρας. Τίς γὰρ λέων ἐς γῆν κατώρυξε χρυσόν; Τίς ταῦρος πλεονεξίην ἐκερδάνατο; Τίς πάρδαλις ἀπληστίην ἐκορέσθη; Διψῇ μὲν ἄγριος σῦς, ὅσον ὕδατος ὀρέχθῇ. Λύκος δὲ δαρδάψας τὸ προστυχὸν τῆς ἀναγκαίης τροφῆς, ἀναπαύονται. Ἡμέρησι δὲ καὶ νυξὶ ξυνεχέσιν [illegible], [illegible] ἄνθρωπος καὶ χρόνων μὲν ἐνιαυσίων τάξιν ἔχουσι, ἄλογα τέρμα [illegible], [illegible].

Quid ad [illegible] animi [illegible] differunt, niſi quod ſit in eo, quod ſatis eſt, ſe continent. [illegible] in corpore [illegible] ... Lupus verò [illegible], quod ſibi ſufficit, neceſſario alimento, quieſcit. At [illegible] diebus & noctibus [illegible] tempore [illegible] bruta quidem animantia [illegible] certum ſtatum adſciſcunt [illegible] libidinis [illegible] continenter agitamur.

Natura



Natura animalia docta ſuo ſe continent modo, & iucunditate: noſter exceſſus minuit voluptates, quas minimè obtinent, qui maximè quærunt. Ructantes, ſudantes, nauſeantes, refertos velut ſues, affligit ipſa voluptas.

Nunc poſt voluptates ipſas, conferamus ſuas appendices: ſi quem non perſuaſit ratio, ſpes vtilitatis ſubornet. Promitto vobis, ô mancipia ventris, ô mancipes pudoris, quòd pluris ventre & libidine cariſſima facitis vitam ipſam, ſi non creditis, voluptatem mentis præſtare veſtris: volo periclitemini ſine periculo, ſi maior fuerit voluptas, non perdetis voluptates; ſi minor, aliud habebitis carius apud vos voluptate veſtra. Sequuntur veſtras delicias triſtitiæ, ſequuntur curæ, ſequuntur clandeſtina fata, quæ, cùm palàm omnes inuadant, vobis inſidioſa ſunt. Omitto, quoties opinio oblectamentis ſuis factitiis prouocauit parcas, euocauit furias, odiis, inuidiis, furoribus, &, quæ confectaria ſunt, inſidiis, rixis, bellis, & denique, vt Proſper ait: Cap. 17.

*Ex opibus breuis ac peritura voluptas*
*Edita perpetua ſemina mortis habet.*

Relinquo iſtas cum ſua infamia: naturales vobis exprobro, quas corrumpitis. Per ipſam vitę reparationem ædificatis mortem: quæ putatis alimenta vitæ, cùm ſine modo abutimini, fundamenta ruinæ veſtræ iacitis: mediocres iſtas voluptates natura dedicauit vitæ, vos temeratis fas ſanctiſſimum, & dum immenſas facitis, exitio veſtro prophanatis. Miſeremini, ſi non animi,

veſtri corporis, cuius mortalitatem, dum cibo medicari vultis, mortaliorem redditis. Innocentiſſimæ ſunt virtutis deliciæ, etiam ipſi corpori; &, quod non putatis modò, ipſam vitam per abſtinentiam redimunt. Longæuitatem Pythagoræ, Cleanthis, Democriti, Hilarionis, Romualdi, Pauli ſenis, beneficium mentis fuit: ſociauit cum vita, iucunditatem longam dedit, reddidit ſuauem; imò, quia ſuauem, longam contexta lucro voluptate. Sine voto illis dedit, quod vos, dum plus vouetis, plus vobis ipſis negatis. Compreſſit noxia oblectamenta, profudit ſalutaria.

*Cap. 18.* Bene compoſita eſt lætitia cum natura, cui pro pharmaco eſt. Dilatatur gaudentis cor, ſpatiatur feſtiuus ſanguis, & lætabundi ſpiritus diſcurrunt, & exultant, vt excipiant, & celebrent aduentans bonum: ipſe animus in honorem feſti purpura induitur, rubore fuſo per ora. Pluribus lethalium morborum remedium lætitia fuit. Scio etiam nunc quoſdam Barbaros ſæuienti peſtilentia tripudiis, choreis, riſu aduerſùs contagia vſos. Mœror tamen feralis eſt, valetudini noxius: coacti ſpiritus in repugnantiam mali, ſibi ipſis compulſione nocent. Iſte affectus purus, feſtiuus, ſyncerus, immortalis, vehementiſſimus à mente perfuſus duo præſtitit mactis illis corporibus officia, recreauit per ſe, & obſtitit malignis aliis voluptatibus. Ita velut balſamum cadauera, corpora viuentia ſeruauit viuida, & florentia, & ſubſidio proprio, & impedito damno alieno: aliunde, in-

quam.



quam. Si quæras, vnde: à voluptatibus puta.

*Cap. 19.* Adiiciam, non tantùm inſidioſa mala (voluptates cæteras dico,) mentis voluptas domat, ſed aperta: ipſos dolores & tormenta occupat feſtiuitate ſua. Nouit læſo corpore furtiua carpere gaudia: nouit inter inſtrumenta cruciandi, lætitiam ſibi immunem exquirere: nouit gloriam: Mutij ſuſtentauit dextram ignibus reſoluentis; Anaxarchi pilam molliuit. Atque, vt in altum mittamus aciem mentis extra Philoſophiæ ſepta, etiam futuræ vitæ cruciatus, mentis voluptas declinat; vtroſque cæteræ conciliant, hoc ſolo elogio maximè traducendæ. Diuinus vir Odon ſcribit: Demus, ſi placet, ad fruendum deliciis centum annos; &, ſi mauis, decies tantùm: ſed, quæ erit ex iis compenſatio ad æternitatem? Sed, qui in eis paſſibiliter inhærent, delirare non credunt: attamen ignorare non poſſunt, quia deliciæ quidem, velut vmbra, pertranſeunt, & velociter fugiunt; pœnæ verò perpetuò manent. Quid, ſi æquale tempus, & idem ſpatium eſſet pœnæ; eſſet aliquis ita ſtultus, & ita demens, vt eligeret pro vno die deliciarum, vnum diem pœnarum, cum ſoleat dolor vnius horæ, & quilibet corporis cruciatus in obliuionem mittere omne præteritum temporis voluptate tranſactum?

* * *



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## PROÆRESIS IV.

### *De ſpe humanis rebus incommoda.*

Cap. 20. NOn minùs abutimur expectatione, quàm lætitia. Duplicem vitæ aſſeſſorem, & tanquam paredrum, ad educationem, & prouidentiam ſui, animus obtinuit, timorem, & ſpem: ille prudentior eſt, ac circumſpectus; iſta inconſulta, vt plurimùm, aut ſtulta, & quod deterius eſt, id aduerſus nos conuertit, quod beneuolum habet. Fideliſſima eſt, (licèt non veridica,) & contumax comes, vltima, quæ nos relinquit: monet, alloquitur ſemper, (in argumentum ſtultitiæ loquacitatem obſerua,) pollicetur, & ad omnia extimulat: ſed quia parum callida, & fallitur, & fallit. Ita ipſa beneuolentia ſpei nocentiſſima eſt, importuno errore. Timor minùs aſſiſtit, negligentiùs prouidet, licèt ſalutariùs aliquando res noſtras curet, ſolertior plerumque, magiſque veridicus. Taciturnus tamen eſt, quippe prudentior, quamuis iſto ſilentio peccet: non ex prudentia, ex inertia, aut infidelitate eſt. Certiora ſunt, quæ ſolet monere, & neceſſaria: iſta ſilere non eſt beneuolentis. Plura mala ſunt, quàm bona: diminutè adhuc Pindarus putauit vni bono duo mala adiuncta. Vnã cibi voluptatem præcedit fames, ſequitur grauedo. Sepiunt mala bonum: ſed, ſi alia erratitia mala penſemus, nulli cohærentia bono, numero ſuperant innumero.



mero. Quid, quæſo, magis in frequentia omnium, magis in vſu, quam pati, quam labores, infortunia, caſus aduerſi, morbi, iniuſtitiæ, inuidiæ, mala denique, ſiue quæ putes, ſiue quæ ſint? Quid, quæſo, magis extra vſum, & rarum, quàm felicitas, bona, inquam? Nos contrà, quid aliud frequentiùs agimus, quam ſperare illa? Fortaſſe æque ac reſpiramus. Quid rarius, quàm cauere, timereque illa? Excedunt mala bonis: & tamen excedunt ſpes timoribus. Magna inæqualitate rebus componimur: iniuſtè cum affectibus committimus; rara bona cum frequentiſſima ſpe; frequentia mala cum rariſſimo timore. Iſthinc error ſpei, iſthinc timoris verius vaticinium. Philippus Abbas inquit:

*Gaudia, vel luctus, ſpes, vel timor, augur vterque*
*Suggerit.*

Non ſufficiunt bona ſpei noſtræ: ſuperfluunt mala timori, non omnia potenti conſumere: illa diuinatione ſua decipitur, atque cùm futuri ſit, ſuo ſemper manens in errore, perſeuerat ad ſupplicium noſtrum: nunquam diſcit experientia, videt lenta & ignaua bona: & hoc ipſum ad ſe ſpectare putat.

Accedit malorũ numero, numerus nolentium Cap. 21. illa: accedit raritati bonorum, frequentia quærentium. Quotuſquiſque bona recuſat? quis non ſolicitat? Quotuſquiſque mala quærit? quis non reſiſtit? Quemadmodum merces duplici cauſa augent pretium, raritate ſua, & frequentia ementium: ita bona augent difficultatem ſuam, & quia

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quia rara ipſa ſunt, & quia ipſorum appetitores multi: etiamſi aliquando veniant, incurſus auaritiæ obſtat, eripiet alius. In ſpem imperij erexerat Diocletianus animum prædictione à Druide accepta, poſtquam aprum occidiſſet: occidit plures manu ſua venaturus fortunam, vt brutum in ſyluis: præoccupatum tamen ſemper videns expectationis ſuæ votum; iam Aurelianus percepit; iam Probus præcurrit; iam Tacitus prehendit; iam præripuit Carus: Ego, inquit, ſemper apros occido: ſed alter ſemper vtitur pulpamento. Tot incurſus paſſa eſt certa ſpes excruciata felicitatibus alienis. Mala vbique vagantur, pellimur vndique, etiam nolentibus ſe inſinuant: nemo quærit illa, quærunt illa omnes, gratis dantur. Adijce mala eſſe *μακρόβια*, vix deſinunt: cùm longæuior acerba fortuna ſit: optima, diaria & breuiſſima; neceſſe eſt ſuperari malis bona. Breue felicitatis ſpatium capiet pauciora.

*Cap.22.* Cautius itaque eſſet laxare timores, conſtringere ſpes, etiam citra bona ob cupientium certamen. Iſta tamen amentia noſtra eſt, vt quò plura circumtulerit fortuna mala, non deſiſtimus ſperare bona æqualia. Ad quamlibet affulgentiam boni ridet feſtiua cupiditas; in obuium quodque impetit: velut quos vnda naufragantes deuoluit, vt primùm aliquid contigerint, firmiſſimè prehendunt. Statim ſibi placet, blanditur nobis: miſeris enim, vt facillimum eſt optare meliora, ita & credere: parum diſtat à voto ad præ-



præſumptionem. Partim iſta leuitas ſpei ad ſubſidium noſtrum eſt: alleuat tot pondera fortunæ, quibus grauamur: nec certior imbecillibus voluptas eſt, quam ſperando; imò nulla prolixior. In ſe breue, & conciſum omne gaudium humanum eſt: in ſpe durat, lentè, aut nunquam aduentans. Falſis promiſſis exſiccantur lacrymæ. Hac quidem parte tolerabilis eſſet ſpes, licet decepta, niſi vitio noſtro præcipitaremus cupiditatem. Sine ſuſpicione credimus, quidquid illa promiſit: impellimur perſequi, donec deſtituti votis, reſtituimus mœrori noſtro. Agnoſcamus iſtud fallax ingenium expectationis, quod niſi aliquo conficiamus timore, indigeſtum, perniciosiſſimumque timeamus.

Itaque Vates incerta ſpes eſt, temerè, aut ſtultè credentando fallens, nunquam ſimplici proſpectus obtutu. Ophthalmia laborat: ſiue per illa ocularia cernit, quæ longinqua manifeſtant, & proximis maiora reddunt: diſſita proſpicit, & magnificat. *Cap.23.*

*Quidquid quæritur, optimum videtur.*

Non eſt iſta natiua dos ſani oculi à longinquo deficientis. Deinde magnam partem promiſſis non ſine exaggeratione loquitur cupiditas expectantis. Velut guloſa puella acerba præcipit poma, præcipitat ſpes gaudia, & immaturis fructa voluptatibus acerbitudine mox laborat: ipſa eſt colludium fortunæ, & ipſius eſt fortuna. Spes fortunam ſequitur, & quærit: fortuna ſpem fugit, & illi ſe occultat: ipſa adulatrix vitæ omnem adula-

adulationem mendacium aliquod ſuſtentat: ipſa præs ſine obligatione, promiſſum pupilli, adſtipulatio ſine vadimonio, pollicitatio ſuſpecta. Nullum fideiuſſorem habere vanæ noſtræ ſpes poſſunt, niſi periuriis infamatam ſortem. Aliena ſpes diſpenſat bona. Prudenter Barbarum adagium ait: Qui vehitur curru ſpei, ſociam habet paupertatem. Ipſa ſpes inimica experimenti. Nemo tam hebes, quem non fecerit prouectum experientia, diligentiſſima magiſtra: ſolum in ſpem rudis eſt: credimus veram, quam experimur mendacem. Minus itaque falſus erit cautus ſperante: fortaſſe felicior. Expectata mala languent: improuiſa bona magis mulcent. Contemptu expectantium ſe, ſuos mala deſtituunt ſpiritus: bona æſtimatione cupientium, veluti ſeuerius ſe componunt, minus feſtiua, minus affabilia ſunt. Ad hæc, expectata, dum fruſtrà exierint, ſi mala ſint, delectant; ſi bona, contriſtant. Demus iſta votis tandem adæquari: interim pendula ſuſpenſio in ancipiti euentu torquet.

*Spes anxia mentem*
*Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.*

Cap. 24. Diffamauimus hactenus ſpem, reſtituamus aliquam huic nomini gloriam. Non omnem calumniamur expectationem; ſed vaniſſimorum & vulgarium. Satis tot iniuriæ monſtrant, ſpem non humanis rebus natam, non ad ſeruitutem fortunæ. Æternis dedicatur hic affectus, Deo ſacer eſt. Omne ingenium ſpei examina, reperies cælo conſentaneum, Deo præparatum. In pri-

mis



mis facilis eſt. Anne natura genitrix puniret nos aſſidua ſuſpenſione, tam facili ſupplicio, niſi iſtum conſecraſſet affectum illi, cui omnia ſunt facilia, innitentem omnipotenti? Deinde, in difficilia ſuam facilitatem ſeruat; omnia reſpicit idoneus, ſcilicet, illi, qui omnia eſt, & poteſt. Tum ſecurus & lætus eſt: nimirum, natus rei omnium ſecuriſſimæ, firmiſſimæ, æternæ, optimæ, quæ nos fallere nequit, nec in ſe deficere. Datus igitur, vt calcar directoris in ſcopum conſiſtentem, non vt in vertiginem incertam circumferat nos cupiditas. Illam denique contumaciam ſpei nunquam nos deſerentis in vita, ad gaudium aliquod poſthumum generoſa indole aſpirat. Itaque in diuinis innocens eſt ſpes, & mitis, & tuta, & vera, & ſuauis, & lætiſſima eſt, quædam aurora gaudij; quidam clariſſimus felicitatis Lucifer; quædam libatio lætitiæ; quidam præguſtus voluptatis; quoddam experimentum Dei. Iſta ſpes ſecuriſſima eſt, ſatis curata eſt, non habet fortunam fideiuſſorem, ſed Deum, cuius tam tuta ſunt promiſſa, quàm data. Iſthinc ingenioſa arte prolongantur per ſpem gaudia anticipata lætitia. Non à poſſeſſione, ſed à promiſſione ſecura recenſeas bona. Æternis voluptatibus adhuc addit ſpes dies; ſcilicet, rarum inſtrumentum eſt committendi tempora: futurum in præſens contrahit, his facit eodem fungamur.

Ex iſta maturatione gaudij tota vita noſtra conditur, quadam inter tot miſerias præualente aliquando feſtiuitate: panis enim miſerorum Cap. 25.

ſuauis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſuauis eſt expectatio; exemplar amicorum ſpes, triſtioribus nunquam deeſt rebus; nunquam illa ſequitur fortunā, cùm omnes nos derelinquunt, adeſt ſola, fidelis Achates: ideò meretur de lætitia; ſubinde de vita. Concoctionem & dulces ſomnos parit, corpus benè coloratum reddit & pingue, vt ſubtiliſſimi Medicorum aiunt. Plùs de virtutibus meretur, quarum cor eſt, & ſpiritus, & vigor: anticipata ſoluit ſtipendia laboribus, & quibuſque probatis actionibus. Magnas impenſas charitatis ſuis prouidet ſumptibus, arduas expeditiones amoris. Ipſe quoque amor fortiſſimus agnoſcens obſequia ſpei, ſuas delegat vires, in ſui primitias roboris ſufficit; proptereà fortiſſima:

*Spes bona dat vires.*

Omnem lancinat mœrorem; omnem trudit mæſtitiam laborum; omnia audet: & ne temeritatis arguas, felicitatem ſuperat. Omnis fortitudo, omnis felicitas virtutis, in ſpe eſt, velut in Pterelaï, & Samſonis crine.

---

## PROÆRESIS V.

### *Deſiderij vſus.*

*Cap. 26.* SPem agitat ardor deſiderij, præcipitat cupiditas. Facili gradu à deſiderio ad expectationem imus: ſi impotentia non obſtet, decliui progreſſu cupientes labimur in ſpem. Iſti affectus, ſpes,



ſpes, & deſiderium, iniuſtè diuidunt vitam: maximam partem vſurpant, cum iniuria etiam præſentium, quæ negligimus, dum futura prouidemus, etiam negligenda ſua opportunitate; quantò potiùs immatura? Nunquam viuimus, vt viuamus. Quia cupiditatis vſu erramus, omnia inquinamus erroribus. Peccat vulgaris libido, ſuiſque votis punitur: quò plus compos voti eſt, plus eſt impotens ſui, & voti. Vt pleraque, cultu etiam augetur cupiditas. Sine ſatietate eſt, deuia peregrinatur: tantò à ſuo diſcedit fine, quantò procedit: ideò, quò plus habemus, plus cupimus: peruagata enim extra viam, nuſquam peruenit, quò vellet, nunquam finem tangit; ita, dum per plura progreſſa eſt, maius interuallum fecit, longiùs à fine eſt. Quid? cùm retrò eamus, quò plus videmur accedere, recedimus. Iter ſine termino cupiditas eſt. Qui iſtud vaticinium accepiſſet, dum peregrè iret extra domum, fore in ipſa via præoccupandum morte, moleſtè ferret infauſtum hoc maledictum: nauigamus pelagus ſine portu, incedimus via ſine termino; peregrinantes, aberrantes, errantes, inquam, nos corripiet mors: morituri ſumus in via, ſi cum cupiditate.

Ad hæc, qui plùs habet, potentiam auget, vt *Cap. 27.* plùs adhuc habeat: irritatur facultate auaritia: famelicus plus eſurit, dum libat, ſi non vorat ad ſatietatem. Nequeunt iſta ſatiare nos: guſtamus duntaxat, acuunt cupiditatem: eſurienti prægustatio cibi, irritamentum eſt. Sunt iſta fluctuan-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tia bona, velut marina aqua, ſitim prouocantia. Qui plus habet, plus eget: premitur duplici egeſtate; eget pro ſe; eget pro rebus, egentibus vtique. Ipſæ res alias deſiderant. Credo, ſi ſenſum exprimere poſſent, cum gemitu clamarent, & intentis expoſtularent multa vocibus. Magnæ egeſtatis cauſa non ab inopia eſt magna, ſed copia. Qui plura habet, pluribus eget: non tantum tot eget, quot habet; ſed per tot eget pluribus, quàm habet: ad plura illa, quæ habet, opus eſt deſiderare, quæ ipſa deſiderant, aut exornationi ſuæ, aut conſeruationi, aut defenſioni, aut fructui. Vtram certiorem opulentiæ cognoſcendæ regulam putabis ex his, quæ adſunt, an quæ deſunt? Ditiorne erit, qui habet plùs, an cui minùs deeſt? Iſtum credo: nam illud propter iſtud: non cupimus habere res, niſi vt non deſint; & quidquid ſit, ad diminutionem cupiditatum iſtud eſt. Si pauca deeſſe putes, pauca optabis. Atqui, vt minùs deſit, minus habendum eſt. Fugante copia egeſtatem quærimus, non tantùm infortunatis, ſed calamitoſis votis in contrarium cadentibus. Pluribus opus eſt ad fruendum, tuendúmque plura. Diues, magnus patronus egentium rerum, pro ipſis, quæ ipſæ opus habent, deſiderat, id eſt, eget: ſollicitat, velut tutor pro pupillo. Nunc quæro, quo pacto locupletabunt te paupertates? Sic voco indigentiſſima iſta fortunæ inſtrumenta. Quomodo ſatiabunt, quæ fame plena ſunt? Citiùs abſtinentia harum rerum te ſatiabit. Si ieiunes, ſatur eris: ſolet enim famis





impetum frangere tempus: longa fames ſine vllo cibo languet, cum minimo acuitur. Minuta iſta ſunt: non ſufficiunt ſatiare, irritant. Meritò lamentatur Guigo: Væ, non his, qui perdiderunt temporalia: ſed qui perdiderunt ſuſtinentiam: nulla enim paſſio ſuperatur, niſi per ipſam: non enim edendo contraitur fami, ſed ſeruitur; ſicut bibendo, ſiti.

Cæterùm, non miror, omnia non explere omnes humani cordis ſinus: inæqualia illi ſunt ad normam Dei fabrefacto. *Cap. 28.* Illud miror, partiales cupiditates, totum id, quod cupiunt, aſſecutas non quieſcere. Cupiditas diuitiarum cur diuitiis non expletur? Hanc ſolam cupiditatem dico, non omnem famem cordis. Ambitio, cur ipſis non mitigatur honoribus? Libido, cur ipſis voluptatibus non placatur? Si diuitiæ hoc ſint, quod iactant; ipſarum cupiditas ipſis ſatiaretur. Idem de gloria, idem de voluptate dico: ſi iſta fuiſſent, quod fronte promittunt ſua, ſuis ſuffeciſſent, ſuis ſatisfeciſſent votis; frangerent feruorem cupiditatis, non erigerent. Non ſunt itaque, quod oſtentant inani facie. Non eſt culpa voluntatis iſta tranſſultatio, ſed ipſarum rerum fallentium nos, ſiue opinionis noſtræ falſificantis res. Non inuenit, quod optabat, cupiditas: integra manet. Corruptiſſimum vitio noſtro iudicium edoceri poſſet ab amentiſſima cupiditate. Noſcit hæc non eſſe opulentiam, non honorem, non voluptatem, quæ iniuſtè nomine magnifico iactant. Ideò ſuis contumax conſiſtit votis: reperit perti-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

naciter opes, honores, voluptates; nihil horum ſentit accepiſſe. Opinio minus ſapit: ſuo in errore perſeuerat: denuò approbat falſa, quæ meritò appetitus ſæpe reprobauit; dum alia petit, data reiicit. Hinc æternus ludus auaritiæ: hinc æterna circuitio cupiditatis petentis, opinionis imponentis: reſtaurat illa ſua vota; hæc ſua figmenta: illa ad verum aſpirat bonum; hæc falſum obiicit: & cùm illa ſenſum ſatietatis ſuæ ſibi fallere nequeat, reſtituit deſideria periculis pari opinionis ludibrio. Ita perpetuo ducimur errore.

*Cap. 29.* Sunt quædam apud Indos volucres, (vbi natura fœcundiſſima eſt monſtris,) quarum clamor aduocationem ſimulat; Hiſpano ſermone hunc ſonitum reddit: *Ola aca eſta.* Noſtris idem ſonat, ac Latinis: *Heus hic eſt.* Iſtum multi clamorem audientes rati vocari, appropinquant, quà vox deſcendit: aues accedentem intuitæ fugiunt, & remotiùs conſident; inde reſtaurant cantionem eamdem: pergit illuc, qui cœperat quærere vocantem: rurſus, viciniore illo, aduolant volucres recinentes ſimile: iterum ſequitur ille, donec per diuerſa tractus loca, & ignota amittit viam. Fame multi perierunt in hac inquiſitione. Non aliud eſt ludicrum rerum periculum, aduocantium ad ſe ſimplicem voluntatem. Boni quemdam clamorem edunt, ficta aduocatione: quidquid placidum, quidquid pulchrum eſt, non ſolùm vocale eſt, ſed illuſorium. Singulæ vociferantes dicunt: Heus hic eſt bonum. In ſe illud promittunt: occurrit cupiditas,





tas, id verum rata, fallitur: ſtatim tranſuolat aliò hæc boni ſpecies; ſequitur auaritia: rurſus aufugit, quod placebat; iterum ſectatur illa, recedit illud. Ita ſemper proficiſcitur cupiditas, nunquam venit. Sic aberramus, ſic erramus, ſic deuij imus, ſic perimus, ſic fallimur iſtis volucribus bonis. Cùm conſequimur, non inuenimus: tranſmigrauit aliò ſpecies boni. Ita auiditate Tantalea punimur: fruſtrat comprehenſio cupita; perpetuo deſiderio angimur; aſſidua fame circumferuntur optata. Fugit illud, quod placebat, contactum noſtrum, quoquo verſum nos iactante cupiditatis volutabro.

Verùm, quod dico, laxius eſt; non ſolùm non *Cap. 30.* eſſe bona, opes, honores, voluptates; ſed nec opes eſſe, nec honores, nec voluptates: etiam ipſum ſui improbum apud probos nomen amittunt. Adiicio, non ſolùm non eſſe opes, ſed inopiam; non gloriam, ſed humilitatem; non delectationem, ſed cruciatum. Diuitiæ plenæ inopia ſunt, honos ignominiis, voluptas acerbitate: cum diuitiis non diues eris, ſed pauperior: cum honore & potentia abiectior, magis ſeruus: cum voluptatibus triſtior. Diuitem illum, cuius extulerat fortunam annus feliciter cadens, pauperem ſe vidit horreorum; adiecit curas; ſomnum abſtulit fortuna. Eamdem illi iniuriam fecit opulentia, quam aliis inopia. Vides iam indigas diuitias? Diues es: iam indiges famulis, qui adminiſtrent, qui ſeruēt opes, qui te comitentur: iam indiges magnifica domo, & domus magnifica magnifico apparatu, atque

atque ſupellectili: parietes pudent, ſi nudi ſint; alia alia deſiderant, alia aliis egent. At, qui pauper eſt, nec indiget ſuperflua domo, nec inutilibus vtenſilibus, nec famulis multis: ditior itaque diuitæ. Illam laudo aſtutiam, indigentias iſtas ſpecie honoris diſſimulari. Aman ſuper verticem imperij Aſſyrij erectus, cui omnes parebant, ſubditus ſeruo viluit. Ita eſt: ſumma minimis ſubiecta ſunt. Magnus honor pannis etiam iniuriis patet: leuiſſima magnam grauitatem violant. Tam peſſimè ſuperbis prouiſum eſt, vt è minutiſſimis pendeat magnitudo, quæ negligere facillimum ſit. Quot mœroribus, quot curis, etiam dum non pœnitebat, magno emit Dauid voluptatem, cùm domum ſtrenuus, fideliſſimuſque Vrias ire noluit? Quæ voluptas erit, cuius multæ curæ, magnæ triſtitiæ appendices ſunt, ne in publicum eat, ſui adhuc pudens; ne in vindictam, ream ſe agnoſcens timet ſe ipſam; denique faſtidium, dein peſſima valetudo. Num diuitiæ inopes, honores ſubditi, voluptates felleæ explebunt, an deplebunt cor? Ad iniuriam noſtram iſta cupimus, nec aliter, quàm qui à melanuro morſi ſuum interitum concupiſcunt: ſitiunt bibendo perituri. Plures nos occidunt hauſtæ voluptates; occidunt & cupitæ.

Cap. 31. Deſideria animam extundunt è corde. Egregiè Theocritus dixit, animam concupiſcentis, cupitum eſſe. Non eſt integer, qui multa deſiderat: tot ſui deſunt fruſta, quot diſtrahunt deſideria. Conſummari commiſſuris vult, qui ad ſuam felici-



felicitatem plura concupiſcit. Peſſimè & ſordidè committentur pretioſo animo viles & abiectæ res. Si tibi aliquid deeſſe putas, ſi aliquid cauum in ſinu cordis reperiſti, imple auro, imple Numine, pretioſe te refice: totus eſt, & integer, & ſanus, & diues, qui nullis diuiditur votis, qui non mutilatur deſideriis, qui nulla mundi poſſidetur cupiditate, qui nec voto eget, contentus ſecum, & naturæ parcæ liberaliſſimis donis.

*O nimium fœlix, parcus cui ſufficit vſus*
*Corporis, vt curam moderamine temperet æquo!*
*Non miſera capitur, cæcaque cupidine rerum,*
*Nec maiora cupit, quam quæ natura repoſcit.*

Iſtum diuini Columbani ſenſum ampliat illud Arabicum: Qui non contentus rebus neceſſariis, alia quærit ſibi; adimit vſum eorum, quæ habet. Triſtia iſta & egentia bona omnes ſuo contaminant fœtido halitu. Si non obtines, quod cupiiſti, contriſtaberis: ſi obtines, contriſtabis alios, tu perfidè lætaberis. Potentiſſimum triſtitiæ organum, cupiditas eſt, & valentior fortunæ complex. Dum cupiiſti, egebas: dum obtinuiſti, non es ditior: vtcumque es pauperior nolente. Magis te inopem facit cupiditas, quàm grauiſſimi fortunæ furores, quàm naufragium tuarum nauium, incendium domorum, interitus armentorum, ſiccitas cæli, quàm iniuria furis, quàm furor hoſtis. Pauperem non rerum, ſed tui te facit. Ille ſolùm locuples, qui non cupit: iſte non eget, iſte nullius eſt ſeruus, imò liber & ditiſſimus ſeipſo, ſui dominus eſt, ſe poſſidet; &

 quod

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quod mirere, dominus eſt ingenui & liberi hominis.

Cap. 32. Adiunge aliis cupiditatis iniuriis impetum: trahit, rapit nos, niſi ratio moderetur. Prouidentiſſime actum eſt, quòd vehementiſſima naturalium cupiditatum libido, ante rationem non fit. Pudor, & ratio, coætanea ſunt: pubertas mentem affert, & pruriginem, ne iſta fera ſine magiſtra inſoleſcat. Eamdem ætatem iura exigunt ad fidem, & ad nuptias. Eamdem in ſenectute beſtiam compeſcit, vt ſine alia occupatione morti occupetur mens. Atqui iſte impetus cum perturbatione eſt ad calumniam voluptatum: conturbato appetitu diuiſione cupiditatum nulla ſiria ſidet voluptas. Corruptus ipſe, quidquid capit, corrumpit: ſordidus calix infuſum liquorem inquinat. Nec feliciùs eris, ſi vni rei conglobes concupiſcentiam: incapax alterius voluptatis fies.

*Quid mente cæca miſerum torques ſpiritum?*
*Tibi dico, auare, gaudium heredis tui,*
*Qui thure ſuperos, ipſum te fraudas cibo,*
*Qui triſtis audis muſicum citharæ ſonum,*
*Quem tibiarum macerat iucunditas,*
*Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt.*

Adeò vna auaritia omnes abſorbet voluptates. Exundat aliquando incendium, omnem populatur guſtum nefaria cupiditate, (ait Synodus Ingilenhemenſis,) quæ ſæuior Ætnæ ignibus ardet. Nec minoribus prouoluitur infortuniis. Elegantiſſimè à Procopio dicitur [illegible] calamitatum.



lamitatum. Omnium quidem malorum proxeneta cupiditas eſt.

Non iſtis inanibus, immanibúſque (ſæuiunt in nos) nata rebus capaciſſima deſideria ſunt: non ludit mendacio noſtro natura, non ludit calumnia. Grandi & conſiſtenti rei laxauit ſinus cordis immenſos. Cæterarum rerum, niſi Deo, iniuſta, inadæquata vota ſunt, maiora ipſis, ipſarumque amore. Confer luridam cupiditatem, amorémque temporalium cum lætiſſima auiditate æternorum, cum ardentiſſimo amore: iſta enim conuolantia tempore bona, deſiderata, aut non amantur, aut minùs quàm deſiderentur. Ideò illorum deſideria aut melancholica ſunt, aut corruptæ lætitiæ. Deſideria vtilium mœſta ſunt; delectabilium non fideliter læta. Cupiditas delectabilis rei nonnihil etiam delectat: vim ex phantaſia trahit, & præſentat optata. At, quod vtile eſt, poſſeſſio ſuſtentat, acquiſitio exhilarat. Iſtud propterea, dum cupitur, non amatur: cùm amatur, non cupitur; quia dum amatur, habetur. Deſiderium ſine mixtura innocentis amoris crudum eſt, & acerbum: at, quod delectabile eſt, quia vota ſua componat cum amore, minùs deſideratur funeſtè; & quia poſſeſſione amorem extenuat, magis infidè amatur, & miſeri eſt gaudij. Illa vota lætiſſima ſunt & fideliſſima, Dei, & virtutis. Vtilitas, & delectatio, mancipia honeſtatis ſunt: omne vtilis, & delectabilis commodum Deus in ſe excolat: omne incommodum excernit: quare & deſideratus delectat & poſſeſſus, Cap. 33.

DD 5 coiunt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cuius amor conſiſtens componitur cum voto, & cum amplexu. Adiice & cum iſto augeri. Amor, aut cupiditas temporalis, ante poſſeſſionem maior eſt; æternorum poſt poſſeſſionem. Ardentiùs, cùm conſequimur, amabimus, quàm cùm deſiderauimus: imò & tunc plus deſiderabimus, excellentiora experiemur.

*Cap. 34.* Ad iniuriam noſtram in temporalibus conueniunt ſimul cupiditas, & faſtidium: neſciunt ſatietatem. Innoxia nobis æterna ſunt, & beneuola; admittunt vna ſatietatem, & deſiderium; ignorant faſtidium. In temporalibus cupiditas grauat faſtidium: in æternis obſonat ſatietatem. Quid, quæſo, in cauſa eſt, quòd cupidi temporalium, & auidi æternorum vltra ſatietatem; vtrique cupiant, vtroſque conſecutio irritet; ſed illos cum dolore, iſtos cum gaudio? In vtriſque cupiditas ſuperſtes, quomodo diſparia operatur, lugubris in illis, lætabunda in iſtis? Ideò eſt, quòd in illis apprehenſio ſuperat appetita, in iſtis ſuperatur. Illi triſtantur, quòd inuenerint citra ſpem ſuam, minus eſſe, quàm quod expectabant magnum: iſti ſupra ſpem experiuntur maius. Mœſta illorum oritur cupiditas ex defectu: iſtorum læta ex exceſſu. Illi ſua ſpe fruſtrati in obtentione eius, quod cupiebant, diſſipant per diuerſa cupiditatem, vt in aliquod occurrant, quo exæquent deſideria: iſti ſupra vota compotes contrahunt in vno cupiditatem, quam maiorem votis ſunt experti: velut enim, qui auri quærunt fodinam, laborant, & qui inueniunt, & qui



qui non inueniunt; iſti, vt inueniant; illi, quia inuenerunt: ita cupiditas procedit in temporalibus, vt inueniat bonum, quod delectat; in æternis, quia delectat inuentum: eſurie quadam ſatiat, & ſatietate eſurit; vtrumque innocentiſſimè. Eſuriem nullus comitatur dolor, nullum ſatietatem faſtidium; ideò non dilaceratur voluptas contenta; non finditur in diuerſa; non digreditur, ſed progreditur; non permutat vota, ſed perſtat. Itaque quadrantia ſolùm Deo ſunt.

Præterea deſiderium eſt collimatio vitæ. *Cap. 35.*
Oportet figere ſcopum, quò dirigamus: non quocumque iaculatur ſagittarius: nemo in incertum tela dedicat; vnum reſpectat, ad vnum iactus ſuos viget. Vni igitur ſacer eſt iſte affectus: errat, cùm ad multa diſpergitur. Sagitta fortiùs emittitur pro contentione nerui: ita pro huius affectus viribus in propoſitum tuimus. Verùm, quia per omnia diſſeminamus vota, in nullis conſiſtimus, ad nihil intenti, ad omnia ignaui. Adiice, quòd deſiderium eſt quoddam amoris ſupplementum, charitatis auctarium, artificialis immenſitas. Vbi amati bonitas excedit facultatem amantis, panditur per deſideria amor, & quibus valet viribus, protenditur, vt adæquetur amato: votis, ſuſpiriis ſarcire tentat impoſſibilitatis iniuriam. Supereſt bonitas Dei amori noſtro, quem geſtiunt deſideria ſupplere: nequimus plus amare; optamus. Perpetuus deſiderij ſocius eſt Dei amor. Non eſt duræ, & denſæ naturæ animus: ductilis & complicabilis eſt: contrahi, & laxari

laxari per deſideria poteſt; duci, reduci; complicari, explicari: immenſitate quadam factitia omnem locum, & ſinum percurrit, atque æternitatis imitatione omne tempus claudit, & amaſſe deſiderat, & amare; illud ſine principio, illud abſque fine.

*Cap. 36.* Itaque deſideria diuinis conuenientia ſunt: addo & quæſtuoſa. Quæ impendimus vota temporalibus, vana ſunt, & inutilia: nequeunt illa obtineri optando: Deum deſiderio conſequimur, nulla res viliori conſtat, quàm omnium pretioſiſſima. Votis Deus emitur, nihil minùs carum. Veriſſimè quidam ait: Licèt præſtantiſſimum ſit bonum, multò tamen citiùs, faciliúſque, vel ſolo pio deſiderio à te obtineri poteſt, quàm quælibet alia res viliſſima. Negotiemur igitur, decoquamus deſideria: lucrum gratis eſt. Cætera deſideria, & maximè ipſius quæſtus, perditiſſima ſunt: ſi extirpemus, ſani ſumus. Hippocrates ſcribit ad Crateuam, herbarum peritiſſimum: Quòd ſi, Crateua, amaram pecuniæ cupiditatis radicem exſcindere poſſis, vt ne vllæ eius reliquiæ reſtent, hoc probè teneto, quòd vnà cum corporibus etiam malè affectos purgaremus.

* * *

PRO



# PROÆRESIS VI.

## *Vtilitas odij.*

NVnc minùs nobiles percurramus affectus, non inutiles. Nec enim bilis, nec lactes ſine vſu corpori ſunt, nec ſpurciſſimæ narium, auriúmque cloacæ, & quodcumque, quà egeritur, quidquid nocet, aut ſupereſt. Variis oportebat conſtrui animum affectionibus, quemadmodum diuerſis inſtructum corpus membris, diuerſè ſibi prouidet. Odium, ira, timor, triſtitia peſſimè audiunt: vitia potiùs putantur noſtra, non beneficia naturæ. Iſtam calumniam vſus fecit; prauus vitia dat; rectus tamen virtutes reſtituet: in famulatum animi ſunt, ad inſtrumentum tranquillitatis ſuæ: ſed abuſus optima condemnauit, ſicut vſus humillima commendat. Stercus in cubili regio ſpurcat, in fundo fœcundat. Odium, & triſtitia ob terreni boni iacturam nocent: turpe eſt, & ignauum iſta ægrè ferre. At, ſi vera doleamus mala, virtutiſque iacturas, ingenuum, & ſalutare, & pacificum eſt. Tametſi, quemadmodum iniquè nunc capitur odium, vitis pacis eſt, matrix diſcordiarum, ciuile naturæ bellum, igniarium facinorum, officina ærumnarum, conſiſtorium mortis, lippitudo mentis, ebriatio humani cruoris, neruus malignitatis, contages ſcelerum, fornax calamitatum, gymnaſium maleficentiæ, aluearium fellis, imber amaritudinum, *Cap. 37.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tudinum, parricida naturæ, proditio vniuerſi; &, quemadmodum Pſellus ait, ſyllabus malorum.

*Cap.38.* Per odium ſacrilegio offendimus naturam contra fas & ordinem mundi, cuius membra ſacramento amoris conſiſtunt: ſuſtinent ſe, iuuant, amant. Elementa, licet æmulis ferantur incurſibus, ſe diligunt; ne noceant ſibi, recedunt in remota, vt, quoad poſſint, rixæ occaſionem vitent: malunt loco cedere, malunt fugere, quam vincere, ne repugnent. Ignis omnium acerrimus vltrò, ne pugnet, exulat; fugit ferè noſtrum orbem, ne vicina vi lædat, ſed remota foueat. Terra humillimo libenter gaudet loco, vt imperturbatum æthera relinquat. Aqua gratiſſime decedit ſede ſua, & ſidet, vt terram conſpicuam cælo liberet, ignem ſecurum. Ipſa natura dulci omnia copulauit amplexu, amatoria colligauit catena. Nectit in primis elementa amica qualitate, inſtar annuli annulo cohærentia. Deinde, ſuauiſſimam iſtam catenam per animalium corda duxit: amore & ſimilitudine omnia conſtringit. Stellarum choreas in cælo, volucrum examina in æthere, armenta boum in pratis, greges pecudum in montibus, cateruas ceruorum in nemoribus, turmas ferarum in ſyluis, amatorius quidam ſpiritus cogit. Solam iſtam venerandam naturæ catenam rumpit odium. Iſtud violat ſanctum pacis fœdus, ipſis cælis maximè venerandum. Sol, cuius aula ſecunda ſphæra eſt, contubernales ſeruos habet, & Stilbontem, & Phoſpho-



Phoſphorum eodem hoſpitatos palatio, eodem exultantes circo. Argumentum amoris ſocietatem cape; cape & lætitiam. Ipſi Planetæ feſtiui choreas agitant, celebrant Principem ſuum, in pignus dilectionis coronant, circulantibus lætabundi in curſibus, in ſpeciem agitati ſpirarum; nunc tranſcurrunt, nunc ſequuntur, nunc inſurgunt, nunc ſubeunt, omnibus blandiuntur officiis. Ipſe Sol, medius inter quinque errones, placidus ludos omnium proſpectat, & admittit, ſuo gratificatur iubare. Reliquæ ſtellæ conſtantes pacifica, & inſeparabili germanitate, geſtienti luce gaudent. Luna Regina terræ prior aſſiſtit, & ſuo elementa infima gremio prior fouet, & mulcet.

Omnis in charitate natura fundata eſt: omnis in amore adiurata verbo: odit ſolum odium; cuius ſi vſum innocentem quæris, extra naturam ito. Vſus odij non vitioſus, ſed naturalis, nequit contra ipſam eſſe naturam: amiciſſima amoris eſt, amantiſſima ſuæ prolis. Non daret iſtum affectum contra chariſſima ſua pignora, non vt ſanctiſſimas ſanctiones pacis, ſacroſanctum charitatis ius temeraremus. Dices: A natura iſta eſt affectio: dedit igitur: cur dedit? non ſuperfluit, quod à natura eſt. Annuo: à natura quidem odium eſt; inde neceſſe eſt, non ſuperuacaneum eſſe, nec debere contra ipſam eſſe. Hinc & aliud, quod volo, conſequens neceſſarium deduco, eſſe aduerſus id, quod extra, aut contra naturam eſt. Anteſignanus iſte affectus amoris, quo natura *Cap.39.*

ſtat,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſtat, pro ipſa pugnat contra id, quod non eſt in ipſa. Abeundum eſt extra entium municipium, vt inueniamus quid odiſſe liceat. In ſumma, vis ſcire, ad quid odium eſt? Aduerſus malum. Nihil in natura malum eſt: nemo natura ſua mala facit. Ipſe Deus perſpicaciſſimo luſtrans obtutu vniuerſum naturæ cenſum, omnia vidit valdè bona. Diſertè Epictetus ait: Quemadmodum non ideò ſagittarij ſignum figitur, vt non attingatur: ſic nec mali natura in mundo fit. Igitur extra naturam malum eſt, & eſt contra ipſam, contra ordinem ſuum, contra harmoniam, quam ratio diſpenſat. Sola culpa iſtam frontem habet: ſolius peccati iſta ſigna ſunt. Extra naturam peccatum eſt: nihil naturæ eſt, & contra ipſam eſt, maximè contra ipſius dotem, & gloriam, rationem: iſtud ſolum verè malum eſt: nihil itaque aliud patet odio: iſtud duntaxat nos lædit, iſtud eſt fulmen præpoſterum, ab Inferis ſurgens, exurens animam integra vagina corporis: iſtud eſt exilium mentis, quo à ſe exulat: iſtud ipſam exanimat animam: iſtud fornax eſt, quo homo tranſfunditur in Dæmonem: iſtud ſtupor mundi: iſtud ſtupendum naturæ ſpectrum: iſtud monſtrum rationis: iſtud odij ſcopus.

*Cap. 40.*

Odium Timonis in omne genus humanum infeſtiſſimi culpa colorauit: nihil voluit odio ſuo punire, niſi prætextu peccati: malos meritò dicebat odiſſe, quia mali; cæteros, quia malos non oderant: peccatum imputauit non odiſſe peccantes: ita acerbam affectionem malitia cauſabatur.



Sed conſultè affectum gubernauit: ſubtiliùs ſcindere debuiſſet inter malitiam, & malum, nec conuolutè affici: diſtinguendum id maximè eſt.

*Naturæ quiſquis propria non ſpernis honores,*
*In quocumque hominum, quæ tua noſcis, ama.*
*Namque, quod artificis ſummi fecit manus, vnum eſt;*
*Quæq; auctore bono condita ſunt, bona ſunt.*
*Diuinum in nullo figmentum deſpiciamus:*
*Sola malis ſtudiis addita non placeant.*

Iſtam diuini Proſperi regulam odium ſeruet. Nonnunquam ſæuituri in culpam, ſæuimus in hominem. Magna eſt opus diligentia, vt ex duobus inuicem complexis transfodias noctu vnum, illæſo altero. Gophyrius, vnus ex ſeptem coniuratis, qui ingenio Ortanis Regnum Perſicum aſſeruerunt, complexus alterum tyrannorum ſocios hortabatur, (erant obſcuro in loco,) vt vel per ſuum tranſuerberarent corpus, ne ille ſibi parcendo euaderet. Difficilis illa ſubtilitas eſt, diſcernere in tenebris confuſa. Quare in alienis peccatis nimiis, aut cautiùs eſt indulgendum odio, ne indignaturi factis humanis, indignemur hominibus. Hiſpali nocentiſſimus quidam ſimius obiecit ſagittariis arreptum è cuna infantulum, vt ictus prohiberet, ne ſe perculſuri, cæderent innocentem. Cæſar apud Alexandriam, ſubito circumſeſſus Marte, Ptolomæum Regem in omnem ſecum belli aleam tulit: ſalutaris illi fuit iſte comitatus, & cauſa ſalutis: difficile fuit



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

obtruncare vnum, ſeruare alterum; præualuitque amor inuidiæ. Nunquam alienum eſt amandum ſcelus: ſed nunquam ita eſt habenda odio iniuria, vt illum, qui fecit, oderis: illum non odio, miſeratione accipias: quò magis ſceleſtus, non eſt magis odio dignus, ſed miſeratione. Qui magis ægrotat, eſt magis miſer.

*Cap. 41.* In propriis erratis fecundiſſimus eſt iſte affectus, vbi amor noſtri tenaciſſimus, & importunus eſt. Diuerſè noſtra & aliena inſident. Aliorum odium, & noſtri amor facillima ſunt, & ſumma: aliorum amor, & noſtri odium difficillima, & exigua. Paſcitur amor feſtiua boni ſenſione, odium amaro ſenſu mali. Leuiſſimum ſui veſtigium naturæ noſtræ imbecilli bona imprimunt, quæ nec diuturna, nec pura vides. Mala longiora ſunt, & grauiora; inueniunt in nobis, vbi ſecurum figant pedem, vbi inſideant tutò, vbi diutius colantur. Subitò odium ſubit; improbè manet; lentè, aut vix exit: magna vi conuellì eſt opus: fortiſſimas radices agit; conueniens ſolùm in nobis inuenit: amor leuius hæret; vix ſtirpem figit: ita dolentis eſt recordari, delectantis obliuiſci. Proprius tamen amor ſine ſemine, ſine cultura eſt, ſponte naſcitur: licet eradices, radices manent: nos ſumus.

*Cap. 42.* Cæterum, quoniam ad interitum culpæ, maximi mali, affectus odij eſt, & pro proportione mali vehementiſſimus. Immodicum malum eſt: non modica vis fuit opus tanto extirpando hoſti. Iam patet natum odium ad deuaſtationem peccati. Solùm iſtud tam tetrum & acerbum odij exigebat vultum. Inde, cùm ad alia vertimus, perniciosiſſimus eſt; illa vis terribiliſſima dicata expugnandæ culpæ, deuexa ad hominem, parum inuenit alimenti: exiguam videt tanti furoris materiam, & auida maioris deſolationis contra ſe ardet, propriùmque exedit cor. Hinc etiam tot deflexum odium nutrit mala, tot calamitates, tot occiſiones, tot mortes, tot abortus belli. Mebodes apud Simmocatum ait: Ζώγραφος τοῦ θανάτου ὁ πόλεμος· ἐγὼ δέ φημι καὶ ἀρχέτυπον, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν ἀρχηγέτης, καὶ διδάσκαλος αὐτοδίδακτος. Elogium iſtud genitori belli odio inſcribo Doctori, natura ſua docto humanorum malorum, archetypo mortis. Valentiæ ſuæ quidquid occurrerit peccato minus, exiguum eſt: & tamen nihil tanta vis valet in tam exiguis malis; nullum aufert: nimirum, non aliis, ſed peccato natum eſt. Iſtud ſolum malum per ſe tollit. Quid refert, oderis alia mala, ſi quod oderis, non aufers, ſed auges? Igitur, cùm peccati malignitatem deſtruat odium eius, ad huius mali perniciem eſt. O feliciſſimum multorum humani detrimenti! ô ſalutarem baſiliſcum, qui reſpectu tantam perniciem perdit! ô ineptos, quibus cura tantùm eſt, abſcondere peccata, cùm id non poſſint; qui nolunt deſtruere, cùm poſſint facilè! Iam non erit, quid abſcondas, ſi deleas. Sitiunt ſcelera lucem, & quæ tenebras ortui ſuo amarunt, orta oderunt.

*Mortis enim pictor eſt bellum; ego verò dico etiam archetypum, & humanorum malorum auctor & doctor natura ſua doctus.*

*Cap. 43.* Præmuniri animum hoc affectu oportebat:





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſui arbitrij eſt; cuius corrigendis erroribus ſeruit iſta vis. Regiæ tamen mentis, imò diuinæ eſt, cui eius vacat neceſſitas, velut Regi apum, aculeus. Iſtud ex his, quæ fecit parca natura: optauit ſolùm ſuperfluum; non tamen ſuperfluè fecit. Præſidiarios milites non fruſtrà, imò neceſſariò Dux deſignat; gaudet tamen neceſſarios non fore: ad euentus præparantur. Non vult natura, quòd peccantem oderis; nec vult, quòd pecces: prouidentiſſima ſolùm hoc te procurauit pharmaco, vt ſi pecces, te mediceris; hoc te muniuit præſidio, vt ſi cadas, te reſtaures. Habes itaque vſum odij, perniciem peccati: ira in illud ſæui, vt etiam ſpe regreſſus punias, fidus rationi, fidus Deo. Lacon quidam ſecum contracturo amicitiam, illam ſibi, reſpondit, fidem fore gratam, quam vel volens nequeat violare. Iſtam fidem cura virtuti, cura tibi. Neſcio quid de mortalium impudentia dicam, niſi quod Charidemus Dionis, eſſe omnes ex ſanguine & proſapia Titanum: inimici cælo ſumus. Deo bellum indicimus, non ferro, non igni; ſed crudeliùs, ignauia, & deliciis noſtris.

## PROÆRESIS VII

### *Modus iræ.*

Cap. 44. PORtiuncula odij, furor eſt; niſi quòd concitatior & breuior; quemadmodum ſcintilla è rogo ſubſilit, breui perit. Quare idem vſus iræ, & ad peccati malum. Dauid monet: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Iram opponit præſidium innocentiæ. Elegantiſſimè diuinus Diadochus ait: Cùm grauiter peccato irati ſumus, illud femineum, quod in ira ineſt, virile facimus. Adiiciam quid glorioſius: illud ferinum, quod in ira ineſt, diuinum facimus. Quid dignius Diuinitati, deſtructione peccati? Verùm tam ſalutaris affectus, ſi rebellet, ſuúmque deſtituat locum, in maximam inuidiam labitur: præ omnibus tyrannus ſeueriſſimus; nec contentus dominatu, noſtrum pudorem iactat: ad ignominiam ſeruitutis ſtigmate inurit; notat enim ora noſtra, vt noſcantur ſua mancipia. Periculoſiſſimum morbum dixit Hippocrates, qui vultum immutet. Qualem iſtam animi ægritudinem putabis, non frontem duntaxat, ſed totum perturbantem corpus? Velut quidam Dæmon innatus agitat iracundia; arrepititios reddit, quos corripit: occupat mentem

*Ira tumens, ſpumanti feruida rictu,*
*Sanguinea intorquens ſuffuſa lumina felle.*

incendit oculos, mutat vultum, ligat linguam, tremulos omnes artus quatit, pedibus ſupplodit, manus premit, pectus tundit, labia mordet ſpumantia, vndique rumpitur. Anguſtum huic peſti corpus humanum videbis: occupat omnia membra, nec ſatis capitur in omnibus; foras impetu transfunditur. Anne hominem agnoſces, quem vides iracundum? ex mente non conijcies;



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

conicies; nullam furor permittit: ex corpore non furabis; nullum faciet lineamentum fidem: omnia corruptæ ſunt formæ. O miſeram inſaniam, quæ ſpeciem hominis, in qua ignoſcitur amentibus, vitiat!

*Cap. 45.* Fortaſſe ad curam ſpectauit naturæ, cùm vitia lateant, alicuius ſimulacrum ad exemplum horroris monſtrare: velut ſceleſtiſſimorum imagines in confinio Regnorum, aut in portubus locantur, vt notos omnibus, quicumque occurrerit, aut occidat, aut traducat, aut caueat. Ita oportebat ad cautionem pingi iſtud monſtrum, quod certè non vt minimum malum, in exemplum malorum eligitur. Sufficeret ad inuidiam tui, ſi te iratum in ſpeculo videres. Credo cum horrore tui ipſius pudentem poſiturum iras: ſin minùs, roga alios, cùm iam te placauit, aut tempus, aut pænitudo vindictæ, aut ipſius vitij tædium, qualis, cùm efferuebas, fuiſti: roga, vt te deſcribant. Galenum adeò terruit irati hominis aſpectus, vt firmo decreuiſſet animo nunquam iram admittere: ſatis fuit ſemel vidiſſe iraſci, vt nunquam iraſceretur. Nunc, quæſo, quale monſtrum intus delitebit, cuius tam fœdam vmbram vibrat vultus? quale incendium flagrauit in corde, cuius fumus ſic ora deformat, & per omnia diſſipatur membra? qualis tyrannis mentem occupabit, cùm ipſum corpus oppreſſerit?

*Cap. 46.* Breuis furor ira dicitur: neſcio, an ſignificantiùs, ſimultaneus, an vnitus diceretur. Breuem audis, non intelligas minorem: impetus moram ſupplet.





ſupplet. Magna etiam paruo contineri poſſunt. Sic iſtam breuitatem accipio, non ſolum, quia ſubitò ſurgat & langueat: ſed, quia ad breue tempus longam contrahit inſaniam; ideò maiorem, quia in minimo æqualem: multum addit viribus vnio contrahendo. In breui iratus furiatis, quantùm per longum tempus inſanires. Diſſipandam per moras amentiam denſas in ira. Diminutè Ennius putauit initium inſaniæ eſſe, non ſine cumulo ſuo furit iratus. Conſummatus eſt amens, breui adoleſcit iſte furor. Craterus, Antigoni Regis frater, & Phlegon, prodiderunt quemdam ſeptennio dumtaxat natum, infantem, puerum, adoleſcentem, ſenem, maritum, patrem, defunctum, omnibus, ſcilicet, functum officiis humanitatis. Gigantes vulgus iactat à nocte in mane natos, adultos, viros, Deorum inimicos; ita ira ſubitò creſcit, nec ideò minima inſania, dixerim giganteam, & inter vitia Titanem, æmulum cæli. Per partes, & ſenſim, & quaſi quadam verecundia ſubeunt alia vitia: ira impudentior, ſine ſalutatione, ſine venia, cum vi. Fulmen momento cadit; ſed magnum percurrit ſpatium: momento perdit multorum annorum labores, quos lenti rogi vix violarent. Fulmen in mentem contortum ira eſt: cor primum cædit læuo hominis latere: inde per omnes partes in ſcintillas fractum. Totus homo de Inferno eſt tactus; omnia icit membra, oculos, genas, labia, linguam, pectus, manus, crura; vndique animum præcipitat, vbique terret, nullum videtur mem-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

brum ſpiritu ſuo regi,ſed furia:multa dicta,multa facta præter voluntatem irati extorquet ira; agitatur itaque extranea vi,& tortura ſimili.Fulmen dirum,ſcilicet, in occaſum vergens,ira eſt; nihil auſpicatò facit: infauſtè deſinet, quidquid furore cœperit: ſine conſilio omnia tractat, ita contra votum veniunt. Omnium agendorum omen ratio eſt, quam orba oculis iracundia non agnoſcit. Inſtar canis eſt cæcos parientis catulos, & rabie actæ ipſi domino non parcentis. Omnia cæca ſunt, inconſulta, quidquid furor agit, ipſam dominaturam rationem primùm lædit.

*Cap.47.* Iſtud quoque naturæ curis debemus, contraxiſſe hunc furorem. Si parca ſuperfluorum eſt, non erit malorum liberalis: quid enim magis vacant, quàm nocentia? quàm mala, ſi ſine vſu boni? monſtra ſterilia facit;nocentiſſima animalia non fecit longæua:iracundiam etiam breuem facit: quam quia erat neceſſarium videri ad deteſtationem vitij in imagine aliqua, nocentiſſimum durare; breuitatem excogitauit eius, vt impetus magis terreret,celeritas minùs noceret. Si pertinax ira fuiſſet, perditum eſſet de rebus humanis, actum peſſimè de hominibus. Adhuc cùm breui duret,quid peius? Propè Inferno comparabilis, ſi maneret; nunc incomparabilis aliis damnis, & quædam prælibatio, quædam præcox Inferorum pœna diuiſa; nec ardor deeſt, dum calet, nec inutilis pœnitentia, cùm deferuet, damnorum immedicabilium, quos ad longos



longos dolores breuis fecit impetus.

Satis iam damna iſtum furorem commendant; nunc rideamus amentias. Nihil credo dignius cachinno. Quid, iracunde, vis? Damna vitare? Addis. Iam ineptis:facis,quod non putaſti; imò quod non putas,dum facis. Vtra maior inſania erit, contradictio votorum, an ignorantia? Vtramque puto:quam egregiè facit vitio primogenita iræ. Qualis dementia erit, medicaturus ægrotantem, ſi non parti læſæ,ſed alieno corpori pharmacum adhibeas? Vulnus tuum non claudis, ſi aperias ſæuiori ictu alterius latus. Damnum, quod putas tuum, non ſarcit alieno vindicta. Non erit vlceri proprio fomentum, apoſtema extranei: non fluit cum alieno ſanguine balſamum tuæ plagæ. Quid igitur vis, iracunde, id eſt, inſane? vltione damnum reſtaurare? Duo ſunt mala in hoc, quod gemis; damnum tuum, & ſcelus alienum. Vtrum horum reparare vis? Neutrum reſarcis: damnum tuum alieno non tollitur: ſcelus alienum tuo non debetur,prouocatur potiùs. Ineptiſſimum,perfidúmque remedium malorum, vindicta eſt: nullum tollit, tollenda duplicat: in quorum præſidium eligitur, perdit. Satis tibi erat damnum illatum; cur geminas quæſito? Culpa pœnam vis tollere. O amentiſſime, inuertis rerum ordinem,addis pœnæ culpam: illum ſanctiſſimum iuſtitiæ ritum, quo culpam ſequitur pœna,peruertis:vis, vt pœnæ tuæ ſuccedat culpa. Inſanis, facis inimicum iuſtum. Ridiculus paralogiſmus ita tua eſt: in- *Cap.48.*

iuſtitiam æmuli tuo iuſtificas malo: habes culpam, & pœnam. Tantáne foret inæqualitas, aliquam ſine culpa pœnam eſſe, cùm tot ſint ſine pœna culpæ?

*Cap. 49.* Maxima iſta dementia furoris, quòd tibi eligas, quod peius in inimico vides. Quid culpa deterius? Faciendum optas, quod factum deteſtaris. Exemplum eius, qui inuiſus tibi eſt, inuides, imitaris, quod odis: ipſum, quem aſpicere nequis, in ſpeculum aſſumis, in exemplum. Adeóne placet inimicus, vt æmuleris, & in ipſa inuidia tui ſuperes? Pœnam tuam inimicus fecit, tu culpam: verius dicam, vtramque. Nemo niſi nolentem lædit: nihil volens patitur. Tam ineptus iratus eſt: id ipſum, de quo timet, facit. Simile omnibus iracundis puto contingere ac militi cuidam curioſe fata ſua requirenti: noluit Aſtrologus reſpondere, donec victus importunitate interrogantis, intra triduum dixit moriturum: funeſto oraculo iratus miles, arrepto pugione, Vatem transfodit: mox captus, reus homicidij, intra triduum ſuſpenſus veraciſſimam prædictionem fecit. Ita eſt: iratus malum ſibi facit, quod arcet, certè & maius, & ſtultiſſimo, fallacique inſtinctu, quas ab alio expetit pœnas, à ſe petit. Cauſaſtine honorem tuum ſolùm alieno damno reparandum, ſolùm vindicta fulciendum? Quid egregium tam turpi baſi ſtabiliri poteſt? Erras, ſi putas nomen furore ſeruari, famam ira, impatientia. Si hoc credis, putabis iam Deum infamem, qui patientiſſimus eſt, qui ignoſcit, qui vltrà



vltrà benefacit, & noſtra innumera ſcelera beneficiis ſuis vincit. Quis ſtudioſior honoris ſui, quàm Deus? Et tamen cum patientia illum componit, imò ſuſtentat.

Sed age: vindictam ab inimicis ſume; cum iſta tamen iuſtiſſima lege, vt à maiori incipias: iniuſtum eſt, ſi nocentiori ignoſcas, ordo iniuriæ præſcribat vltionem. Maiorem omnium hoſtem iram tuam habes: hæc plus te offendit: ab iſta auſpicare vindictam. Primo inimico deleto, procede ad alios. Iuſtiſſimè Plato ſæuiturus in ſeruum ſuſpendit vindictam, Cæderem, dicens, niſi iraſcerer: ſcilicet, propter quod alius ſæuiret, non ſæuit: iudicauit primam vindictam meritum iræ ſuæ fuiſſe, de qua priùs vlciſci voluit. In primis è domo pellendus eſt hoſtis, quàm alij per plateas quærendi. Priùs voluit Plato, poſtquam ſentiit iraſci, flagellare iracundiam dominantem, quàm ſeruum; ſuſpenſam diu tenuit dexteram, quam ſuſtulerat cæſurus. Rogatus quid ageret? Ab iracundo, ait, exigo pœnas. Tranſtulit ad ſe ſupplicium: digniorem cenſuit flagris iraſcentem dominum, quàm negligentem ſeruum. Nec dominum ſe putauit, dum in ſua poteſtate non erat. Maior itaque cauſa ſæuiendi aduerſus te eſt, quàm aduerſus æmulum: atque ſi ſolùm reſpiciamus ipſam iram, quam in æmulo, licèt diſpliceat, imitaris, ſaltem æqualis: quia iratus fuit inimicus, tu iratus ſis. Age, pari ratione iratus tibi eſto, cùm iraſceris. *Cap. 50.*

Illud eximium genus vindictæ eſt, cùm ſine damno *Cap. 51.*

damno tuo, cùm bono inimici iraſceris: nullum penetrantius bonitate & beneficentia vulnus: ipſum ſauciat cor. Non eſt ignobilior victoria beneficiis, quàm ſceleribus parta. Velle aliter quàm benemerendo vlciſci, timidi eſt certè, & ſtulti: quia bonum te præſumis, non vis à malis offendi, ánne à bonis malles? Iſtud fieri nequit, niſi ſint, vt tu bonum te putas, id eſt, peſſimi. Vt quid iraſceris, quòd mali te offenderint? an quòd mali ſint? Quod ſuum eſt, fecerunt: tu, ſi bonus, quod tuum fac, cura bonos facere. Iſtud vltione non facies, quæ, cùm te reddat malum, malos non reddet bonos: patientia potiùs, ſi non bonos, beneuolos ſaltem reddet; ſin minùs te vltum, quia meliorem. Satis ſe de peſſimis vindicauit, qui melior factus eſt: illuſtrior virtutis dignitas damnat iniquos: atqui melior oſtendêris, ſi ames etiam malos. Multa in ſpe diligis, frumentum in ſemine, fructus in ſtirpe: dilige eum, qui poteſt amicus eſſe, qui bonus, (licet nondum ſit,) & fortaſſe te melior. Quiſquis diligit aliquid, id, ex quo fit, etiam amat: materia non eſt negligenda: amat ligna & lapides, qui amat domum: ſi bonos diligis, etiam malos dilige, ex quibus boni fiunt. Amas id, ex quo calix fit, ama id, ex quo iuſtus, vnde amicus, vnde Angelus. An fortaſſe non, quia mali offenderunt, iraſceris; ſed, quia te bonum? Excuſatum periculum quæris: nemo bonus ad vltionem tenetur: nulla duelli lex te compellet inæqualibus pugnare armis: ſuperant nocendo mali viribus, artibus, dolis, perfidia: hæc bonus



bonus arma non habet, excuſatur. Satius eſſet obliuione reparare malum: iſta vindicta innocens tibi, immunis etiam hoſti eſt: non meminiſſe iniuriæ tantundem eſt, ac non accepiſſe: tam parua diligentia ſupra humana conſilia, & omnem potentiam, quod factum eſt, non refectum modò, infectum feciſti.

Impetus ipſe vltionis ad veniam te flectere *Cap. 32.* debebat: quædam tutela & amor tui ſollicitat vlciſci; at, ſi te amas, cur tibi placet, quod in alio diſplicet? Ab iniuria tempus ſolum vindictam diſtinguit; non excuſat. Præcipitas appetitum ſibi obſtantem: malum parat tuum ſolicitus boni: velut apis in nullum ſæuit iratus, niſi cum ſua pernicie: pungit alium apis, ipſa perit. Riſu excipias contumeliam tuam, & irriſiſti contumelioſo: alioqui honorabis ſcelus inimici, quem veritus reuereberis. Suſpicis, à quo doles deſpici. Aut iudicium, contumelia eſt, aut mendacium: ſi iudicium, ad eruditionem patientis eſt: ſi mendacium, ad pudorem dicentis. Adiice, aut in ancipite eſt, & dubium, & tunc ad interpretationem bonam. Multa conuitia nobis facimus, quia interpretamur. Itaque ferenti, aut bona contumelia eſt, aut non mala. Nonnullis ad ignominiam laus fuit, fortaſſe erit contumelia ad gloriam. Quid maleféci, dixit Antiſthenes, cùm nouit laudari. Gratulari quoque poſſet, qui malè audit, ſi non de conſcientia, de ſuſpicione benefacti. Maxima beneficia, quæ bona mens non poteſt gratia ſoluere; praua ſolet iniuriis. Certè,

Certè, ſi inuidus ſuæ linguæ dominus eſt, ego mearum aurium: imò præualebo duplicatis armis. Potentiores idem Antiſthenes voluit eſſe duas aures, quam vnam linguam. Cur inuitus ſemel audiam, quod ipſe de me, aut peius ſæpius ridens dixi? Cur offendor, quòd alius me imitetur, & probet ſententiam meam? Cur ſuccenſeo, ſi vnus dicat, quod omnes vident. Sæpiùs mihi contumelioſus fui, dum putaui contumeliam, fortunæ libertatem, aut naturæ neceſſitatem. Satis mihi obieci, ſatis exprobraui, dum puduit, dum celaui: improperium meum cum diligentia feci; improperium ab alio cum patientia deſtruam. Grauiter lædentem lædit, qui non dolet: tranſmittit dolorem in æmulum. Is, qui lædit, dolebit, ſi non lædit læſus. Ad hoc lædit inimicus, vt doleas, & ſuo deſtitutus voto ipſe dolebit: ſi non ferias illum, feries illius inuidiam; beneuolum, qui infenſus erat, facies. Dic, à quo accepiſti iniuriam, ab homine, an à malitia hominis? Ab iſta, dices: ergo in illam iraſcere, illam perde, non hominem. Argutè Guigo ait: Qui in iniquitate ſua occidit iniquum, eò quòd odio habet iniquitatem, & vult eam delere, fallitur: mortuo enim iniquo in ſua iniquitate æterna eſt iniquitas. Qui ergo odit iniquitatem, det operam, vt corrigatur iniquus: & ſic peribit iniquitas eius. Sed, quidquid de illo ſit, ipſe illæſus eris patientia. Fulmen inquiunt non ferire dormientes, quoniam cedunt, nec vllo pacto reſiſtunt.

Iſtud



Iſtud ingenium iræ ſatis extra propoſitum naturæ conſtat torqueri, nec tam crudelis nouerca eſt, quòd inſidias nobis pararet; nec tam imprudens mater, quòd admitteret: minimè aduerſùs alios homines, cùm omnes exermes, pacificoque finxerit habitu, armauit bellicum affectum: nec ſuperflua, nec auara eſt. Vacaſſet ira ſine armis, deſiderarentur arma cum ira, ſi rixis, & cladibus illam dedicaſſet, alterutro iſtorum vitio non excuſaretur natura, vbi nunquam peccauit, ſemper innocens fuit. Adiice, quòd iracundiora, inualidiora ſunt, mulierculæ, infantes, ſenes, ægri; inepta natura eſſet, ſi pugnæ debiliſſimos legiſſet. Igitur iram dedit aduerſùs id, quod armis & robore non indiget: aduerſùs paſſiones noſtras, aduerſùs voluptates, aduerſùs vitia, vt illas conuerberet, illas atterat, compeſcat, hæc lancinet. Specta mores iracundiæ aduerſùs vitia compoſitos: aptiſſimi ſunt; tota illa tyrannis & dominatio ſuperba in ſcelera laudatiſſima eſt & neceſſaria. Non ſegniter, non infirmiter repugnandum eſt culpis, in quarum deſolationem odit natura negligentiam, aut imbecillitatem. Inde ſimultaneum furorem fecit, ne vis diuiſa minor eſſet, nec particulam vitij vult admitti. Celerrima omnes animi copias ira conuocat, vt tanto malo præſtò ſemper ſit. Ad hæc, independentem ratione velocitatem dedit: magnóque conſilio inconſultam fecit iracundiam: nihil pro more ſuo ſuperfluum natura facit: vacat deliberatio, an non ſit peccandum: non eſt opus expe- *Cap. 53.*

ctare

ctare conſilium: iam eſſet error conſulere, num erres, num ſceleſtus fias. Præiudicium habet ira ſanctiſſimum: ſemper reſiſtendum ſceleribus, nunquam cedendum: nec ad id, quod neceſſe eſt, conſultationem neceſſariam eſſe. Quare rationabilis eſt in ira ipſa impatientia rationis expectandæ: meruitque impetus ſui diligentia honorem mentis, non amittit. Plato partem iraſcentem animæ propinquiorem rationi dixit. Iuuamur irâ aduersùs libidines: magis rationalis eſt, quàm virtus concupiſcens.

*Cap. 54.* Tali itaque expugnatore egebant vitia, fortiſſimo, impigro, terribili. Talibus, tantiſque cædendæ armis voluptates ſunt. Venuſtè Diadochus iram dixit naturæ telum: malo, quamuis noſtro, vſi ſumus. Velut gladius in amentis, aut pueri manu vulnerat habentem, cùm ad defenſionem ſtricta noſtræ naturæ arma nos ſauciant; lædimur ira, qua defendendi eramus; fortiter vibranda in omnia ſcelera, & malignos impetus cordis. Conſultè telum dixit, non gladium: procul à vitiis ſimus cominùs confodiendis, quorum omnis vicinia vitanda eſt, & per arma pernicia pugnandum omni prohibitione acceſſus.

* * *

PRO



# PROÆRESIS VIII.

## *Timoris vſus, & vtilitas.*

PAri atque iram abuſu torſimus timorem ad noſtrum tormentum, quem fecimus miſeriarum feliciſſimum penu, & plenam inanium angorum cornucopiam: plus enim laboramus metibus, quàm malis. Proceſſit inſania, vt ipſa vota fecerimus pericula, ipſa bona timenda, dum pro ipſis timemus. Non duntaxat in malis periclitamur; ſed in timoribus periculi, in ſpe bonorum. Dum metus eſt, ipſe, aut periculum eſt, aut damnum. Maturamus timendo diſcrimina, præcipimus triſtitiam, anticipamus mala, imò multiplicamus. Inani prouidentia plura mala timemus, quàm ſunt: multa, quæ non eſſent, ſunt, quia timemus; & quæ ſunt, diu ſunt: à metu incipiunt eſſe. Itaque timor noſter plura mala facit, vel maiora: aut addit, aut ampliat: præter diuturnitatem, acerbitatem auget. Quæ immatura ſunt, auſteriora ſunt: pleraque acerbiùs ferimus timendo, quàm patiendo: minora in ſe ſunt quàm in formidine; ſuſpicio exaggerat ignota, & in peius vergit. Omnia intempeſtiua etiam bona tædio ſunt, qualia erunt mala? Ad hæc, nec tantùm mala parat, quia fingit, ſed, quia facit, & incertum periculum fuit certo damno. Ad exaggerationem amentiæ, ſupra certitudinem nonnunquam magnitudinem adiecit: ma- *Cap. 55.*

FF iora

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

iora damna quærimus, quàm timemus, & ne minus periculum veniat, nos venimus, imò currimus ad maius malum. Molpadia, atque Parthenia, fracta à ſue vini amphora, habuerunt, quid haurirent: veritæ patrem, præcipites ſe mari dederunt, vini abſorptæ ſorbuerunt fata.

*Cap. 56.* Metus itaque eſt innatum tormentum, ingenium prolongadæ miſeriæ, inuentio mœrorum. Nec tot crudelitas reperit humana cruciatus, quot timiditas. In quibus nobis peperit fortuna, non ignoſcit prouidentia noſtra. Inuere crudeliſſimam, periculoſiſſimamque prouidentiam Artemonis: ne quid in eum caderet, fecit, quamdiu vixit, vt duo ſerui ſcutum æneum ſuper caput obtenderent. Quæ maior miſeria, quàm cui cælum ſuſpectum fuit? Domo egreſſus ſolebat lectica tecto adoperta circumlatus ferri. Certè quem prouidentia vitæ prohibuit rectâ ire, prohibuit rectè viuere. Ecquod maius periculum erit iſto timore periculi? Neſcimus, quid timeamus: neſcimus, quando periclitemur, pauidi etiam meridie.

*Veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis*
*In tenebris metuunt: ita nos in luce timemus.*

Falleris, Lucreti, non cum Sole timemus: in caligine ſumus, nihil in die videmus, ideò omnia timemus, ſemper triſtamur.

*Cap. 57.* Minima fuiſſet miſeria præſentibus malis, niſi ſpatiaretur pauoribus ad omne tempus. Addita ad cumulum abſentia ſunt, quæ non minimè nos vexant: plus nos torquent mala, quæ non



non ſunt, quàm ea, quæ ſunt: plura illa ſunt; nam plura poſſunt eſſe, quam cõtingunt. Metus omnia ſtultè admittit. Magnum iſtud infelicitatis põdus adiecit timor, vt, pluſquàm poſſumus, pateremur, cùm timeamus, pluſquàm patimur: bis patimur mala, cum ſunt, & cùm formidãtur. Neceſſitatẽ magnam mœrendi induxit metus: euadere ægritudinẽ non licet: cùm ſunt, cùm non ſunt, ſemper mala nos fodicant; effugere nequimus eſſe miſeros: intercepti ſumus; poſſibilitate mali malè iam ipſa afficimur. Anne timorẽ inſidioſa nobis natura ad iſtorũ malorum præſidium meditata eſt, cùm pauca dentur, plura paret, plurima geminet; tum, ſi ipſum computemus timorem, triplicet. Cur nos impendimus ſecuris? Integros nos reſeruemus periculis, integri mala expectemus. Timoribus iam fatigatus animus facillimè malis cedit: victus ante ipſa, pauendo iacet: eminùs iam illum confoderunt, mox cominùs repetitione vulnerum miſerè concidit. Age nunc, ad calculos veniamus. Inutilis malis ipſorum timor eſt: nam, aut certum periculum eſt, aut nullum: ſi certum, nihil agis timendo, niſi præſumere, & antelucano marcere tormento: ſi non eſt futurum, irritis te vexas curis, & præſentibus te punis incertoribus; ipſe timor iam eſt periculi incerti certum ſupplementum, certum damnum.

Anguſtum ius fortunæ eſſet, ſi duntaxat *Cap. 58.* præſentibus nos inuaderet, quorum leuiſſimus dolor vix ſenſum ſui faceret: ſecuris tempus,

antequàm cognoſcatur, dilapſum: minimum eſt præſens & ignotum: mala diuiſa & ſuccedentia temporis ſucceſſioni accommodata veniunt, vt vel ſi magna ſint, non magnam pro diſtributione præſens ſortiretur partem. Maxima leuia fuiſſent, ſi non ſucceſſionem ſentiremus, ſed præſentiam: minima portio, quandiu ſunt, eſt; nam, dum ſunt, minimum eſt: non ſpatium, ſed momentum, ad quod inter innumeras diffluentis temporis particulas exiguum ſpectabit. Demus maximum: quod momento eſt, non magni momenti erit: tolerabilis, fortaſſe leuis, miſeria foret, ſi non inique committeremus ſenſus damnis, quorum leue, dum durant, pondus habent, niſi nos coaceruaremus multas partes: reuocamus præterita, præſumimus futura. Quod ſenſus capere poteſt, præſens eſt: opinio malum illud inuenit, vt diuiſum per tempus malum timendo copularet: ſcit multa mala vno tempore, imò vno & minimo momento, maximo amplecti odio. Tamdiu duret pati, quamdiu dolere: nec vnius patientiæ parti, multas imponamus doloris. Hac arte, hac ſtultitia protrahimus contrahendo mala, & longam mœrorum vitam facimus. Quia ante tempus patitur, ſupra inuidiam fortunæ patimur: ignauâ prouidentiâ, quæ diſcutere volumus, aduocamus: optimum eſſet differre, quæ excuſare non poſſumus. Certè magna diligentia foret diſcutiendis triſtitiis, negligere futura. Fortunatius Dionyſio Siculo fuiſſet, ſemel perire, quàm ſemper:



ſemper: felicius improuiſa infelicitate corripi, quàm diripi cauta, id eſt, timida felicitate. Qualem putabis felicitatem, qualem maieſtatem, cui non licuit, quod ſeruo? Totam timor corrupit fortunam, &, quod mireris, naturam. Chariſſima & naturæ & iudicij ſui pignora, filias & vxores, Ariſtomachen, & Doridem, ſi non in odio, in ſuſpicione habuit: quibus dedit vitam, non confidit genas: à filiabus nondum adultis ſolùm permiſit tonderi; ab adultis, nec à filiabus: & ne horridus vultus etiam ſibi horrorem maiorem incuteret, dum aliis timebat, ſi plùs timeretur, plùs timere; nam,

*Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.*

iuglandium dumtaxat putaminibus aduri pilos eſt paſſus: tanti illi ſtetit hæc neceſſitas cultus: timor illum priuauit, quo pecora non carent. Neque voluptas potentiſſima tyrannorum domina illi fuit libera. Niſi euolutis omnibus, & exploratis ad vxores non veniebat: nec adhuc, licèt tutam reperiret voluptatem, tutum ſe cenſebat; latis circumdedit foſſis lectum, quas ponte commiſit ligneo, & hunc clauſis cubili foribus detorquebat. Quid? nec vocem illi timor liberam, aut tutam reliquit: ab edita concionari turri ſolebat, non ſe credens ſuggeſtis. Quid? nec ſuo pectori.

Ad quid ergo timor datus, ſi per tot peſſimus mala, reus omnium mœrorum, virus tranquillitatis? Certè ad maximum eſt bonum, &, vt eleganter dixit Theophanes Cerameus, pharma- *Cap. 59.*

FF 3 cum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cum, vt euomas virus malorum: niſi malè abutaris, eſt quædam naturalis prudentia arcendis malis ſagaciſſima, ſed vitio noſtro infamia puſillanimitatis damnamus; eſt quoddam præſagium innatum ad excubias, ad explorationem malorum, quoddam ſatellitium ſecurum ad bonorum cuſtodiam. Non igitur peccauit intentio naturæ ſincera, atque beneuolæ, cùm dedit; ſed noſtra ignauia, cùm vtimur: ad omnia, quæ putamus mala, accommodare volumus, minimè ad omnia conſentaneum. In primis timor non eſt ad mala neceſſaria: nihil horum formidine medemur: ſolùm præcipitamus triſtitiam: certis periculis fruſtrà impenditur metus. Deinde, neque ad mala contingentia: ſi vitare nequis, in caſſum te macerabis matutina triſtitia, ob id, in quo fortaſſe benignus caſus erit. Ne te ante tempus damnes: ignoſce tibi, cui nondum irata eſt fortuna; nec crudelior tibi ſis timendo, quod illa non committet. Quid? committat: id minùs triſtitiæ habebis, quantùm minùs timuiſti: breuiſſima plaga, & in incertitate ſua te percellet. Neque timor eſt ad ea mala, quæ declinare potes, ſi incerta & ardua ſit euaſio: pluris nonnunquam conſtat euadere mala, quàm pati: in his & curæ computandæ ſunt, & pericola; & pro exceſſu, aut expectandum, aut cauendum: non magnis ſumptibus minima emenda ſunt: parum fortaſſe periclitaberis patiendo, & nimiùm patieris timendo. Denique, neque timor eſt ad mala, quæ putamus, licèt declinare poſſimus, ſed quæ ſunt: in his



in his inanibus & fictis malis, non muniet nos metus, ſed puniet mœroribus, & quidem non fictis.

Innoxius itaque erit in noſtris noxiis, in veris malis, & quæ in noſtra ſit libidine vitare. Igitur ad præſidium contra peccatum, iſtud ſolùm verum malum, iſtud ſolùm in noſtra eſt manu diſcutere: in his fideliſſimus ſpeculator metus renunciat, quæ præuidet, cordi, vt prouideat, vt aduocet in conſilium mentem, vt reuocet conſulta & meditata, vt muniatur ad hæc pericula. Iſte eſt caſtiſſimus timor; ſcilicet, in ſinceritate ſua timor eſt, non malum: alij enim malorum timores, ipſi mala ſunt; caſtitatem naturalis affectus corrumpunt: tranſeunt in id, quod fugiunt. Ceterùm, euidens ſignum eſt, timorem datum ad hæc arcenda mala, quòd certiſſimè & faciliimè & per ſe arceat: ipſe timor peccati ſuperat peccatum, timendo vincit: alij timores non tollunt timendo mala, potiùs addunt: quæ tunc malorum remedium, non ſunt; at metus ille remedium ipſe eſt: inde alij timores vagi, iſte conſtans & permanens: illi tamdiu ſunt, quamdiu malum non veniat, aut inueniant remedium, vt non veniat; iſte durat, quia ipſe remedium eſt, & dum eſt, non eſt malum: inde cum iſta perſeuerantia, nec moleſtus eſt, tutus malis omnibus: in tantum ſibi placet, vt quod magis timeat, ſit non timere. Qui eluctatus ferarum vngue & dente in ſcopulum, aut arborem aſcendit, ibi iam non timet feras, ſed caſum: timet non eſſe, vbi

vbi ſecurus eſt: alios timores excludit ſecuritas, iſte ſecuritas eſt. Adiice, ad innocentiam caſti huius timoris, non ſolùm vera mala tollere, ſed fictorum malorum timores: tametſi ipſi, vera ſunt mala. Clauus trudit clauum: omnes timor Dei pellit timores: hic timor ſecurus eſt, ipſe nos tutos reddit; & dum nos defendit, cauſam Dei agit. Commodè illum dixit Leontius Arabiſſius, *δικαιοκρισίας συνήγορον*. Generoſus item eſt, non vtilitatem præſtat animis, ſed magnitudinem, & nobilitatem ſpiritus: deme iſtum timorem, audaciſſimus quiſque timidus erit: mens enim mali ſui conſcia, velut ſpongia imbuta aloës, & abſynthij ſuccis, quolibet preſſa terrore, mille fontificat riuulis; amariſſimas formidines qualibet compreſſione diffluit felle.

*Iuſtitiæ patronum.*

*Cap. 61.* Atqui & temporalium metus aliquando innocens & ſalutaris eſt, cùm miſcetur fortitudini, fiduciæ, prudentiæ, ſpei. Sunt quædam per ſe nociua, quæ mixta ſalutaria ſunt: iuuat & venenum confectum: iuuat iſte timor, cùm cautio eſt, non conſternatio: ſpem præcipitem temperat. Nulla eſt prudens expectatio, quam timoris mica non condiat. Spes, vt vinum fortiſſimum, nimiùm exhilarat, & ſenſum interdicit cerebro: temperari opus eſt medioeri metu, vt aqua vinum, vt cum modo & rationis immunitate delectet. Fauore huius timoris, ſæpe fortuna non indignatur ſpei: refert aliquando iſtam gratiam ſpes, cuius etiam fauore deſinimus timere, ſi ceſſamus ſperare. Cupiditatis finis, iuxta Hecato



Hecatonem, timoris remedium eſt. Verùm nos, quia laxamus vota, multiplicamus timores: quia cupimus, vt immortales; timemus, vt mortales. Non omnia noſtra cum morte moriuntur; quid formidamus, vel mortem?

---

## PROÆRESIS IX.

### *Triſtitiæ commoda indulgentia.*

REſtat triſtitia, aduersùs quam tota Philoſophia armatur, ad cuius iniuriam plura hactenus diximus, & dicturi ſumus. Nunc pro multis calumniis volumus mereri de illa nonnihil, & excuſare naturam, atque accuſare nos. Deprauauimus quoque iſtum affectũ, & miſeriæ infamauimus elogio: ſuas tamen vſus ad felicitatem habet, & cum naturæ conſenſu. Rogemus Platonem: non omnes damnat triſtitias: eas potiùs commendat, quæ gaudiorum origo, aut minorum ægritudinum ſint cauſa. Sunt aliqui corporis morbi, quibus indulgemus propter valetudinem: alimus in brachiis, & cruribus vlcera, ad cloacam euacuandi peſſimi humoris: vulnere rupta vena aliquando fuſo ſanguine continuit vitam: ita aliquis ſenſus animi nonnunquam eſt permittendus & innoxius. Præter iſta in vniuerſum ſuccutiendus eſt mœror è ſinu, & purgandum pectus, ſeruandùmque fores cordis, velut cum ſæuit peſtis, ne ſine examine intret. Grauiſ- *Cap. 62.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſinum iſtud malum eſt, vt cæterorum acies non feriunt niſi per illud: ſine triſtitia noſtra omnis noxia innocens eſt; omne damnum ſine mucrone, hebes, & rude. Quare ſine vſu, aut boni, aut minoris mali, tam ex maioris collatione boni, toleranda non eſt triſtitia.

*Cap. 63.* Fateor rarum, & ad Phœnicis miraculum, albámque auem eſſe, qui nunquam ſit atro pectore. Vbi carbonarium vidiſti immaculato vultu? Fumus, & puluis terrenarum rerum quocumque diſſipatur, contagio quodam triſtitiæ familiaris. Menander dixit, conſanguineam eſſe vitæ: neceſſitatem mœrendi neceſſitudinem putauit. Verùm, non tam indomita, & æqua eſt iſta dolendi neceſſitas, quin, ſi inuictam cupiditatem non habeas, violari nequeat. Ægroti autem ſumus, & debiles, nolumus non cupere, non poſſumus non mœrere, & velut exulcerati artus, atque ægri, ad leuiſſimum tactum gemimus: nec plura oblectamenta recreant, quantùm vnus macerat dolor: delicatior ſenſus malorum eſt. Auidi ſemper eorum, quæ deſunt, ingrati præſentibus, non compenſamus copia plurimarum rerum neceſſariarũ, vnius ſuperuacuæ inopiam, quam nec neceſſitas, nec vtilitas fecit; ſed cupiditas ſubtilis neceſſitatis artifex. Inæqualiter, & ad iniuriam noſtram diuidimus affectus: aliena, aut non noſtra plus amamus. Quid angeris, deſit modò, quod nuper habebas? Nam, cùm pridem non habebas, tam anxius non fuiſti: in eumdem nunc ſtatum reſtitutus es, cur plus mœres? habuiſſe



buiſſe auget dolorem? potiùs compenſet. Habuiſſe, beneficium fuit; gratiam debes fortunæ: habe: contenta eſt patientia tua, & pace tua, & ſuauiſſima pax cum fortuna, non vt aliæ concordiæ conuenit votis: contrariis ſtat cupiditatibus, ſi quod fortuna vult, tu nolis: ideò cùm carebas, & non habuiſti, triſtis non eras; & modò triſtis es, quia habebas: poſſeſſio irritauit cupiditatem. Facile & vile remedium ſtat, quod nec voto eget, non cupere. At, ſi poſſediſſe tantoperè apud te valuit, cur nihil poteſt poſſidere? Plura reſtant, quàm amiſiſti. Cur omnia, quæ habes, perdis, dum non habes, quod perdidiſti? Anne excuſabo ingentem mœrorem tuum, quem maiorem cenſui iacturâ? Putabam ſolùm amiſiſſe vnum, ſolùm deeſſe vnum: ſed video amiſiſſe omnia, dum amittis vnum. At, dolor huius vniuerſalis iacturæ penſari debet voluntate; ſponte amittis omnia, dum reſtantia non placent; nec illis vis gaudere. Quidquid ſponte fit, ſine ægritudine eſt. Iam nulla noſtri doloris excuſatio eſt, niſi ignominia dementiæ, quòd tam iniqui felicitati noſtræ ſumus, vt eam locemus, aut in his, quæ deſunt nobis, aut nocent; in his, quibus neceſſariò ſumus miſeri.

Fecimus, vt non ſolùm mala nos proſcindant, ſed ipſa dilacerent bona, dum deſunt, id eſt, cupimus. Vber hic panditur mœroris ſeges, ſi bona abſentia mala putamus: abſunt plurima. Expedi obtutum tecum per maiorum domos, per Regum prætoria, per lætiſſima quæque inuidiæ ſpatia, *Cap. 64.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tia, breui madidum facies, ſi bona, quibus cares, computes damna: toties triſtis eris, quoties lætus eſſe poteris, aut putas: maximè miſer eſt, cui felicitas, poſſibilis miſeria eſt; qui tot numerat mala, quot bona numerare poteſt. Certè, ſi abſentiam malorum in bonis debès ponere, vellem, vt lyncea tranſmitteres lumina, penetraréſque etiam feliciſſimorum penetralia: poſt multos parietes plurima infortunia inuenires; per angulos etiam aulæ iacentia mala videres, quorum immunem te vides. Bona tua ſupputa. Præuerteres aſtutias fortunæ iſta leuiſſima diligentia, ſi mala, quæ deſunt, in bonorum calculis admittas. Hoc pacto excedent, aut æquabunt bona malis nunc ſuperuacuis, & excedentibus. Quotuſquiſque non videt, & tractat manibus innumera vbique aberrantia, vbique obuia mala; bona autem à longè ſolum numerat: inde cùm factio iniquæ fortunæ ſuperet fauentis cohortem, latiùs illa dominatur, nec vi vinci, ſed ingenio poteſt. Subtiliſſimum ſtratagema eſt, abſentiam contrarij in contrarium transfundere, & ſuis ipſis ſatellitibus expugnare infelicitatem. Hac arte numeroſiores copiæ bonorum erunt: nam, ſi carentia malorum, bonum eſt, mala plurima ſunt: nam, etſi multa lugeamus, pluribus caremus; non tot habemus, quot poſſumus: quare iam bona plurima erunt: ita ab aduerſariis ad nos trãſit exercitus, & alienis viribus vincemus miſeriã. Sed demus vinci: quid mœremus? anne lacrymæ expiabunt infelicitatem? Audi Philemonem:

Ei



*Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,*
*Ἀεὶ δ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύσατο,*
*Ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον.*

*Si lacrymæ noſtra malis mederentur, & lugens ſemper dolere deſineret, vel auro lacrymas commutaremus.*

Inutiliter mœror impenditur malis, quæ non impedit, non adimit miſerias, ſed addit. Peruerſa & miſera iſta triſtitia eſt, quòd ſit, & non malorum, & non medicandorum: flet, quæ non poteſt tollere, & quæ non deberet. Ad hæc, iniqua ſibi ſupra malum, ſiue, vt veriùs dicam, ſupra opinionem mali laceratur. Odo Cluniacenſis ait: Calamitas, quæ momentaneam lætitiam, licèt mox tranſitura, concutit, quaſi infinita defletur. Non huic itaque inutili triſtitia vſui à natura eſt:

Nihilominùs, vt ad triſtitiæ modum accedamus, non omnis triſtitia miſeria eſt; ſed, quæ ſine *Cap. 65.*
fructu eſt. Ne ſæpè inutiliter triſtemur, aliquando triſtari eſt neceſſe: triſtitiam vtilem dico, quæ remedium malorum eſt. Non ſine vſu iſtum affectum natura conſecraſſet, neç niſi alicui bono. Neque leue bonum eſt, perdere mala: feliciſſimus mœror eſt illorum malorum, quæ auferre poteſt, & debet. Huic non eſt opus remedium adhibere; nam ipſe remedium eſt: quia iſte non malus; nam tollit mala: cum plauſu naturæ, & quadam illecebra eſt. Iſtam triſtitiæ laudem in duobus reperio malis, in culpis propriis, & pœnis alienis: non eſt data triſtitia parentandæ extinctæ fortunæ, ſed noſtris culpis: nam non eſt remedium eorum, quæ pateris mala, ſed, quæ facis: riuos lacrymarum ſub ſinum defluentes,

quos

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quos iſte affectus mittit, ad argumentum puta officij aliquid ſub pectus ire quærit: maculam cordis opinor: dat, vnde expietur: iſtam triſtitiam non putes miſeriam: ſiquidem tollit illud, quo miſer es. O fortunatum! ô lætum luctum, quo deſines eſſe lamentabilis! ô ſalubrem ægritudinem, qua ſanus fies! Iſta triſtitia, cum ad guſtum ſit naturæ, minùs moleſta eſt. Et inter ipſas lacrymas, quibus euaporatur dolor, quid placidum guſtat.

Cap. 67. Ad leuandos quoque alienos mœrores noſter prodeſt: non leue remedium damni proprij triſtitia aliena eſt: inter plures onus diuiſum, nulli eſt onus: diuiduntur mœrores, vt ſarcinæ: malorum ſolatium eſt conſortium: quemadmodum meticuloſi, ſi ſoli ſint in aliquo loco, trepidant; ſi cum ſociis, remittunt timorem: putant enim plures eſſe, qui reſiſtere malis poſſint, & proprium periculum, ſi commune ſit, aut minus futurum multis obſiſtentibus, aut languidius: ita qui mœret, communitate languentium ſperat maiorem reſiſtentiam, minúſque pertinax malum; neque diu durare poſſe, cui tot repugnant. Ad hæc, ex compaſſione aliena arguitur iniquam ſuam paſſionem: præſumit iniuſte pati, & quadam libentiſſima fraude expiatæ conſcientiæ ſe ſolatur: tum propter doloris communionem amari putat: lacrymæ ſunt gratiſſima amoris cæremonia: amari autem iucundiſſimum eſt: feſtiuitas beneuolentiæ extenuat mœrorem. Iſtæ igitur duæ triſtitiæ remedia ſunt,



ſunt, aliæ remediis egent. Denique varia varij pharmaca temperandi doloris præbuerunt; Epicurus, reuocationem mentis; Cleanthes, putare nulla mala eſſe; Peripatetici, non magna; Plato, non certa; Chryſippus, detrahere mœſto opinionem mali, ſi ſe putat officio functum; Quirinus Sophiſta, quòd ſibi ſumpſit conditionem communem, extincto filio conſolantes ſolatus reſpondet: Quò reſeruo hominem eſſe? Nullum ego puto efficax remedium non mœrendi, ſi non ſit remedium cupiditatis: fortaſſe luctum adimes, non ſtultitiam, periculum lugendi.

LIBER

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# LIBER SEXTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

## DIORISMVS I.

### *Circa differentias bonorum, & malorum.*

Cap. I. ERVDITIS voluntatis impulſibus, reſtant mentis aſſenſus ſpecialiùs quoque elucidandi, quos affectus contaminat, qui corripit affectum. Sæpè cupiditas perdit iudicium, ſæpè iudicium perditum reperit cupiditatem, aut reparat: vtrumque pernicioſiſſimum, & illius pernicies, & huius ſalus. Mutuò ſe perdunt voluntas & mens; mutuò ſe reſtaurabunt: quare fauor voluntatis eſt, informare mentem. Oportet rerum aulæa contrahere, quibus oppanſæ latent, vt nudas, ſuáque ſinceritate perſpicuas exploremus ſine fuco & laruа, ſequentes naturam, non famam. Ad ſingula veniam, poſtquàm per ſummam diſcuſſerim bonorum, malorúmque differentias, & naturam, deturbauerimque turbatas



opinione imagines. Adoramus enim damna noſtra ſpecioſa boni fronte: abominamur bona primo & indiſcuſſo aſpectu territi. O diligentiſſimam ad inutilia ſocordiam hominum! Eradicant herbas, examinant fibras, ſcindunt, coquunt, eliquant, exenterãt feras, inſpiciunt, extirpant neruos, diſtinguunt arterias. Herophilus, diligentiſſimus lanius naturæ, vt curaret, ſexcentos exſecuit: luſit per homicidia curioſitas: odit hominem, vt noſſet. Summa diligentia explorantur viſcera irrationalium. Rationem quotuſquiſque explorat? cur morborum cauſas, rerúmque naturas ſolicite inquirimus; & non ſumus curioſi opinionis, laudis, fauoris, paupertatis, virtutis naturas ſcrutari, interna inſpicere?

Plura glorioſum boni titulum apud vulgus vſurparunt quadam mali noſtri conſpiratione: poſuimus enim felicitatem in periculo: quid autem minus ſunt, quod magis videntur. Percurre omne, quod adorat cupiditas, cui dedicantur vota, vnde ambitio ſuſpenditur, quod inuidiam occupat, quod vel parſimonia [illegible], & quidquid cum tempore pergit, iniuſtiſſime bonum dicitur, amentiſſime putatur. Lux eſt, quod lucidum reddit; calor, calidum. Formæ titulus effectus eſt. Cur, quod te bonum non facit, faciet fortaſſe peſſimum, bonum putas? Non eſt bonum, quod bonos non facit. Is putet voluptatem bonum, quem bonum fecit. Opes, ſi probos plures, quàm iniquos fecerunt, probentur: ipſum vulgus, quod probat diuitias, exprobrat diuites, Cap. 2.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

& iniurias potentium vindicat inuidia, aut odio. Sæpiſſime diuites ſe malos faciunt, cæteris mala. Quin, nec diſſimulare noſcunt iſta bona imbecillitatem ſocietate bonorum: rariùs in bonis morantur, improbos affectant, atque ex amore malorum boni amittunt famam. Ad hæc, Deus certò bonus eſt, & amat bonos; quibus tamen minùs iſta tribuit: certè quia non ſint bona. Aut Deus malus eſt, aut illa non bona: quia magna neceſſitate Deus bonus eſt, illa non ſunt: diſtribuit etiam malis & hic plura. Vult hoc conſilio reuerentiam horum bonorum perdere, vt pudeat id cupiiſſe, quo frui licet peſſimis; licet & brutis, quo Deus caret.

*Cap. 3.* Adiice, quòd nihil ita efficax & vtile eſt, quàm bonum. Bonum eſt, quod prodeſt. Anne proficiunt, quæ nec faciunt te bonum, nec tollunt mala? Grauedinem capitis aureum diadema non leuabit, grauabit potiùs: anguſtias cordis nummus in arca ſidens non laxabit: dentium dolorem delicatus non mitigabit cibus. Quid ſi humanæ dignitatis ſuſpicias finem? Inutilitatem miraberis, nec bona audebis dicere, cenſebis nihil, inutilia, & ſuperuacua. In quo diſtingues, inter ſuperuacua & nulla? Quænam eliges? Eſurienti, ad remedium famis, perinde erit, ſi nihil offeras, ac ſi lapidem: ita quæ remedium malitiæ tuæ non præſtant, quæ ad virtutem non ducunt, quæ ad Deum non trahunt, ſuperuacua tibi ſunt; ſi ſuperuacua, non plùs quidem quàm nulla; ſi nulla, iam non bona. Modeſtè hactenus inutilia,



inutilia, aut ſuperuacanea dixi; ſunt noxia, & quæ non tollunt mala, ſciunt addere. Non eſt neceſſe narrare diſcrimina, alimenta ſcelerum, ſollicitudines.

Præterea, magnum momentum addit tempus titulo bonitatis, quem defectura non merentur. *Cap. 4.* Bonum, & integrum idem æſtimo: ergo bonum erit ſine defectu. Quomodo ſine defectu erunt, quæ defectura ipſa ſunt? quibus deformitas ſui exitus fœdat? Deficientia ſunt iſta, iam non bona, iam deformia cùm tanto ſuæ adhuc eſſentiæ defectu, cum ipſius ſubſtantiæ enormitate. Non ſunt bona, quæ peiora erunt, quò fuerunt maiora: menſura calamitatis eſt, antecedens felicitas. Tum lances, & calices à conſiſtentia æſtimamus: vitreis præferimus argenteos, & aureos; non credo, ſi aurum fragile eſſet, vitrum tenax fui. Fragilia tempore ipſo ſine vulnere per ſe hiaſcentia ſtultè putat diues bona,

*Cui, licet aduerſis ceſſantibus omnia parcant,*
*Lege tamen mortis ſit facienda inops.*

Vides ex his bonis neceſſitatem miſeriæ iuxta diuinum Proſperum, qui tamen attentus fuit excipere virtutem, & expiare tanta calumnia;

*Omnis virtutum ſemper ſubſtantia ſalua eſt.*

Cætera neceſſariò mala erunt, aut tu miſer. Quid delibero? quid dubiè pronuncio? Neceſſariò tu miſer, ſiue mala, ſiue bona ſint: ſi mala, iam cum malis beatus non eris; ſi bona, iam ſine bonis infelix eris, & iam hoc ipſo bona non erunt, cùm mala inferant, cùm miſeriæ ſternant



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

viam: duplex autem via eſt, aut cùm illa te relinquunt, aut cùm tu illa; alterutrum neceſſarium eſt.

*Cap. 5.* Accedit varietas ſententiarum in bonorum complacentia: veritas vna & eadem eſt; error multa membra habet, varium vultum. Omnes homines, Anclidemus dicebat, bonum rati id, quod ipſos cuiuſmodicumque capit, de ipſo ferunt pugnantia inter ſe iudicia. In ipſo conſenſu bonorum magnus diſſenſus eſt. Veniat in medium patentius bonum, quod minùs opinio corrupit, quod non tam ipſa, quam natura fecit, decus. Quantum diſſidium circa formam eſt? Æthiopes nigrorem & ſimitatem commendant; Perſæ aduncitatem, & candidam cutem; alij mediocritatem. Quot item diſſenſus voluptatum ſunt? Quid dixero de aliis, quibus non ſe immiſit natura: ſed magnum opinionis peccatum magna fecit? Quot diſſidia in cultu, in cæremoniis exhibendi honoris, in habitu? Certe nihil erit, quod certò ſciri nequit, quid, & quale ſit. Nullum certum bonum eſt, in quo tot errores ſunt.

*Cap. 6.* Exhibeo quoque conſcientiam tuam hæc ipſa condemnantem bona, quæ commendat; commendas, dum opes tibi; condemnas, dum ſolum tibi. Mala quædam horum bonorum fides quæſiuit patrocinium vnitatis: ſummi enim boni eſt vnum eſſe: vides omnia cæteris bonitatis priuilegiis deſtituta, & titulum ſolùm vis defendere ſingularitatis, ſi ſolùm in te ſint ad inſolentiam

lentiam



lentiam auaritiæ. Quid, ſi aſſecutus ſis, quæ vota diſtraxerunt? Non eris contentus, ſi omnia poſſideas, niſi ſolus omnia. Erras, ſummi boni eſt, vnum eſſe, non vnius: commune quid & publicum eſt; vnum eſt, ſed omnium. Quid maius Deo bonum? At Deus omnium eſt, & communis cenſus: iſta, quæ tu putaſti bona, cùm vnius dumtaxat ſint, bona non ſunt. Quare? quia, quòd vnius ſint, nulli proſunt: in primis aliis non proſunt, dum tua ſunt. Debent deſinere eſſe tua, vt incipiant proficere aliis: nummus, niſi alienes, alij non proficiet; ædificium, nec tibi. Quid? non proficere, dixi? nocent, dum tua ſunt, quia vnius: & ne alia damna, curas, pericula memorem, inuidiam interpono. Satis magnum malum eſt, cui magnum malum appendix eſt.

Iam illam, quam iactant, bonitatem diſpiciamus: ad argumentum potiùs malignitatis erit, quantumuis ſe diſtendant, tumeant, rumpantur, paruulam boni ſpeciem effingunt, mutuantia illam, non ab aliis bonis, quorum potiùs dilabuntur præſentia, & velut ſui pudentia effugiunt; à malis mendicant: qualis bonitas erit, quam mala præſtant? Incommoda paupertatis, quæ ſola eſt recuſantibus grauis, commendant diuitias; fames exaggerat voluptates cibi; valetudini pretium morbi dederunt: debent malis eſſe bona, id eſt, videri; id, quod ſunt, in aſpectu eſt: id mirum, cùm totum, quod ſunt, habeant, quòd videantur; illi, qui plus vident, minora vident, aut non vident. Certè non res, vmbræ ſunt, pro ma- *Cap. 7.*

iori contrahuntur luce. Adiunge, quòd ſequentes fugiant, apprehenſæ manum non implent. Non aliter hunc expectes mundum, quàm domum infeſtam laruis, & ſpectris; aut magicis procuratam veneficiis; vbi omnia voluuntur, franguntur, periclitantur indemnia; videntur pericula & terriculamenta; non ſunt: omnes tuti erunt, niſi à timore ſuo; non timentes, ſecuri. Expende tamen, quàm procul ſunt, vt bona ſint, quantùm ſunt procul, vt te bonum faciant: iſtud colliges, quòd tu potiùs facias bona. Longè ſunt, quòd tibi præſtent, quod à te deſiderant. Facis illa bona, non dico vſu ſuo, ſed tuo mendacio: tantò ſunt bona, quantò tu falſus putando, imò quantò malus te fallendo. Anne vera bona erunt, quæ fraus fecerit, quæ malitia commendauerit? Opinioni deceptæ debêt ſpeciem à longè ſolum renidentem. Velut in agris quidam lapilli ſpeculares ſcintillant diſſiti; ſi quærimus proximè, non videntur: ita iſta putamus bona, cùm caremus ad tormentum cupiditatis. Cùm iuxtà poſſeſſio locauit, contrahunt illam ſpecioſam frontem, qua nobis illuxerunt cæcis. Qui imbecillis ſunt, aut mero occupati cerebri, noctu vident luces, quas faciunt, aut augent. Corpora alienæ lucis non ſemper, ſed à ſitu & interuallo, & obliquè micant. Non habent propriam bonitatem, quæ, cùm diſtant, non cùm adſunt, oſtendant: ita cupiditatis votum, faſtidium eſt; tædet adeptos, quod adepturos torſit; contrahunt temporum qualitatem temporalia,

quæ



quæ ad imitationem annorum amamus; futuros optamus, quos habemus, dolemus: nemo eſt, qui ſenſum non optet: quotuſquiſque cum illo gaudet? Plurimarum rerum totum ſpes conſumit gaudium. Velut venatores oſſibus alunt canes, vt venentur feras, quas, cùm ceperint, ab ipſis auferunt: ita ſpes ſicco quodam gaudio nos alit; mox, cùm conſequimur, lætitia priuamur prædæ.

Fecit præiudicium ſenſuum iſtam damnandam opinionem, quorum iniuria coætanea nobis eſt: ratio natu eſt minor; anticipant enim ſenſus ſententiam bonitatis, quam ſera ratio refellere vix poteſt. Firmatam reperit antiquitate, probatam votis parentum, maledicto æqualibus, qui, ſi bene amaſſent liberos, contraria precarentur, credo, & curarent. Aërij genitrix maluit perire, quàm filium regnare: recuſauit fortunam, cui maximè optatur: nec inuidia fuit, ſed amor. Præſtat fortunæ, non dico, mediocritas, ſed infelicitas. Miſeris non deerit ſolatium, deeſt fortunatiſſimis conſilium. Poſt tot iniurias opinionis vnum vſum agnoſco ad laudem virtutis notitiæ. Parum eſſet reiici, ſi quod ſint res, æſtimarentur. Creſcit meritum, ſi virtus comprimat cupiditatem; quorum æſtimationem præhabuimus: ſi ſenſum cum anteceſſione currentem ſuperet ratio; ſi cupiditatum licentia per antiſtrophen faciat temperantiam. Elegànter & ſalutariter Maximus in Theologicorum Centuriis ait: Χρὴ τερίστας σκοπεῖν τί, καὶ μελετᾶν, πῶς τὴν Cap. 8.

GG 4 καλῶ,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

[illegible] ἀντιστοιχῶ, τοῖς δὲ [illegible] χρεῶν πρὸς γένεσιν ἀρετῶν, ἢ [illegible]. Atqui demus omnia bona eſſe: ad pudorem noſtrum eſt, eſſe peſſimos inſtrumentis bonis. Cur, ſi placent ficta bona, nos, qui verè mali ſumus, non diſplicemus nobis? Pertinax malitia eſt, inter bona, bonum non eſſe; impudica malum eſſe complacentia bonorum.

*Cap. 9.* Cæterùm, reſtauremus quoque ignominiam eorum, quæ vulgus infamauit nomine malorum: non ſunt. Mala putat, & publicat paupertatem; poterat & ſecuritatem: pari elogio damnat labores; credo, ſi bene attendis, & patientiam: errat: iniquè mala pronuntiat, quæ malum non faciunt habentem, ſed aliquando bonum, ſæpè meliorem: faciliùs bonitas creſcit, quàm naſcitur: aduerſa non te miſerum faciunt, ſed fuiſſe oſtendunt; non te malum reddunt, ſed retegunt. Proſperitas humana lacerum inuolucrum eſt miſeriæ, quam diſſimulat, per partes tamen tranſpiciendæ. Tegit miſeriam, imò auget, non aufert: innocentior, & veridica aduerſitas eſt. Deus hæc ſæpiſſimè in bonos, quos amat, diſpenſat, qui delectu non errat, qui amare non deſinit: non ergo mala credas, quæ optimus dat, aut bonis, aut vt faciat bonos. An mala erunt, quæ ſecundùm præſcriptum Chriſti, beatitudinis ſunt ſedes? quæ melior omnibus præſumpſit ad documentum delectus? cui alimentum fuerunt labores, veſtitus paupertas, gloria humilitas? Iam, poſtquàm iſta dedicata ſunt in perſona diuina,



diuina, reuerentiam maiorem merentur. Blaſphemiæ quoddam genus eſt, dicere, aut putare mala, aut reiicere, quę Deus & probauit, & commendauit. Quid? quæ non bona tantùm, beatitudines dixit. Quadam diuiniſſima contage quid bonum, quid diuinum ex Diuinitate contraxerũt: velut quæ vnguentis ſuauiſſimis & aromatibus coniuncta ſunt, ſimilem contrahunt odorem; coniungendis communicabunt: ita paupertas, labor, humilitas ſpirant quid diuinum. Buſta clariſſimorum virorum reueremur etiam non clari: Sanctorum colimus reliquias etiam mali: labores, patientia, paupertas, ſubiectio, reliquiæ Chriſti ſunt; has cole, & ſerua: præſidium maximum erunt. Aduerſùs quem putas? Aduerſùs te. Si reliquias corporum adoramus, cur animorum negligemus? Corporum reliquiæ oſſa ſunt, animorum, virtutes & doctrina. Reliquias ſanctiſſimæ Chriſti animæ veneremur, portemus; amuleta erunt cupiditatis noſtræ: flectamus genu ſanctiſſimis laboribus, ſacram oſculemur paupertatem, ſinum noſtrum conſecremus patientia. Si Crucem adoramus, quòd in illa paſſus ſit Chriſtus; cur ipſum pati non ſuſpicimus? cur patientiam non ſuſcipimus? Igitur non illa ſunt mala, quæ Dei coniunctio veneranda facit, quæ bonis coniunguntur, faciunt, quærunt. Ariſtoteles dixit, fugitiuam à malis paupertatem ad bonos confugere. Prudenter quidem prouidit: illam boni non irato repellunt ſupercilio; non eiiciunt contubernio ſuo: à malis ſtatim

GG 5 impel

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

impellitur, & quibuſvis peſſimis artibus è domo conantur trudere.

*Cap. 10.* Adeò commutatis nominibus vulgus errat mala infamando, quæ honorare, imò adorare debuit: bona acclamando, & peſſima votorum conſectatione celebrando, quæ odiſſe ſatius fuiſſet: quamuis, ſi ſincerè & nudè omnia diſpiciamus, neutra, aut bona, aut mala ſunt, niſi faciamus. Vſus nomen imponit iuſtum: nulla ſunt bona, ſi malus es; nulla mala, ſi bonus: nemo eſt id, quod ſpecies ſolùm dictat. Quid refert, patiaris mala, ſi te bonum relinquunt? Iam non malè te habes, cùm bonus maneas. Cæterùm, quid intereſt, non patiatur mala, qui malus eſt? nec ponit malitiam vacatione malorum. Certè non benè ſe habet, qui ſe malum habet; tam in hoc malum grauiſſimum patitur, nam ſe patitur. Iſtud grauius, quòd non in ſolo corpore, in animo ſe patitur & conſcientia, cuius ſenſum fallere nequis, nec magnitudo ictus ſtupidum faciet. Quot impetus cupiditatum efferociunt? quot metus inanes cædunt? quot curæ lancinant? quot opiniones atterrent? quot phantaſmata ſecuriſſimos conturbant? omne vulgus affectuum tumultuatur: mala, quæ ſunt, cupiditates dico, & harum progeniem, vitia, inquieta & ſibi obſtantia ſunt. Vbi, putas, pax erit, niſi vbi nullus, aut rarus hoſtis? Non itaque fœdus, nec tranquillitas vera erit, vbi mala iſta ſunt vera; & ſunt plerumque inter falſa bona. Malum in primis eſt contrarium bono, deinde etiam malo: ſe ipſa mala deſtruunt, ciuile

ciuile



ciuile gerunt bellum: at bonum omne bono eſt amicum. Iſtam concordiam adhuc in malis non habent mali. In his veriſſimum vides Claridemi dictum, ex carnificibus duobus compactum hominem, corpore, & animo: corpus laſſitudine, inopia, fame excruciat; peiùs tamen peſſimos impatientiæ beneficio: anima autem curis, metibus, votis, ſceleribus. Hoc caret tortore bonus: alterum mitem habet, habet exarmem; ſine ſecuri, ſine ferro cæditur; ſine impatientia, quæ malorum eſt acies, & cuſpis. Cum iſta bonorum tædet: ſine illa nec mala faſtidimus. Tutus inter mala bonus eſt; tortus inter bona malus.

Nunc vera conferamus bona, non ab alieno titulo, quæque ipſa appellatione honos commendauit. Hæc honeſta ſunt. Duplici iſta nomine merentur boni gloriam, & quia ſunt bona, & quia alia non ſunt: ſuperfluit illis magnitudo ad titulum vendicandæ cupiditatis. Certè, ſi minima eſſent bona animi, ſola appetenda eſſent: qui caret alio cibo, & minimo & acerbo vtitur: non ſunt alia per ſe, & ſine his bona: quid niſi hæc appetituri ſumus? magnum faceret bonum virtutis, licèt exiguum eſſet, vnitas alterius boni. Pretia auget raritas mercis. Bis iam magnum bonum honeſtas eſt, & quia maximum eſt, & quia ſolum: certè & quia rara eſt. Si adiiciamus cætera potiùs mala, aut eſſe, aut fieri, & plurima & vulgaria, iam tertiò magnum bonum dicas. Adiice ad ſupputationem magnitudinis communicationem: adeò bonum virtus eſt, vt affla- *Cap. 11.*

ta

tu ſuo omnia tegeret, omnia reddat bona. Magnum & perfectum eſt, a quo aliud eſt tale: nihil exundat, quod plenum non ſit. Animalia, niſi iam perfecta, non generant: nihil dat alij, niſi quod habet. Virtus omnia bona facit, dum gubernat: iſtud patentiſſimum indicium eſt, ſolam virtutem bonum noſtrum eſſe: nihil enim, niſi illa, te faciet bonum. Optima igitur erit, quæ bonos, & bona facit. Iniuſtè illi, quos diuitiæ, potentia, ſanitas, robur, honores, & quidquid vulgus extollit titulo bonorum, malos reddunt, beati dicentur. Deeſt plurimùm felicibus ad felicitatem: deeſt vſus. Parúmne videtur? deeſt rectus vſus. Omnia ſine vſu inutilia ſunt; omnia inutilia ſuperflua: non igitur poſſeſſio iſtorum bonorum ſola felicitas eſt. Nec enim ſuperuacuum, aut inutile eſt, beatum eſſe. Atqui vſúſne ſufficiet? ſi bonus, vtique; ſi malus, nocet: rectus autem vſus ſolius virtutis beneficium eſt. Sine virtute nullus felix erit: ſolùm ille minùs miſer, qui minùs felix. Qui minùs iſtorum poſſederit bonorum, tantò minùs malè aget, quantò pluribus caruerit: qui malus eſt, quantò minùs aget, tantò minùs aget malè, tantò minùs errabit, tantò minùs miſer erit: aget autem minùs, ſi infirmus, ſi ægrotus, ſi pauper, ſi alieni iuris, ſi non ſui.

*Cap. 12.* Repetamus ignominiam bonorum, quæ celebrat cupiditas, quæ occupant inuidiam: collationem non ſuſtinent. Certè nulla ſunt, quæ collatis cum maximis minora non ſunt: quæ collatis



cum minimis non ſunt maiora. Non vides, quidquid inuides in Amano, vbi oſtendit fortuna, quid poſſet? Opes, potentiam, gloriam, voluptatem ſceleſtiſſimo dedit minori fortaſſe nemine præter ipſam, niſi infidelitate ſua expiaſſet temerarios fauores, dum quem immeritò extulit, deturbat meritò. Omnem iſtam fortunæ iactantiam, dum confertur, videbis neglectam: nihil omnia dixit præ Mardochei poplite. O magnitudinem fortunæ, quæ compoſita cum re tam ridicula, non minor, non exigua, ſed nulla eſt! Quid erit, ſi conferas cum ſeria bonitate virtutis? Si vmbra diſſipauit totum ſplendorem, quid Sol faciet? Si imperare, ſi infercire theſauros, ſi innatare delicijs præ obſeruantia ſerui nihil putauit auariſſimus homo, & mollis, quid erit præ honeſtate, quid præ veneratione virtutis? quam, vt relinquam, quantùm ipſe Deus colat, omnes etiam mali cum pudore verentur. Grauiſſima res virtus eſt, etiam peſſimi laudant.

Nolim perdere operam in commendatione *Cap. 13.*
eius rei, quam omnibus adhuc improbis commendatam video, etiam ſupra id, quodcumque vota fatigat. Certè & iſtud ad iniuriam bonæ ſpei videtur, quòd peſſimi emendari non poſſint virtutis æſtimatione, cuius illis opinio non deeſt; nec tamen ſuis deſunt vitijs: niſi cum diuiſione viderem pretia dari, æſtimant virtutem alienam, non ſuam. Nihil pretioſius eſt virtute, nihil ipſa contemptibilius: nihil pretioſius, dico, aliena virtute, quam ſupra faſtigia fortunæ ſuſpiciunt, etiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etiam illi, quos fortuna ſubornauit: nihil contemptibilius virtute propria, quam viliſſimo vendimus. Quid vilius flagitio, ſcelere, voluptate, periculo, cupiditate fruſtranda? Extraneæ merces plùs in aliena regione illas non ferente æſtimantur.

*Cap. 14.* Iſtam negligentiam propriæ virtutis quædam vilitas noſtra facit. Diſpungimus nos ex albo rationis nobilioris palati iſtum putamus cibum, atque excellentioris naturæ dotem, niſque excerpimus probis, iuſtiſque, iniuſta humani generis partitione: in duas enim findimus partes humanam naturam. Suſpicimus iuſtiſſimos, ſanctiſſimos, fideliſſimos virtutis alumnos, vt alienæ à noſtra ſpeciei viros, quorum actus ad nos non ſpectarent: ideò laudamus ſine inuidia, miramur ſine imitatione, quam aut iniquam, aut nobis non conſentaneam cenſemus: non aliter quàm equum à prolixa crine commendamus: ſed nos capillum non promittimus: gloria illa animalis eſt extraneæ naturæ, non noſtræ: ideò, quod in equo tribuimus laudi, in nobis contemnimus. Canes à perſecutione, & morſu feræ æſtimamus; nos rictum illibatum & innocentem ſeruamus. Negamus ad nos ſpectare alterius generis laudes. Ita nobis raneam virtutem putamus: laudamus, non mirantur; & quos illa exornat, alieni credimus generis, aut diuini: aut reputati ſunt proximi Deo, aut Dij. Idem mihi tacitè videtur accidere omnibus, quos probitas eximia extulit, quod Pythagoræ, cuius frugalita-

tis



tis admiratio ad contemptum hominum ipſos homines induxit, qui, vt ſe ab imitatione excuſarent, excellentius illum humana crediderunt natura: ſic illi admiratores ignaui genera diuidebant, aliud Deus, aliud homo, aliud Pythagoras. In tertio genere locabant nouum bipedem humanis maiorem. Vulgus ita canebat:

*Ἄνθρωπος δίπους ἐστὶ, καὶ ὄρνις, καὶ τρίτον ἄλλο.* *Bipes eſt homo, & auis, & tertium aliud.*

Per tertium bipedem, præter hominem, & auem, Pythagoram innuebant. Cauſatur inertia, & vilitas noſtra maieſtatem virtutis, quam, vt minùs imitemur, plùs admiramur: diuinum bonum putatur, ne teneamur æmulari humani. Nonne prouidentiam naturæ irritam facimus, quæ ſpem virtutis admiratione voluit incitare? Nos ad deſperationem torſimus, & eius, cui diuinos multi conſecrarunt honores, nihil aliud voluerunt, niſi carere, mirari.

Vide, quantam ſuggerat Deus Barbaris, peſſimiſque, opinionem virtutis; penè vſque ad ſui detrectationem Irreprehenſibilis vita, tota vna, tota ſui, tota omnium, tota vera, cæleſtes viros, Franciſcum Xauerium, & Andream Ouiedum, Deos mentita fuit impiis: Numina ſimulabant Xauerius adhuc ſuperſtes, Ouiedus etiam defunctus. Adeò penè cum iniuria Diuinitatis diuina fuit habita virtus. Inuenio mandatum ſcriptis extranei Auctoris, qui ab oculatis teſtibus fatetur accepiſſe, Iaponios Bonzios coegiſſe comitia, vt Xauerium conſecraſſent Deum, ara, ſacrificiiſ- *Cap. 15.*

que

que colendum; miſiſſeque ad illum nuntios (vt olim Baptiſtæ) per quos diuinos referrent honores. Gloria eſt Chriſtianæ religionis tales educaſſe viros, per quos ipſa religio poſſet ita periclitari. Reſpondit humillimus Pater: Indignus ſum, quòd creatura ſim; & vultis, Creatorem eſſe. Nec Barbaris viſa fuit humilitas indigna Deo. Non potuit obſtare Xauerius, quin procumbentes in genua pedes ſuos adorarent oſculis. Sic quoſdam conſecrat virtus vſque ad ſimulationem ſinceram Deitatis. Quemadmodum ſunt imagines & ſigillaria, vitales naturæ humanæ motus, actioneſque referentia, tacito quodam neruo intus agitata, quæ fidicula, cum vna ſit, multipliciter gubernat, & componit ſimul ad varios geſtus hominis: ſimili artificio gratia per vnam cordis fidem & charitatem agitat eximios aliquos viros ad diuinos actus, vt nihil niſi diuinum, nihil niſi cæleſte monſtrent, tanquam factitia quædam Numina, & ſigna Dei. Vigor animi, maieſtas vultus, ſuada ſermonis, beneficentia manus quaſi Diuinitatem aliquam obiecit Barbaris Xauerium. Non eſt hebetior gratia diuina, quàm ars humana. Multos fefellit pictorum peritia; imago ſubſtantiam ſimulauit. Fulgor quoque virtutis Andreæ Ouiedi adhuc poſthuma luce pro funalibus ad ſepulcrum micuit, quò ſæpiſſimè conueniebant infideles venerabundi; oſſa colebant, incenſo thure, vario aromate, oblationibus, iuriſiurandique ſacramento tranſactum maiora negotia, quæ iuris ſubtilitas



ſubtilitas non poterat expedire, aut auaritia non ſinebat; contendebant ad Patriarchæ Ouiedi oſſa religione dirempturi lites. Quin velut ad clementiæ aram illuc prece non fruſtrà fuſa, importunè mittebant vota, reparabant ſpes.

At, non miror veram adoratam virtutem, ſi *Cap. 16.* ficta pro Diuinitate fuit: tam vicina Deo eſt, vt non ipſa, ſed vmbra ſua, Deus putaretur. Proxima confundit longinquus intuitus. Zamolxidi ſacra dedit, Hermotimo templum, Pherecidi aras: propè fuit Samius diſcipulus; honores magiſtri, mediam inter Deos & homines claſſem, Ariſtotele & Iamblicho conteſtibus, deputarunt admiratores eius. Quantùm tamen noſtræ religionis virtus, id eſt, vera, anteluceat virtutem ſuperſtitionis, id eſt, fictam, Xauerius oſtendit, quemadmodum proditum litteris inueni. Neque inter homines, neque inter Deos illum accenſuerunt Ethnici, non mediam illi claſſem dedicarunt, ſed ſupremam: neque hominem putabant, neque Deum. Quid? ſupra Diuinitatem. Anne caligarunt luce virtutis: ſuperiorem melioremque ſuis Diis, quod veriſſimum erat, cæci ipſi viderunt, dixerunt.

Cæterùm, quàm liberaliter virtus æſtimatur, *Cap. 17.* tam miſerè quæritur. Iniqua animi partitione colimus intellectu virtutem, voluntate vitia. Huius cauſam reor peſſimam vulgi vocem vtilia ſubducentis ab honeſtis. Iſta falſa diuiſio nos diſtrahit: honeſtatem nequimus non vereri, vtilitatem magno abſtractam errore ab honeſtate



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

perſequimur. Fallimur: nihil vtile, niſi honeſtum? quia ſine honeſto nihil prodeſt; cum illo omnia. Præterea ſunt alia vtilia, mutuò accipi poſſunt, commodabit vicinus, etiam malus, extraneus, ſi bonus. Quid? Subſtitui alia poſſunt; aliis compenſari poſſunt; ſola virtus ſine vicario eſt, & ipſa rerum omnium vicaria. Sola virtus mutuum non admittit, nec precariò quæritur; ideò ante omnia præparanda eſſet; præcipuum eſt vitæ inſtrumentum, neceſſarium viaticum. Quem tibi putabis vtiliorem, qui commodat, aut mutuat, an qui dat? Plùs dices liberalem prodeſſe, quàm mutuantem. Fortuna ad ſummum commodat, eadem repetit: natura mutuat, ſimilia exigit: virtus dat, nulla reuocat. Quid moror? Eligenda eſſet honeſtas periculoſa, quàm vtilitas tuta: ſed præter honeſtatem, puto, nec ſecuritas eſt, nec vtilitas, non dico tuta, ſed vlla. Seriò Phocyon ait: Hæc lex diuina, vt vna virtus ſolùm ſit potens, reliqua nugæ: potens eſt illa ſola prodeſſe: quidquid iuuat, per illam iuuat. Diſtinxit Sextus ex placitis Stoïcis genera bonorum: in primis illud, ex quo, & à quo licet iuuari: illud præcipuè dicit virtutem: ab ea, vt fonte, manat naturaliter vtilitas. Aliud eſt, per quod accidit, vt iuuemur: hoc genus actiones virtutũ intelligit. Tertium, quod poteſt iuuare, iuſtos ſignificat animos, Angelos, Deum. Itaque omnis fauor, omne emolumentum virtus eſt, aut virtutem reſpicit; ſiue à virtute ſit, ſiue per ipſam: ex optima ſobole bonorum eſt, ſincera,

pura,



pura, ſine damno iuuantium, imò cum lucro. Nummos, ſi iuues alium, perdes, quibus iuuas: virtus, cum iuuat, iuuatur, creſcit ſubſidio. Feliciſſimum diuitiarum genus credo, & vnum, nempe, verum. Hippocrates ita monet Abderitarum Senatum: Οὐκ ἐστι πλοῦτος, τὸ πανταχόθεν χρηματίζειν· μεγάλα γὰρ ἱερὰ τῆς ἀρετῆς ἐστιν ὑπὸ δικαιοσύνης οὐ χρυσόδομα, ἀλλ' ἐμφανῆ ὄντα.

*Non ſunt diuitiæ penitus vndequaque corraſæ: magna enim ſunt virtutis ſacra, quæ a iuſtitia non ſignantur, ſed in apertum ſe proferunt.*

Putemus igitur, cùm virtutem audimus, cùm reueremur, ad nos pertinere tam liberalem, tam propitiam, tam commodam, tam diuitem, tam pulchram in nobis futuram, quantùm in aliis miramur. Non eſt omninò bonum, quod vbique non eſt: modeſta & innocens inuidia eſt admiratio. Quomodo admiramur virtutem, quam reiicimus? Homo es: dotem, & frontem humanæ gloriæ admitte; ad te ſpectare poteſt: non alieni generis decus, tui eſt. Si in diuinis viris eſt; eſt, quia facit. Vnde? Ex hominibus; &, vt mireris, ex malis. Vis ſcire ad te ſpectare virtutem: ſpectat ad ſimiles tui. Cur eam præſumis, quorum meliorem te præſumis: omnes meliores vis, quàm ſint. Cur, qui reliquis virtutem cupis, tibi nec poſſibilem putas? Ne iniuſtè vota diſtribuas. Sic te deſidera, vt alios: ſic alios ama, vt te. Cap. 18.

At, ſit virtus extraneæ naturæ decus, cur illâ, id eſt, modeſtia tenus modeſti ſumus, & non perfringimus clauſtra aliena? In brutorum nos naturas intromiſimus; cur nolumus in diuinam? Cap. 5.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Audacia æternæ laudis eſſet terminos violare alienos, vt tantam ſuffuraremur gloriam. Animalium proprietates alienas contraximus: leonibus ſurripimus iram: ſcaris vſurpamus libidinem: lupis, & accipitribus ſuffuramur furacitatem; [illegible] rapacitatem; purpuris gulam, coruis ingratitudinem, muranis perfidiam, formicis auaritiam, polypis ſimulationem, ſtellionibus inuidiam, vulpibus fraudes, paſtinacis voluptatem; anne pericula, quod conſequens eſt? Centones brutorum ſumus. Si vitia auſi fuimus imitari; quia non audebimus quod ſacratius habent, tem[illegible]nimus; nec ſecuriſſima territoria, Oceanus, & æther, immunia ſunt noſtra audacia. Leonardus Vincius auium, Nicolaus Vrinator piſcium vſurpauerunt priuilegia: ſi in his futilibus; ſi in peſſimis violamus naturæ ritus & fas; quæ impudens modeſtia eſt, quæ iniuſta obſeruantia, contineri, ne continens ſis, ne iuſtus, ne bonus? Soliciti & temerarij ſumus, vt fiamus feræ & bruta; ignaui, vt diuini. Quæ maior ignauia, quàm magna diligentia, qua magna amittimus bona, id eſt, bona. Satis eſt ad magnitudinem titulus bonitatis. Amittimus virtutem, amittimus id bonum, quod nos bonos facit, quod mali non habent; cuius magnitudo opinionem ſuperat; cuius vtilitas opem; cuius pretium vitam. Nullo virtutem taxare pretio potes, quod viliſſimum, & iniuſtum non ſit. Quid, ſi ſpectes, quàm carè æſtimas vitia, quam ſublimem taxationem viliſſimarum rerum feciſti? Aſpice pretium,



tium, quod impoſuiſti auaritiæ, voluptati, imò pœnitentiæ; magnos labores vitæ; ipſam, ſi opus eſſet, vitam. Pudeat non minoris parare lucra, quam damna.

Reuoca, quantùm pro virtute Antiſthenes, *Cap. 10.*
aut Zeno, aut Crates aliqui, quibus mortalis fuit, ſunt paſſi, rigorem illum, & odium voluptatis, prope & naturæ: fame, frigore, æſtu, paupertate, nuditate, laboribus quæſierunt, quam nos æquali perdimus diligentia: magnis amittimus laboribus maiora bona. Ad hæc, non virtutem omnes illi quærebant, quibus ſolida non fuit: ſimulacrum eius mactatis cupiditatibus adorarunt: velut enim coram Imperatorum ſtatuis ludi olim celebrabantur; ita Philoſophis feſtiua fuit ſtatua virtutis: ludos præ illa fecerunt, quidquid vulgus magni fecerat. Adiice, quòd Stoïci mortales animas rebantur, nec præmium virtutis expectabant, niſi ipſam; gratis illi laborarunt. Nos poſt ſupplicij poſthumi formidinem, poſt gloriæ ſpem, maximam emimus ignauia ignominiam noſtram. Dices, errore priſcos inductos ad diligentias illas: putarunt beatitudinem, aut ſolam virtutem eſſe, aut præcipue. Antiochus, qui humilius Zenone docuit, ſolùm negauit beatiſſimam vitam virtutem; dixit tamen beatam. O ignaue, iſta te exceptione damnas. Cur piges? Sine virtute beatitudo non eſt: nihil fit ſine inſtrumento ſuo: tale illis viſum medium fuit, quod putarent finem: te non excuſabit veritas: plùs debes ſequi virtutem, quòd beatitudo

non ſit, quàm ſi eſſet. Inſtrumentum beatitudinis maioris eſt nos per virtutem conuiuantis, & ad cuius exemplar eſt. Nihil deeſt virtuti: per ſe ſufficiens eſt vitæ, ſi non beatæ, beandæ, nunc bonæ, & lætæ, & inter miſerias huius vitæ felicis.

*Cap.21.* Anne bona miſera & conciſa malis defendere felicitatem? Conſentis cum miſeris perdentibus, dum quærunt beatitudinem: res integra & indiuidua eſt. Cur partes quæruntur? Dum diſſecatur, quod integrum placet, perditur. Cauſa erroris humani & certiſſimæ infelicitatis, felicitas diuiſa eſt: non indigere beatitudinem putarunt, diuitias adorarunt honorifico felicitatis titulo: alij imperium, & honorem, quos ſumma potentia timidos fecit: alij voluptatem, qui lætè viuere iudicarunt benè viuere. Errarunt diuiſione rei indiuiduæ, ſufficientia, potentia, lætitia idem ſunt, & tantùm ſunt, cùm idem ſunt, vt beatitudo ſint; cùm ſcinduntur, nihil. Qui vnum ſine aliis quærit, ipſum, quod cupit, non inueniet: iuſta repulſa votorum eſt, minùs petiiſſe. Quod nihil indiget, non indiget potentia. Itaque & ſufficientia & potentia, ſocia, aut eiuſdem naturæ ſunt: tum, quod ſufficiens, quod potens eſt, non poteſt contemptibile eſſe. Iam ſufficientiæ, & potentiæ authoritas accedit: accedet & lætitia. Vnde triſtis erit, cui nihil deeſt? Igitur ſine membris beatitudo eſt. Vnum eſt, quidquid illa eſt, & pro omnibus eſt: nos, cùm in artus diſtinguimus, deſtruimus, & laniamus. Diuitiæ honorem deſiderant: non igitur opulentia eſt felicitas,

cùm



cùm egeat parte felicitatis. Voluptas cupit honorem, meliùs dicerem, odit: honos ſæpe eget, ſæpiſſime mœret. Miſera bona ſunt, quæ mixta malis, quæ à bonis diuiſa. Simplex eſt, & vnum, quod verè bonum eſt. Quemadmodum diuiſus homo perit, ita beatitudo dirempta deſinit. Ita, qui impartibilis rei conatur portionem indipiſci, nec partem conſequitur, quia nulla eſt; nec ipſam, quia non affectat. Hinc palantes per magna pericula in maiora, per omnia voluptatis præcipitia, per omnes cliuos potentiæ, per omnes auaritiæ latebras multiplicamus vota: quærimus, quod deſtruimus quærendo, tranſultatione rerum repetimus ſummum bonum, vnde receſſimus, ſed ignoramus viam: velut ebrij domum reuerti neſcimus. Virtus ſolùm via eſt, ipſa eſt indicium: imaginem beatitudinis præfert: & ſufficiens, & honorifica, & læta eſt: ipſa quoque pro omnibus eſt. Nec aliter quàm Sol calorem, & alias ſublunarium corporum continet vires, ſine ſua forma: ita virtus eminenter complectitur omnes vires, omnes commoditates opum, voluptatum, ambitionis defæcatas, & puras, ſine ſuis damnis, ſine ſuo pondere.

Quid iam cauſari potes, niſi difficultatem *Cap.22.* virtutis, quæ, licèt beatitudinis ſit via, ad ipſam hanc viam, aliam nimis miſeram viam eſſe? Erras, ſi miſeram vocas, qua itur ad beatitudinem; quemadmodum errares, ſi beatitudinem diceres viam miſeriæ. Quid putas non tanti faciendum virtutem, vt per mala petatur? cur tanti feciſti

 malum,

malum, vt per bona peteres? O ineptiam! per falſiſſima bona ad verum malum cucurriſti, & per mendacia mala ad verum bonum non ibis? In difficultate virtutis noſce gloriam ſuam, & viciniam felicitatis per ſe amandæ. Cur putas naturam conſignaſſe præmium præſens, velut numerata pecunia voluptatem aliquam actionibus humanis, niſi ſolùm virtuoſis? Has docuit per ſe faciendas. Nec tamen ſine ſui voluptate ſunt, tantò maiore aliis, quantò ipſa virtus: lentior tamen, & ſera iſta iucunditas eſt, ſed maior: voluit oſtendere, non mercedem eſſe, ſed gratiam: liberaliter virtus appetenda eſt: ſi pretium non velis, gratia referetur, licet nolis. Adiice, aliarum actionum præmium limitatum eſſe, decreſcens augmento ipſarum: qui plùs comedit, minùs delectabitur; gratia tamen virtuti relata, ſubtilis illa ſua, & ſecura, & innocens voluptas creſcit pro cremento actionum. Feliciſſimum iſtud bonum, quod vſu non deteritur, non conſumitur, numquam faſtidio eſt: cuius fructum maiorem vſus facit. Ne quæras bona pereuntia, vt ſint bona, aut videantur, pecunias, delicias, gulam. Vſu nummus deteritur; cibus, vt placeat, conſumitur: illa potiùs elige, quæ vſu pretioſiora ſunt, conſilia, bonas actiones, virtutem denique.

*Cap. 13.* Cætera propter virtutem decreuit natura, & limitauit, in cuius obſequia direxit. Tametſi virtus eadem ſit, & honeſta, & vtilis, & iucunda; nos tamen iſta diſtinximus, & præuertimus, interdum ad vtilitatem honeſtatem vrgemus, ad de-

lectatio



lectationem vtilitatem torquemus: violauimus ſanctiſſimum naturæ ordinem: ſic bonorum gradus digeſſit; infimam delectationem poſuit, medium vtilitatem, ſummum honeſtatem: ne relinqueremus vtilia, aut neceſſaria vitæ, conceſſit voluptatem. Quare, quòd minùs appetibilis natura ſua eſt, delectatio eſt. Deinde delectationem & vtilitatem mediocritate circumſcripſit, non propter ſe fecit, ſed honeſtatis cauſa, cui accommodari, cui commenſurari debent. Honeſtum liberum fecit, ſine conditione, ſine modo appetendum: per ſe bonum eſt. Nos fas iſtud euertimus, in faſtigio infimum locauimus: delectationem adorat cupiditas, quam nummo colit, & nummo mactat pudorem. Religioſiùs iſtum ordinem bruta colunt: gradiuntur animalia per prærupta, & præcipitia, vt bibant. Quid dolore emunt? Voluptatem? Minimè: cara eſſet. Vtilitatem naturæ petunt, neceſſitatem: cùm ſumpſerint, quod ſatis eſt, quieſcunt: nullius illis rei voluptas ſola titulus eſt: tum honeſtatem vtilibus præferunt, nihil vtilius vita. Miraris, honeſtatem dixiſſe, vbi ratio non eſt: mirare rationem & reuerentiam honeſtatis, adhuc vbi non eſt ratio. Non dico, honeſtatem in feris eſſe; ſed cultum honeſtatis, quam in ſtatua reuerentur. Generoſa nonnulla animalia, tauri, leones, nulla vtilitate, nulla voluptate propoſita, vſque ad mortem decertant. Quid præſumunt, ſi non honeſtum, honorificum, propter quod omnis voluptas, omnis vtilitas contemnenda eſt? Tanti fa-

 ciunt

ciunt honeſtatis vmbram, honorem: adeò natura commendauit brutis veſtigium virtutis, vbi plùs non potuit.

Cap. 24. Redeo ad virtutis difficultatem, iſtud vellem expiare nomen. Iniuſtè difficilis virtus dicitur, quòd nos ignaui & ſocordes ſimus. Lucem inique appellabis inuiſibilem, quòd cæci illam non videant. Dixi in ſuperioribus, ſi vitia auſi ſumus imitari, quid non audebimus? Non inconſultò iſta mihi excidit ſententia. Scio difficultatem vitiorum, credo faciliorem virtutem. Si naturam ſpectemus ſuam, tractabilis, & comis eſt: vitia affricant noſtra, quam ſentimus, difficultatem. Componamus exactè vtrumque, vitium, & virtutem: expendamus cum diuino Iſidoro Peluſio, qui Veſteruphium ab hac opinione ſubduxit, vtrùm difficilius ſit, ſexcentos theſauros perſcrutari, an præſentibus facultatibus contentum eſſe? diu, noctùque turpes quæſtus, ac ſeruiles numerare, an frugalitatem complecti, atque amare? omnes lædere, an læſis opitulari? cum legitima vxore congredi, (nondum enim ſummam Philoſophiam pono, ſed quam plerique conſequi poſſunt,) quàm alienas nuptias perfodere, ac violare? incurabili auaritiæ morbo laborare, an ab huiuſmodi furore liberum eſſe? dolos nectere, an citra fraudem commercia cum aliis habere? Tribunalibus moleſtiam exhibere, an quietem agere? bona ad ſe nihil attinentia rapere, an etiam ſua largiri? in negotiorum & criminum cœno volutari, an à negotiis & timoribus



ribus immunem eſſe? de multis rebus, quæque perfici nequeant, in cura & ſolicitudine verſari, an vnam hanc curam habere, quonam pacto à virtute minimè excidas? in negotiis, ac rebus gerendis libenter verſari, an in otio viuere? nunquam ſatiari, an ne ea quidem amare, quæ etiam poſt ſatietatem contumeliam accerſunt? nauigare, aut naufragia perpeti, an in portu ſedere, atque aliorum naufragia proſpectare? Iam & iſthinc voluptas, & hilaritas virtutis commendata eſt: cùm facilitate lætitiam prætulimus. Gula enim ſexcentos morbos appendices habet, dolores capitis, vomitus, apoplexias, paralyſes: ferè omnium malorum ſtirps, voluptas ſenſus eſt; tam miſera eſt; ſuis opprimitur ramis. Diuitias ſequuntur timores tui, inuidiæ alienæ: honos periculis ſuſtentatur, vilitatibus procuratur. Cur igitur, aut difficile, aut moleſtum putas conſequi virtutem, ſequi Deum, quem faciliùs auro inuenies. Non eſt opus confractis terræ oſſibus, exſectis montium viſceribus ſub ſaxa, ſub latebras emere; occurrit. Si quæris, ille te quærit, ille te inuenit, & dum inuentus es, inuenis.

---

## DIORISMVS II.

### *De collatione diuitiarum, & inopia.*

SEd, quia virtus ſatis accepta ſit, etiam peſſimis, neque eius tam peccent contemptu, Cap. 15.
quàm

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quam æſtimatione malorum, aut non bonorum, inſiſtam horum reuerentiam perdere, nunc ſingillatim. Satis ad hoc eſſet, ſi, fama neglecta, diſpiciamus naturam. Veniant in medium in primis opulentia, & frugalitas: exploremus, an bona, aut mala ſint, & vtra præferenda. Numerus cupiditatum iſtam litem dirimet. Iniuſtiſſimè diuitias felicitatem putabis, irritantes cum iniuria felicitatis vota. Quem dices beatiorem, qui plura habet, an qui minùs cupit? Certè & iſtud nomen paupertatem maximè commendat. Quid beatitudo eſt? Summa inopia cupiditatum. Huc aſpirat auaritia, vnde maximè recedit; & per diuitias rerum, paupertatem deſideriorum auget: id minùs obtinet, quod optat; id minùs facit, quod probat; id facit, quod non vult facere; cupiendo probat non cupere: cupit, & quod cupit, eſt, non cupere: mendicans à fortuna, quod ſibi poteſt dare, tam facile, vt ſibi det, ſi non mendicet. Quiſque ſibi concedit, quod non vult petere ab alio. Exploratio inopiæ deſiderium eſt, opulentiæ faſtidium. Itaque ille ditiſſimus erit, qui deſideret nihil; quem pauca ſatient: irrita copia eſt, vbi cupiditas inopiam fecit. Non certa regula metiendæ ſunt diuitiæ, poſſeſſione, ſed defectu, ob cuius cauſam ſunt: non enim fuerunt inuentæ opes, vt ſolùm plura habeamus, ſed ne quid deeſſet. Ideò menſura opulẽtiæ erit, non quantùm plùs habeas, ſed quantùm tibi minùs deſit: deeſſe autẽ cupiditas facit. Quare modus diuitiarum, aut inopiæ, cupiditate demonſtratur.



ſtratur. Quem putabis pauperiorem inter Philum, Lælium, Scipionem, Craſſum? Philus minùs habuit Lælio, Lælius Scipione, Scipio Craſſo. Si errare non vis, hunc puta, qui plùs habuit; ſed, cui plura defuerunt; quia plura deſiderauit, nec ampliùs diuitiis ſitis potuit, quàm videri diuitem non eſſe, & videri aliis, non ſibi.

Ergo, ſi cupiditates hominis vnius, imò vna cupiditas ſufficit ad titulum miſeriæ, ô miſerrimum diuitem, quem plurimorum hominum cupiditates infeſtant! non ſe credit vnum, ſed multos, pro multis deſiderat cibos, amictus. Egregiè diuinùs Columbanus ait: *Cap. 26.*

*Molles cumulat tinearum ad pabula veſtes.*

Non, quod vni homini ſatis ſit, ſibi præparari vult; ſed quod populo fortaſſe. Tolerabilis norma votorum, neceſſitas eſt. Ille ad cumulum miſeriæ ſibi optat, quibus non eget; imò, quibus nec multi egent. Spatioſum iſtum ſcopum ſæpiſſimè feriet fortuna, & toties miſer erit, quoties poteſt eſſe; &, quod mireris, quoties vult non eſſe. Adiice, ad apparatum cupiditatum non ſolum ſuperfluitatem ſuam, ſed neceſſitatem alienam; rerum, dico, & hominum: nam, præterquàm cupiat ſibi non neceſſaria, deſiderat, quæ rebus aliis neceſſaria ſunt, iis, ſcilicet, quæ habet. Poſſeſſæ rei neceſſitas in poſſeſſorem exundat. Non minùs quiſque eget, quàm res ſuæ egent, & egent omnia: magna domus eget magna familia, eget pluribus habitatoribus: & plures habitatores pluribus vtenſilibus: igitur, cùm plura diuers

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diues habeat, non tantùm plura cupit, ſed pluribus eget. Egregium facinus diuitiarum, quæ ſe felicitatem mentiuntur, augere cupiditatem, augere neceſſitatem. Duplici via iſta ampliatio votorum diuiti contingit; cupit pluſquam eget, & eget pluſquàm alij. Qui, ſi liberaliſſimus cupiendi in ſupernacuis eſt, in neceſſariis non ſe continebit: irritatur maiore neceſſitate, præcipitatur nimietate. Vide, quàm inſufficientes diuitiæ ſunt, quibus adhuc neceſſitas non ſufficit communis. Quidni? adhuc, ſi nihil egerent, votis egebunt. Nihil ſufficiet illi, qui ſuperflua facit neceſſaria, cui natura non ſufficit, qui pondera malorum auxit cupiditate bonorum. Sequuntur cupiditates curæ, poſſeſſiones diſcrimina: plura cupit, plura poſſidet diues; plus timebit, plus periclitabitur: nec ſecurus, nec tutus erit. Si parcat fortuna, non parcet cupiditas. Vbi tuta ſint omnia, non erit ipſe tutus votis ſuis, nec ſecurus curis. O bellam auarorum beatitudinem, ceſſare, ſecuros eſſe, cùm incipiunt eſſe beatos; perdere tranquillitatem, cùm conſequuntur felicitatem; indigere in copia! Quibus, dices? Quibus egent opes, certè multis, ſecuritatem nunc ſolùm memoro. Nihil minùs diuitiæ faciunt, quàm pollicentur: promittunt ſufficientiam, præſtant indigentiam, nequeunt ponere naturam ſuam, nequeunt auferre à ſe, ne poſſint auferri: alienum petunt præſidium, ne auferantur. Vides iam indigentes, quibus putabas non egere: in contrarium recidit ſpes, egentiæ ſunt, dicis diuitias.

Adiice



Adiice maximum opprobrium diuitiarum, alimenta vitiorum eſſe, organum voluptatum, libertatem peccandi, clauem auream ſcelerum. Anne parum malum erit, per quod mali ſimus? Maleficij etiam inſtrumentum damnatur. Veriſſimè diuinus vir Eucherius ait: Quædam ſocietas eſt penè etiam nominis duabus his rebus, vitiis, & diuitiis. Ægrè ſine opibus gubernantur vitia, quorum illę velut manubria & capuli ſunt. Fere aurum omnium malorum, aut quæ facimus, aut patimur, cauſa eſt. Vſurpa ab illo hanc vocem: *Cap. 27.*

*En ego tempeſtas, ego tota inſania mundi,*
*In me, inquit vobis, æther ruit, & mare ſurgit,*
*In me terra procul, mors proxima, nulla Dei*
*ſpes.*

Ionas procellæ cauſa iactatus in pelagus redemit iras vndarum: tradendum eſt aurum pro redemptione malorum: naufragantes

*onus omnes*
*Præcipitant, certántque pericula vincere damnis.*

Minoris conſtabit tibi ſalus, quam Tertullianus de naufragis dixit, non damno aliquo vincet pericula, ſed magna vtilitate, qui exoneratur inutilibus. In iſto diſcrimine præoccupatio fortunat. Ioannes Geometra canit: *Hæc niſi perdideris citò, Ait quidam, optime fili, Preuenient ma te, proiicientque ſerent.*

*Εἰσὶ τὰ δ' ἔστε, καλ' ὦκα, μὴ ἐξολέσῃς, φίλε τέκνον,*
*Κεῖνά σε προβάλοντα ῥέθειν ἐξολέσει.*

Expecta perdi rebus, niſi prior perdas. Liberum

eſt,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt, & expeditum iter ſalutis. Guigo ait: Exonerando itur. Quid promptius, quid facilius, quam quod ſine onere adhuc tui facies. Tam pronum, tam expeditum eſt conſequi felicitatem, ſequi Deum, vt nec te opus habeas: imò nimis te impedias, ſi onuſtus te ſis; quid, ſi tuis? quid, ſi alienis? Quid ad ipſam vitæ commoditatẽ ſuperuacuum impedium id, quod ſufficiens eſt; imò quod neceſſarium. Quid putas magis tibi neceſſarium? Fortaſſe dices, nihil præ vita? Sæpe iſtam impediuit ſuperuacaneum aurum, plùs ipſa æſtimantium, cui ipſa ceſſit.

*Cap.28.* Ad hæc expendamus opulentiæ vtilitatem, ſit magna: hoc vnum damnum non compenſabit, quòd poſſis plùs nocere, plùs peccare,

*Propter opes vitreas, aurúmque rebelle.*

Adiice non tantùm propter, vt Licentius dixit, ſed cum opibus. Quam tamen vtilitatem dices? Remedium neceſſitatis? Benè, niſi ipſa feciſſet neceſſitatem: fecit morbum certum, remedium eſt incertum. Egentias diuitum non noſcit natura: nec mederi poteſt: plagæ auaritiæ ſunt, quas diuitiæ non ſatiant, ſed exulcerant. Anne bonæ erunt, quæ tam mancæ & enerues ſunt, vt nullum malum auferant? Quod malum auferre poſſunt, cùm nec ipſam ſui famem tollant, imò irritent? & per infinitas amplient neceſſitatum appendices, cupiditates dico? Nihil illis vtile reſtat, niſi paupertatis ſimilitudo: ſed facilius, & lætius eſt pauperem eſſe, quàm imitari. Multi, qui ſunt, nolunt videri, quibus maxima miſeria eſt,



eſt, ſimulare fortunam. In ſilentio infelicitatis ſuæ luunt pœnas pudoris pertinacis. Quemadmodum autem imitatio diuitiarum pauperi miſerrima eſt; ita diuiti affectatio paupertatis innocens erit & ſecura. Quam rogabis affectationem dixiſſe paupertatis? paria vota habere cum paupere, cum natura, id eſt, pauca, id eſt, neceſſaria. Tam digna res paupertas eſt, vt ipſius imagine & colore opulentia, nec incommoda ſit, nec inhoneſta: illi locupletes non ſolùm beatiùs viuunt, ſed laudantur, qui mediocritatis ſpecie imitantur pauperes, qui ſine ſuperbia, ſine oſtentatione, ſine ſtrepitu, modico cultu magnas adminiſtrant facultates. Adminiſtrare dico, non ſeruare: aliud eſt modeſtum eſſe, aliud miſerum. Nec auarum dico ſimilem pauperi; non meretur nomen honoris. Quidni? Dicam ſimilem egeno: aliud enim eſt pauperem eſſe, aliud egere. Nec iſtam ſimilitudinem concedam: vacat ſimilitudo, vbi ſubſtantia eſt. Non ſimilis egeno eſt, ſed egenus: nihil habet, dum plùs habet: perdit omnia, dum ſeruat: nihil intereſt inter diuitias naufragas, & ſeruatas: perditum eſt, quod inutile eſt. Cæterùm, quemadmodum paupertas, norma eſt innocentis opulentiæ: ſic eiuſdem paupertatis norma beatitudo eſt, &, vt audaciùs dicam, Diuinitas. Deus nulla re ad vſum ſui eget, cui ſimillimus erit, qui minimo indigeat.

Adiiciam, vtilitatem rerum potiùs pauperi eſſe, quàm diuiti; nolenti dico, quàm poſſidenti. Vtilitatis forma, vſus eſt: maior rerum vſus *Cap.29.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

contemptus eſt, maior & fructus. Vſus dominium ſequitur: nullus rerum dominus, niſi qui contemnit: nam, qui nimis amat, non dominus, ſed ſeruus eſt; non tam poſſidet, quam poſſidetur: ergo nec vtitur, niſi contemptor, niſi pauper, aut huic ſimilis: tum nullius rei vtilitas eſt, niſi bonæ; vtile bonum eſt, cùm contemnuntur, ſunt maximè bona: ergo maximè vtilia. Miraris bona contempta fieri? Memento bonorum legitimam naturam, communionem eſſe. Non eſt bonum res priuata, ſed publica: debet pluribus adeſſe, imminutum cuique, integrum ſingulis. Deus omnium bonorum archetypum, communis res eſt, & ad omnes æqualis, ad vniuerſos tota, ad imitationem ſuam affectat omnia. Iſtam optimam conditionem boni ſolùm contemptio facit: contemni res ab omnibus poſſunt, poſſideri ab vno ſolùm; contemptæ ſatis ſunt, & cuique, & cunctis. Næ contemptor rerum inuidendæ felicitatis eſt. Vtrùm præſtabit, nulla re neceſſaria egere, an multis ſuperfluis abundare? Qui contemnit, non eget, nec cupiditate. Ad rem difficilem peruenit, ſecurum eſſe, non egere adhuc voto. Qui poſſidet multa, ſuperuacuis exundat; & ſunt ſuperuacua, quotquot habet: alia optat, quàm habet. Præſentibus offenſa eſt cupiditas. Nunc auſim dicere pauperem illum ditiſſimum: nam & ipſi ſuperuacua ſunt omnia, dum vltra neceſſitatem recuſat, & cui neceſſaria (ad innocentiam huius generis diuitiarum iſtud eſt) nulla ſunt, dum citra volun-



voluntatem eget. Tum præſentia diuitiarum diuitem non conſtituunt: vicarium hic titulus admittit, ſi tantumdem habeas, ac diuitias, diues es: non minùs diues cenſetur, qui in nominibus pecunias habet: ditior ille pauper eſt, qui, cùm nihil habeat, non habet cupiditatem, cuius inopia maior eſt omni copia. Tantumdem & velut in nominibus habet, qui nolit, ac ille, qui poſſidet omnia. Quid, ſi conferas immunitatem mentis? Non qualitas, non numerus rerum, non valor diuitem facit. Quis, rogo, ditior, qui duo talenta, an qui vnum prædium habet? Dices, is, cui res ſit maioris æſtimationis. Dicam iam, qui ſanus eſt. Sanitatẽ corporis talentis & prædio emeres: plus itaque habet ſanus, quàm qui talenta, quàm qui prædium poſſidet: ergo locupletior, cui ſanior, & valentior mens, quam cui ditiſſima ſit cupiditas. Deinde abſurdum erit dicere diuitem, qui pretioſa habet, & non qui ſit pretioſus: & nemo pretioſior, quàm qui pretioſa non vult, ſed pretioſiſſimus, qui nec putat.

Paupertas verò res cæleſtis eſt, læta, innocens, ſecura, ſufficiens, &, quod mireris, diues; &, quod inuideas, iuſta. *Cap. 30.*

*Iuſtitia eſt: non ſemper egens, & pauper honeſtas.*

Diuitias compendium deſideriorum facit, non loci ſecculi, non lati fundi, non ingentes redditus. Ad remedium indigentiæ quæris opes, ſed fruſtra: is ſolùm non eget, qui non cupit, non qui habet. Hæc ars cupiditatis eſt, inter ſuperua-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cua egere. Cæterum diues paupertas eſt, ſine alterius nominis ignominia, ſine odio inuidiæ, ſine fauore fortunæ. Iactat cum Metrodoro, in deſperationem adigens fortunam, illam vocem: Occupaui te, cepi, interclusi omnes tuos greſſus, ad me aſpirare nequis. Certè, qui fortunam non ſperat, nihil timebit. Res eſt ſacra paupertas, cui nemo inſidiatur, nemo inuidet, ſine curis, ſine periculis, ſine damnis: tota in bonum compoſita animi & corporis. Iuuant valetudinem tenuis victus, nec delicatus, labor conueniens, ſomnus moderatus, parùm molle lectum, aura & cælum liberum. Eximij generis diuitias pauper habet, innocentes ſibi, & omnibus, quas nec diſponere labor eſt, nec diſcrimen poſſidere: propter quas nemo occiſus; nemo mala aut fecit, aut tulit. Quidquid malam fecerit paupertatem, malas quoque facit diuitias: vtrumque mala mens facit. Quocumque tranſmittas venenum, ſiue in aureum, ſiue fictilem calicem, lethiferum reddet: vitium in animo eſt, tranſmittimus nobiſcum:

*In ſe retinet ſtatus omnis*
*Quicquam miſerum, graue, durum,*
*Quod ſcire ſtatus nequit alter.*
*Experta feres leniore,*
*Notáque magis ope ſiſu.*
*Febrem patiens modò dextrum*
*Mutat latus huc, modò læuum;*
*Nunc ventre cubat, modò dorſo:*
*Hinc pace caret, quia ſecum*





*Fert intrà malum, ſuus omnis*
*Idcirco locus grauis angit.*
*Se corrigat, & paret intra*
*Pacem ſibi, det que quietem.*

Huic tamen paci, quam vult Gerſon, accommodatior paupertas eſt circumciſis curis. Quis ferè omnis mutatio miſeriæ cum damno eſt: ſi ad diuitias confugiſti, non fugaſti mala, ſolùm commutaſti; adde pro maioribus. Solius animi mutatio ſecura eſt. Felicior fies, ſi alius ſis, non ſi tibi alia ſint, non ſi plura, non ſi omnia.

Hactenus fortunam, & ingenium paupertatis contudimus: nunc dignitatem non philoſophicis dumtaxat decretis, theologica etiam diſſertatione ſcrutemur. *Cap. 36.* Quis dignior, qui ſeruit, an cui ſeruitur? Anne minor Rex erit, quòd manu non tractet nummos ſuos; an Præfectus ærarij, quòd alienos? Non diuitem facit adminiſtratio pecuniæ, ſed ſeruum. Simile cenſe diſcrimen inter pauperem, & diuitem: iſte illius theſaurarius eſt; ergo ſeruus; illum dominũ puta. Ioannes, cui à virtute cognomen, Miſericors fuit: dominis ſuis reddi pecunias iuſſit: rogatus, quos dominos vocaret, pauperes reſpõdit. Anne iuſtè quereretur inops, iniuſtè ſibi à Deo prouiſũ, quòd aliis ſuperuacua adderet, ſibi adhuc negaret neceſſaria? Falletur: ex æquo cognoſcit Deus inopẽ ſuum; credo & magis ſuum; nec minus amat, niſi plùs peccantem: non anguſtiùs, ſed auguſtiùs prouidit: non cenſum eius alteri dedit, ſed commendauit. Haud puta diuitibus plura indulſiſſe, ſed com-

miſiſſe: nec pauperem ſine ſorte reliquit, nec diuitem gemina donauit: illum noluit onerare curis; tranſlatę in iſtum ſunt pro vtroque curaturum, & partem ſuam, & alienam, id eſt, pauperis adminiſtratione exonerati. Commendauit itaque locupleti diuina illa Bonitas, prouida noſtri boni, ſortem ſuam & pauperis, cum iſto onere, vt huic opportunè reſtitueret, & exigenti neceſſitate redderet.

*Cap. 32.* Maxima iſta pro vtroque prouidentia eſt ad meritorum cumulum. Aſtutum diuinæ illius mentis conſilium fuit, depauperare aliquos his bonis egenis, vt omnes & diuites & egeni locupletiſſimi fuiſſent bonis non egenis, meritis, virtutibus, actionibus ſtudioſis; vt diues diſtributione & miniſterio erga pauperem mereretur; pauper, aut otio diuinorum, aut patientia egeſtatis, aut relatione gratiæ. Ideò commiſſa eſt diuiti ſors inopis, non ad fructum, ſed diſpenſationem: in illo ſolicitudo maior eſt, maius onus; in iſto maior quies, maior dignitas. Si locuples deſit officio, non Dei culpa eſt prouidentis cum maieſtate pauperi; cuius nec obinde deterior conditio erit. Præſtat eſſe creditor iuſtus, quàm debitor iniquus; imò quàm æquus: nec iam pauper eſt, cui plura debentur, cui famuli ſunt, & ſunt famuli diuites. Æmulari quicumque inops Ducem Romanum poteſt, ſummam ratum felicitatem imperare diuiti, quàm eſſe: ſunt enim omnes locupletes ſerui pauperum, ad ipſorum miniſterium auctorati diuinitùs. Quàm benè compo-



ſitæ humanæ res eſſent, ſi fas iſtud diuinæ prouidentiæ non temeraret auaritia. Certè ad riſum eſſet fortunæ, ad cumulum charitatis. Perit fortuna, vbi miſericordia eſt. Bellè Menander ait:

*Εἰ πάντες ἐβοηθοῦμεν ἀλλήλοις ἀεί,*
*Οὐδεὶς ἂν ὢν ἄνθρωπος ἐδεήθη τύχης.*

Iſtam inuentionem fortunæ inhumanitas fecit, quam Deus ſatis magna prouidentia excluſit, infixo, innatóque edicto, exemplar charitatis, amorem proprium indicente, ne quod nobis nolumus, velimus aliis. *Si alter ferremus ſemper auxilium alteri, fortunæ auxilio nihil foret nobis opus.*

*Noſco ſalutiferum, manſuro munere legem,*
*Vno quæ cunctis proſpicit officio.*
*Nam, cùm aliena mihi mandatur cura, neceſſe*
*eſt,*
*Vt mea mandetur ſic quoque cura alij.*

Appono & aliud eiuſdem diuini viri Orientij:

*Iudice non opus eſt, doctor nec quæritur vllus:*
*De nobis ſcimus, quæ bona, quæ mala ſint.*

Quàm arctus hinc nexus dilatatæ charitatis, omne genus complecteretur:

*Mutua conſtringet cura hominis hominem.*

Iuſtiſſima conuentio eſt, vt alij curatores tui ſint, quòd de aliis cures. Qui ſibi detrahit, vt addat alij, nunquàm tantùm detrahit, quantùm contrahit commodi: viciſſitudine compenſatur beneficiorum, aut memoria beneuolentiæ, & animi eorum, quibus benefecerit, ſin minùs conſcientia benefacti: plus iſta voluptatis afferet, quàm



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quàm fuiſſet illa ſenſus,qua abſtinuit. Cæterùm, quàm inhumanum eſt necare alios, vt te nutrias, ſcilicet,vt ſubornes interitum tuum perniciorem,cuius calcar gula eſt? Apicius,maximus ventris Sacerdos, vt delicatiùs coleret, & ſplendidiùs, mactabat homines ad murænarum pabulum, vt humana pingues ſagina iucundiores ſuus experiretur palatus. Anne humanius,vt impenſis mulceas ſtomachum ſuperfluis, necare pauperes,quibus non ſubuenis? Vtrolibet modo mactas hominem ventri.Collega Apicij eſt,quiſquis non miſericors.

Cap.33. Ingentis horroris eſt, rigidè exigenda adminiſtrationis ratio à diuitibus. Ardet mundus ſceleribus, iracundiis, furoribus,homicidiis; exundat luxu,laſciuia,& omni libidine; inundat omne genus malitiæ: & tamen vna duntaxat pronuntiatur damnationis cauſa, non tantùm iniuria, ſed incuria pauperum tremendâ illâ ſententiâ immunium: ad diuites dirigitur. Anne pauper ſine iudicio manebit? Anne nullus illi præparatus eſt Inferorum locus? Thronos potiùs video,ſolia,tribunalia. Certè,ſi priſcos ſpectemus, omnem Inferorum aditum pauperrimo occluſerunt: niſi cum nummo illuc venire nemo poterat,quo Charontis vecturam ſolueret. Valeant fabellæ: iam nunc pauperum eſt cælorum regnum. Qui nunc Reges cæli, poſteà Iudices erunt diuitum: iudicaturi venient: tunc cùm rationes ſumentur de rebus pauperum iniquè procuratis, iniuſtè ſubreptis, id eſt, non diſpenſatis; ipſi,



ipſi,quia domini, meritò aſſiſtent: cauſa propria agitur: nec aliter quàm de rationibus Præfectorum ærarij Imperator ipſe decernit,ſic pauperes iudicabunt diſpenſationes diuitum.

Adeò intereſt inter diuitem, & pauperem: *Cap.34.* magnum illius onus,iſtius honos. Chriſtus, qui omnes nos voluit Reges, voluit non tantùm paupertatem tolerare, ſed facere; vt, poſtquàm reliquerimus omnia, quadam neceſſitate boni eſſemus: nec depreſſâ ad terram mente cælorum remitteremus reſpectum. Solerti ſtratagemate prouidit, vt vel ab ipſa auaritia cogeremur omnia contemnere, vt miſſis noſtris rebus in cælum,illuc mitteremus & animum. Eumdem locum occupant theſaurus & cor: in cælo erit cor noſtrum, poſtquàm illuc miſerimus noſtra. Vides cupiditatem, omnium malorum ſemen, nunc abſtinentiæ, virtutiſque cauſam? Si omnia tua arrhas cælo tradidiſti, amittes, niſi ſtes promiſſis: ſic ipſa te auaritia debet cogere ad temperantiam,& amore terræ cælum amare.

Adiice ad dignitatem pauperis, ſuffragium *Cap.35.* naturæ,licèt minus ſit. Quæcumque cælo vicina poſuit, pauperiora elegit; ideò faciliora, leuiora, latiora, dilucidiora: dotes, ſcilicet, paupertatis ſequentia, quæ dilatata eſt,facilis, leuis, feſtiua, clariſſima. Specta ignem, fortaſſe ſuburbia Lunæ, aut patria ſyderum; pauperrimus eſt; nihil in ſe,niſi ſe habet, purus, limpidus, leuis, perſpicuus, ſe contentus. Quia ab iſta paupertate degenerat aër, quòd admittat à terra flatus & va-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pores, alienáque poſſideat elementa, tam minùs leuis eſt, & impurior. Aqua deinde ditior, plura monſtra, & opes ſeruat: ideò grauior, & minùs peruia lumini. Terra habet plurima, ditiſſima eſt, metalla, lapides, arbores, animalia: propter eà & grauiſſima, & aſtris longinquior, luci reſiſtens, omnium auariſſimum elementum; condit corde ſuo aurum, velut in arcis claudit ſaxis, damnatum tenebris. Poſt elementa, compone animalia. Vides auiculas lætas cantantes, quibus cælum liberum eſt, nec ſerunt, nec metunt, nec in horrea deponunt: viliſſima animalia ſunt, quæ opes habent, mures, formicæ: vide iſtarum anxietates, labores, moleſtias: confer feſtiuitatem pauperculatum auium. Itaque cæli viciniam paupertas conſecrauit; & ipſa quaſi ſuapte natura cælum petit. Eleganter Gregorius Piſides ait:

*Pauperes magis ſunt cæli-petæ ſuapte natura.*

*Τὸ πτωχὸν εἶδος οὐρανόσπορον φύσει.*

Hominem, quem cælo deſtinauit Deus, paupertati inaugurauit: in ipſa natiuitate nudus naſcitur: dicam, & ante ipſam ex alienis factus eſt. Æther volucribus conceſſus erat, aqua piſcibus, terra plantis & brutis: mutuò accepta eſt materia humana: limus fuit è piſcium & animalium ditionibus mendicatus.

* * *

DIO



## DIORISMVS III.

### *Voluptates excellit dolor.*

PRocedo ad voluptatem, rabidam & laniantem canem, vt Theologus Nazianzenus ait, *Cap. 36.* cuius cauſa diuitias amas, ad quarum infamiam illud accedit, non eſſe dignas ſe, & eſſe tam indigna re dignas. Quale bonum erit, quod ſe non mereatur: quod propter malum ſit? Nemo quærit diuitias, niſi vt gaudeat: at omne gaudium, quod pretio paratur, viliſſimum eſt, aut malum. Minima eſt voluptas, quæ magno ſolet conſtare. Iſtam iniuriam etiam debemus opinioni, nimis approbaſſe voluptates, odiſſe omnes dolores, quamuis iſtud ex illo ſequatur: hoc ipſo, quòd admittas voluptatem, promittis fidem dolori, quem non excludes. At contrà fecit Zeno Eleates, ne priuaretur voluptate, voluit dolere. Cùm quidam vitio ei vertiſſet, quòd conuitio verberatus, nimis iniquè tuliſſet: Si contumelia, inquit, vexatus, id diſſimulauero; ne tum quidem, cùm laudabor, voluptatem capiam. Inepta excuſatio, id eſt, à ſuperbo tunc animo, iniquè ſe, & res æſtimanti: maxima ſui fiducia erat, plures laudes mereri, aut ſperare, quàm conuitia: maxima ſtultitia neſcire, non ſatis compenſari exemptionem dolorum feriatione voluptatum. Plura ſunt, quibus doleas, quàm lætetis: illud rectè nouit, eadem ianua vtrumque introduci. Quemadmo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

admodum nox ſequitur diem, angor aliquis ſuccedit nimiæ lætitiæ, niſi quòd impares ſint: noctes inuenies breuiores luce; dolor tamen prolixior eſt voluptate: diuiſam vitam habent, velut Caſtor & Pollux, lumen. Occaſus voluptatis ortus doloris eſt, & illa in occaſu ſemper eſt. Nemo ſuccumbit dolori, qui victus voluptate non fuerit. Iam in hoc malignitas voluptatum patebit iis etiam, qui errant in qualitate bonorum: nam, ſi labores improbos putes, ſi dolores malos, peſſimam debes credere voluptatem, quòd malis nos prodat. Illi, qui te tradidit inimico, infenſior, quàm ipſi inimico eris. At is, quem deliciæ non flexerunt, reſiſtet dolori. Miraberis, quod dicam. Vis animi, quæ vincet mollia & delicata, ſufficit, vt duriſſima ſuperet: violentiores ſunt muliebres illecebræ, quam rigor & frons torua doloris, cui nonnunquam, qui ferreus obſtat, cereus voluptati eſt, & totus liqueſcit. Inuictus ferro Annibal, victor per ferrum, victus deliciis fuit, marcuit vitiis, ſolutus vino eſt.

*O noua pugnandi ſpecies, non ales arundo*
*Neruo pulſa fugit; nec ſtridula lancea torto*
*Emicat amento framea, nec dextra minatur;*
*Sed violas laſciua iacit, foliiſque roſarum*
*Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit.*
*Inde eblanditis virtutibus halitus illex*
*Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum,*
*Et malè dulcis odor domat ora, & pectora, &*
*arma,*

Ferra



*Ferratóſque toros obliti corpore mulcet.*

Perge, ô Prudenti: narra omnia facinora molliſſimæ laſciuiæ: recenſe fortiſſima flagitia delicatiſſimæ voluptatis plùs vrbes euertentis, quàm ignis, quàm ferrum: nullius imperij occaſum inuenies, quem mollitia nó præcipitaret. Vltimum ſpiritum Aſſyria gloria inter pocula emiſit: Babylonem Balthaſar per gulam prodidit, Niniuen Sardanapalus per luxuriam. Certè mors alienis copiis, contracto, nempe, à voluptate ſubſidio, genus noſtrum intempeſtiuè depopulatur.

Verùm, cùm voluptatem dico, cùm improbo, *Cap. 37.* iſtam popularem & futilem cum vulgo intelligo, quæ ſenſus fungitur. Deliciæ enim nomen voluptatis ad ſe contrahentes infamarunt, cùm tamen ſua animo excellentior voluptas ſit, id eſt, voluptas. Æquiuoca vox iſta eſt: ſignificat, & quod eſt, & quod videtur; non aliter ac homo etiam ſtatua dicitur: ſubſtantialem & viuentem voluptatem animus poſſidet; exanimem & ſimulatam ſenſus. Hæc diſcretio confundit appetitum, vt paralogiſmo laboret: æquiuocatione fatigatur votorum: inde cùm ſemper clamet, & vociferans poſtulet gaudia, ſæpiùs mœret: æquiuocatio fuit, mala pro bonis flagitat: appetit veram voluptatem, petit pictam. Hanc igitur calumnior: hanc è bonorum albo libenter expungam. Non eſt bonum iſta voluptas ſolidâ maſſa: eſt, vt ſemel dicam, nucleus & corpus dolor eſt. Iam non mireris, ſi hunc audieris vmbram ſequentem oblectamenta: nec inſulsè vtriuſque

indoles

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

indoles iſthæc exponetur. Occidua eſt omnis voluptas: vmbras promiſſas facit, id eſt, dolores. Quemadmodum occumbente Sole euigilant tenebræ, & quò ille proximior occaſui ruit, recedunt vmbræ, & promittuntur; infantis vmbra gigantem tunc mentitur: ita vel minima voluptas in occaſum ſemper ſuum præceps magnum protendit dolorem. Metiamur delicias cum ipſarum pœnitudine: illæ in tranſitu ſunt; hæc adhæret: illæ momento faceſſunt, hæc per annos laceſſit. Illæ, cùm diu aliquando fuerint, ſatis eſt, vt diu non ſint: vtroque modo imminet voluptatibus periculum ſui; ſi diu ſunt, pereunt; ſi diu non ſunt, non delectant. Pœnitentia longæua eſt, & quandò proceſſerit, maior: non ita recentia odimus errata; tempore languet probatio culpæ: nulla pretioſa voluptas eſt, niſi accidens: intenta & quæſita, dolore emitur, vilis eſt; atque velut anticipatæ merces carè parantur; ſupra iuſtum pretium ſoluitur. Quid dico, emere voluptates exiguas magnis doloribus? vendimur. Anne Lyſimachus non ſe voluptati vendidit? Cùm ſe Scythis propter voluptatem vendidiſſet, & tam friuolam, vt eſt aquæ frigidæ guſtus; vix pactum celebrauit, cùm reſcindere voluit; ſerò tam exclamauit: Dij boni, quàm breuis voluptatis cauſa, quantam depoſui felicitatem! Maiores gemitus expectorare poſſes, quiſquis voluptate captus es in ſumma libertate: ingemiſce; non libertatem corporis amittis, ſed animi.

Atqui



Atqui non tantùm poſt voluptatem dolor eſt, ſed cum ipſa: adhuc cùm eſt, felle eſt grauida, & vndique abſinthij humore delibuta. Quod gaudium timore ſui non polluitur? Etiamſi deſit, qui interpellat, ipſum deerit. Nec quòd timorem duntaxat dixi, ſimplicem moleſtiam putes: atque, vt taceam, quot timor curas appendices habet, ipſe non eſt ſincerus; timet gaudium, & pro gaudio trepida malè ſui conſcia mens illicitam pauet voluptatem. Auida cupiditas conſternatur, ne deficiat. Nihil ita flectit omnem ſenſum gaudij, quàm terror finis. Poſtrema gaudiorum, atque, vt propriùs dicam, pedes, ſunt dolores: dolendo introducuntur, dolendo ſtant: his ſemper pedibus egent: nunquam enim ſedent, impatienter pauſam ſuſtinentia. Sine defectu aliquo deficeret voluptas: ægrotus potu plùs lætatur: atra bili vexati plùs oblectamenti capiunt. Iam credo è bonorum finibus deportabis, quod pollutum eſt: quod tam permixtum malis, tam confuſum doloribus. Bonitas, res conſpicua & pura eſt, ex omni parte integra, res rotunda, vna, perfecta, cuius titulus deeſt, ſi aliquid boni deſit. Anne conſiſtet, cùm plurimùm mali adſit? Quid, ſi nulli rei magis hæc bona deſunt, quàm cui minùs deſunt mala? *Cap. 38.*

Adijce, quòd corruptionem ſequitur interitus. Continet, imò ſuſtinetur voluptas æmulo dolore: hoſtem domi habet, fugiet. Quid dixi, domi? in viſcere habet, peribit. Stabilitum bonum ſinceritas ſua facit: æterna ſimpliciſſima ſunt, *Cap. 39.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſunt, & pura. Nequit bonum eſſe voluptas, turbida fluit, imò præterfluit, velut aqua perforato dolio. Elegantem iſtam voluptatis imaginem, non Architas, aut Plato aliquis vindicet, è diuinis eloquiis eſt, vnde extranei vſurpauêre. Permanebo in illa, vt genus voluptatum diſtinguam: nulla plena eſt, niſi è cælo, niſi in Deo. Pertuſum dolium non vidiſti plenum, niſi in flumine, aut pelago: adeò Dauid, voluptatem cæleſtem ab impetu fluminis demonſtrat. Aliæ voluptates in ſicco ſunt, dilabuntur, non occupant, depleto ſemper corde tranſeunt, nec adhuc breuiſſimo ſtant, ſed celeriter currunt; certè hac ſolùm inuidia contemnendæ, etſi alioquin inſontes. Admittamus Epicuri ſuffragium, maximi voluptatis patroni, ſed non iniqui arbitrij, quamuis illum infamarit vulgus, vt patrocinio Philoſophiæ communia excuſaret vitia: dicebat ille negligendas eſſe corporis voluptates ob breuitatem ſuam, malorùmque longæuitatem, quæ interitu ſuo pariunt: at labores adoptandos; nam & breuiſſimi ſunt, & magnorum proxenetæ gaudiorum, vitalium, longæuorum. Quid diceret, ſi æterna putaſſet?

**Cap. 40** Tum neque bona voluptas eſt: nam bona prohibet, &, quod vix credes, ipſas voluptates, ipſa mala, quæ ſe non ſuſtinent. Pacifica res & ſocialis eſt bonitas: bonum bono amicum eſt. Sanctiſſimo ſe fœdere bona omnia colunt. Non vides pronitatem malorum, difficultatem bonorum: per decliue in vitia ruimus, per ardua adimus

adimus



adimus virtutem: illud deſcendere, iſtud eſt ſurgere. At, quidquid ſit, magnopere amamus mala, fortaſſe non ſine aliquo titulo. Quidam timuit, ne bona, & boni conſumerentur, multitudine ac promptitudine malorum. Vnde igitur contradicitur malitiæ? Non leuiter credo ex concordia bonorum. Confuſum & diffuſum examen mala, & mali ſunt: ſingulares vias quærunt, non eandem, non eodem incedunt: ſeorſim ſunt, diſparata: ſolùm eſt ordo bonorum. Hæc natura vnit, nectit. Nulla virtus alteri reſiſtit: omnes vnam ſequuntur, & dulcibus viciſſim ſe amant, ſe admittunt, ſe ligant amplexibus. Ratio eſt communis Mercurius, ad vnam vbique tendit. Appetitus tamen & affectus, ait Simplicius, licèt iidem ſint in me, & in te, aliud tamen appetit iracundia mea, aliud tua, & cupiditates diuerſæ ſunt. Mala neſciunt ſocietatem: tumultus & turba ſolùm ſunt: nec aliter vna ſunt quàm duo æmuli: conferunt manus, aut ſibi repugnant, aut palàm, vt vel mala malis perdantur, auaritia prodigalitate, audacia timore; vel ſeorſim facilius intercipiantur à bonis. Auaritiæ non ſuccumbit prodigalitas: facilius liberalitate vincetur habente in ſubſidium iuſtitiam, prudentiam, & cæteras virtutes: at voluptas ex vitiorum proſapia, aut ex eius ſtirpe, habet ſimile ingenium vitiis, impatiens fœderis. Mitto corporis voluptates obſtare delectis animi: ipſæ corporales ſibi reſiſtunt. Quid moror? Vnaquæque voluptas ſibi repugnat, impatiens ſi ſolum creſcit, ſe deſtruit:

adeò nocet & ingrata eſt ſruentibus, vt erga ſe ipſam reddat impotentes. Liberalius & gratiſſimum eſt, laborum ingenium: vt alia commoda taceam, non tantùm ipſis laborantibus ſe labor detrahit, ſed validiores patientes contra ſe facit. At voluptas ipſos, per quos armatur, labefactat ſenſus: quale vulnus rationi inimicæ inſliget? Quemadmodum vincitur nutritione, & abdomine ſenſus; ita ſenſu mens, duobus iam æmulis patens, ſenſui & victori eius. Gulæ crimen eſt, hebetare ſenſus, inducere ſomnum: nam vegetatiua vita pollente contrahitur & torpet ſenſitiua; ita, dum ſenſitiua pollet, ſubigitur rationalis.

*Cap. 41.* Poſt impedimenta bonorum adiice, quàm liberalis malorum ſit voluptas, hoc ſolo titulo millies conſpuẽda, abominanda. Ipſa fornax ſcelerum, fodina nequitiæ, metropolis dæmonum, alueus vitiorum, philtrum improbitatis, contagium totius malignitatis, artificium dementandi. Sapienter Architas ita precabatur: Inſania potius, quàm voluptate corripiar. Subornat mentem ad iniqua iudicia rerum. Maximum propterea Simplicius hoc naturæ beneficium agnouit, breuitatem voluptatum, ne diu inſani eſſemus. Quod damnum inuenies, cuius rea voluptas non ſit? Ipſa ſapientiſſimos dementauit, vide Salomonem: ipſa peruertit iuſtos; vide Dauidem: ipſa fortiſſimos eneruauit; vide Samſonem, vide Milonem. Totum infortunium naturæ voluptas eſt: maximus mentis caſus, &, vt

ſic



ſic dixerim, animi exanimatio: motum omnem ad bonum interdixit. Peſſimum hunc morbum Guillelmus paralyſin vocat. Neque minus eleganter Heraclius opinionem, quâ voluptas munitur; Hippocrates ipſam voluptatem appellarunt ſacrum morbum: impedit omnem functionem mentis, lædit principem partem, euertit Capitolium, & aras rationis. Aurelianus, priſcus Medicus, libro primo Chroniõn ait: Sacram contaminat animam: illo correpti, ignari, publicis in locis cadendo fœdantur. Quòd ſacer dicatur, ad inuidiam eſt ſiue, quia caput inuadit, quod iuxta clariſſimos Philoſophos ſacrum & delubrum mentis eſt: ſiue ob magnitudinem paſſionis, vt inquit Cælius Siccenſis: maiora enim vulgus ſacra vocauit; nam ſacrum dictum mare, ſacra domus; velut tragicus Poeta ſacram noctem, hoc eſt, magnam. Quintus Serenus labem horrendam dixit, alterius nominis originem ducens à diſſolutione comitiorum:

*Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,*
*Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſant:*
*Sæpè etenim membris ægro languore caducis*
*Conſilium populi labes horrenda diremit.*

Imaginem vides voluptatis. Subitus eſt & raptus, & maximus animi morbus, & maximè caduca, infeſtat, deficitque mentem, contaminat animam, fœdat ignaram ſui mali: omne conſilium diſſipat, peſſimum omen: cui ſimilia remedia ſunt adhibenda ac comitiali languori. Praxagoras libro ſecundo Curationum, caput iubet



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

radi ſine venere. Anne obinde priſcis Romanis culta fuit Venus depilis, raſo capite, quam caluã dixere? Euellendi ſunt omnes molles cogitatus, omnis trica occaſionis eradenda: nulla capilloſa in fronte occaſio ad laſciua, ad blanda ſit; ſed vndique glabra, ne vel pilo arripiatur. Optima Veneris curatio, fuga occaſionis eſt. Aſclepiades fel adhibuit cameli ad eius morbi curationem: & Serenus canit:

*Prodeſt cum veteri Baccho fel vulturis atri.*

Sæpiſſimè delicioſis profuit fel fortunæ: eſt atra, & volucris. Dementatio proſperantis laſciuiæ amaris reparabitur pharmacis. Cur putas, ſenectus moleſta eſt? Sapientior eſt. Venerata natura ſenium, vbi plus iudicij poſuit, detraxit voluptatibus, quibus vicinam illam ætatem fatis ad redemptionem mentis exemit.

*Cap. 42.* Si adhuc perſiſtis, voluptatem bonum eſſe, te damnas malitiam inter mala putas minora bona. Maior ſæpè voluptas eſt in brutis, in amentibus, in infantibus. Quale bonum erit, quod liberius, quod maius poteſt eſſe in iis, quæ nequeunt eſſe boni? quod in peſſimis eſt, quod in ſceleſtiſſimis? Ingrata bonitas eſt, quæ communis eſt non bonis, & libera malis. Aliis, quæ opinio bona fecit, minor eſt communitas: licèt ſufficiant, vt hominem reddant malum, non vt non hominem, id eſt, pecudem, aut ſuem, aut aliquod brutorum. Diuitiæ, & ambitio, monſtra ſunt humani cordis; duntaxat immutant naturam, non commutant: nec ambitio, nec auaritia. Inferis eſt,



eſt, ideò felicioribus. Vitia iſta humana ſunt: voluptas ſolùm, publica dos ſentientium, in ſuam irrationalium claſſem demittit rationem: ideò irrationabilior in his, quòd ratione iuuetur. Simplicius ait compaginare animam corpori. Monſtra dicimus, ſi non omnia membra conſonent humani proportioni corporis; maius monſtrum eſt, ſi affectus non conſentiant animo & rationi. Miramur corpus non humanum, cum humana anima; miremur ſine humana anima corpus humanum: caret hominis anima, qui pecorum, & brutorum voluptate vincitur. Mandragoræ, ſiue alius oleris radix, quæ humanam refert ſimilitudinem, ſine mente, notabilis eſt. Ad ſtuporem eſt videri homines, & eſſe pecudes, eſſe truncos, nutritione occupatos. Petulantior eſt voluptas, quam induſtria prouexit: puto voluptatem robuſtiſſimum omnium vitiorum, ſiue quæ bruta ſimulant, ſiue quæ homines diſſimulant. In primis impudentior eſt paſſionibus brutorum: ratio illam iuuat. Quidni? Ratio illi ſeruit: ancilla cupiditatis fit: miniſterio itaque rationis inſoleſcit. Flectitur vis mentis ad obſequium ſenſus. Deinde effrænatior humanis vitiis, auaritia, & ambitione: iſta ſolùm mala fecit inuentio humana ſine ſubſidio ſenſuum. At voluptates, & ſenſus, & opinio irritat. Æquè debet ingenio humano voluptas, ac diuitiæ, & faſtus. Accedente induſtria impulſui naturæ vehementior & terribilior eſt, quàm in brutis, quarum impetum ars non impulit. Itaque voluptas hu-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mana fortiſſimas omnium cupiditates alit, indomitas nutrit paſſiones. In feris voluptas ſine arte eſt, in hominibus auaritia ſine impetu ſenſus. Hominum voluptas bis inſtruitur, arte, & impetu; violentiſſima eſt.

*Cap.43.* Quid addam? Voluptas corporalis ſolùm digna eſt brutis. Labor non indignus Deo. Nec opus eſt meminiſſe ſapientiorum ex gentibus, conſecrantium Diuinitate Herculis labores, vt contra famam vulgi authoritatem illis ſeruarent. Filius Dei amplexus eſt illos, quibus & ſaginauit ſe; nec aliud plùs è noſtris elegit. Sequamur arbitrium diuinum: per omnia diſcrimina tuti erimus. Callidè Alexander Dardanus præmium pulchritudinis maluit: viderat à Deabus ambiri; ſequutus eſt guſtum Diuinitatis. Iſtud ſit ad pudorem ſocordiæ noſtræ. Suffragium Dei habemus ad contemptum voluptatis, ad honores laboris: neque minùs honorificè habendę ſunt paſſiones Domini, quàm patibulum. Crux olim maledicta, & ignominia Orbis, nunc adoratur, ſummos adornat honores Regum, coronas, vt ſic dixerim, coronat. Opprobrium etiam noſtri generis labores erant, pignora peccati primorum parentum: nunc pro gloria captare potes, conſecrauit illos IESVS.

*Cap.44.* Si non honorificos, vtiles noſce. Labor eſt magna commendatio virtutis, fides ſapientiæ, character vitiorum, præſidium vitæ, æmulator muneris angelici, cuſtodit nos, & docet, ſupellex diuinæ habitationis, vaticinium iuſtitiæ, &, vt plauſi-



plauſibile aliquid habeat ſenſus, & opinio, auſpicium eſt fortunæ, penus gaudij, fœnus voluptatis, natalis dies immortalitatis, aquæductus famæ. Vitis, cui ferrum non excuſſit lacrymas ſanguinis ſui, amputatis membris, ſterilis & triſtis iacet: vulnus cum ploratu fœcundat, ſuauiſſimos edit fructus, plenos, quò magis ipſa fletibus exhauſta. Qui ſauciat cinnamomum, ſtacten carpit. Corrumpitur vita deliciis, quemadmodum cadauer vermibus; nec niſi alicuius doloris myrrha ſiſtitur. Eleganter Æneas Gazeus mandragoram vocauit; ſopiat cupiditates: tantùm inualuit veteribus eius opinio, vt publico ritu legitimus inſtitueretur dolor, ſine quo rempublicam conſtare poſſe non credebant: anne priuatus poterit? Vt taceam pancratium & pugilatum, commune iſtud plurimis fuit. Spartani ad argumentum pietatis ſæuitiam oſtentabant: nec alia liberaliùs hęreditate donabant liberos, quàm plagarum. Adiice, quòd nihil præter ſe pretioſius habet virtus, niſi dolores, cruciatus, labores. Quare, dices? Quia ipſa in his pretioſa. Difficultas, materia virtutis eſt, vt ligna & metalla fabrorum. Aurifex meliorem artis ſuæ materiam non reiicit: ſculptor ligna ſeligit: nullus ſtatuarius iraſcitur optimo ſimulacris marmori. In maiori labore, maiori cruciatu præſtantior virtutis materia venit: plùs gaudendum eſt.

Nec tantùm dolor fauet virtuti, vt præſtantior ſit; ſed vt ſit. Quadam diſciplinâ naturæ, qui afflictus eſt, aut melior fiet, aut minùs malus. *Cap.4*

Nemo, quòd habeat plurimum auri, ſtatim aurifex eſt, nec quòd plura ligna, ſtatim faber: materia non eſt ars, ſed paret arti. Nec ſtatuarius deſinit eſſe, quòd inter ligna, lapides & metalla non ſit: artificium à materia pendet, non ars. Iſtud tamen priuilegium laboris eſt, quòd talis materia ſit virtutis, vt & ipſam ſæpe faciat, & affricet vicinis ſua, & ſalutari contagio artem. Diſcimus in labore virtutem, & ab ipſo ſæpe labore: dediſcimus in delicijs, & ab ipſis. Traduco in exemplum Dauidem inter inuidias Saulis ſanum, mitiſſimum. Afflictionibus, laboribúſque eruditus coluit virtutem, benignus æmulo, parcens hoſti, ſeruauit auido cruoris ſui ſanguinem. Vide hunc ipſum poſt voluptatem crudeliſſimum, reum ſanguinis optimi viri Vriæ, qui pro ipſo ſuderat. Hic eſt ille, cuius memoria manſuetudinis commendatur: hic eſt ille liberaliſſimus veniæ: hic ipſe poſt venerem dedicit humanitatem, neſciuit ignoſcere. Non facilè crudeliorem vltionem leges. Populum capta Rabba eduxit, fecitque ſuper omnes tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita vt diſſecarentur, & contererentur. Nec ſtetit hic ſæuitia: per omnes vrbes Ammonitarum eadem atrocitas graſſata eſt: multis in locis ſerrauit homines, diuiſit cultris, & traduxit in typo laterum. Iſta inhumanitas poſt libidinem fuit, (frequens Litteris ſacris prolepſis eſt:) adeò mores alienauit voluptas. Vnius Bethſabeæ amor exhauſit totius naturæ charitatem. Sine exemplo crudelitatis fuit,



fuit, qui ad exemplum manſuetudinis propoſitus erat. Ille, qui toties pepercit Sauli, qui maledicentibus ignoſcebat, qui ſiluit exprobratus, qui tam delicatæ manſuetudinis fuit, vt quæ, niſi impius foret, punire debuit, (debent multa Reges,) noluit, niſi aliena manu: quæ parcere non potuit, diſtulit, & filio tradidit punienda. Cæterùm, illum afflatum virtutis in laboribus, non nimiùm credo deberi impedimento voluptatum, quæ tam peſſimè de probitate merentur. Vnus labor multis & diſparatis voluptatibus, etiam in volentibus obſtat. Lepidè quidam peritus coquus Mediolanenſi Duci poſt bellum infeliciter cum Florentinis geſtum reprobanti epulas, reſpondit: Si Florentini tibi guſtum auferunt, ipſe in culpa non ero: cibi iucundi ſunt, ſummáque arte compoſiti: te nimiùm concalefaciunt, & appetitu hoſtes priuant.

Iam quid contra dolorem cauſaris? Senſum, *Cap. 46.* acerbitatem? Adhibe patientiam, conſtantiam, rationem; iſtâ enim lumen animi inextinctum ſeruatur, velut facula in pharo: perflat Boreas, fremunt procellæ, tuta erit mens; &, quod mireris, læta inter triſtia. Non aliter ac oues Ponticæ, quæ, quia abſinthia paſcebantur, felle carebant. Ipſe patronus voluptatis Epicurus commendauit beatitudinem ſapientis in ſummis doloribus. Quid mirum, ſi non triſtis ſit ſapiens, in quibus alij inuicti, Lacedæmones pueri, Indicæ feminæ, Ægyptij Myſtæ, puerperæ feræ, ſtulti denique amaſij? Ergo, quod vicit imbecillitas in



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pueris, lex in fœminis, error in ſuperſtitioſis, conſuetudo in delicatis, natura in feris, vitium in laſciuis, virtúſne ſolùm non domabit? cui dolor non tantùm ferendus eſt, ſed prouocandus, ſed amandus ad infortunandam ſenſuum felicitatem miſeram, vt cùm ratione non poſſimus, minis, & ſupplicio compenſemus. Optimè Plotinus ait: Corporis, ſenſuſque proſperitas grauans hominem ad ſe detorquet. Decet autem viciſſim compenſatione & diuerſione quadam ad optimum potiùs conferente, quodammodo corpus attenuare, vt appareat, hominem ipſum ab externis eſſe diuerſum. Auerſanda, auerſanda voluptas eſt, vt Philiſtæ eos, quos amplexabantur, iugulantes.

---

## DIORISMVS IV.

### *Gloriæ humanæ futilitas.*

*Cap. 47.* NVnc diſpiciamus humanos honores etiam inter bona, & quidem maxima intruſos, per magnas tamen quæſitos vilitates & mala. Satis hoc ad contemptum erat, quòd pateant contemptibilibus etiam ſibi: qui vt digni aliis videantur, non ſe indignos putant indignitatibus. Quæ iam æſtimatio, & dignitas dignitatum eſt, cùm promiſcuè malos cum bonis admittant? Dignos, indignóſque confundit dignitas, non diſcernit. Scilicet, æquat meliores deterioribus, cùm



cùm præponere deberet. Nec inde maior infamia optimis poteſt accidere, quàm ab honore, cùm eos peſſimis comparet. Maiorem puto honorem, huiuſmodi honore carere, & ſuis moribus æſtimari, non promiſcuis titulis, quos error commendat. Inter bona, quæ inuenit opinio, futilius opinio ipſa eſt. Opinione erramus in bonis, nec bonum probatum erit, quod ſola opinio ſuſtentat; illud gloria eſt. Cur ergo nihil plùs nos raptat? Ideò inquietat ſui appetitum, cùm, vt mox videbimus, minùs laceſſere deberet; quòd ſagaciſſima ſit, contendit; ne ad manus veniat, pernicior eſt; elabitur plùs quærentibus, euadit inuadentes, difficillima obtentu, ne experientiam ſuæ vanitatis facilè permittat. E longinquo nos citat. Omnia iſta, quæ commẽtatio noſtra exaggerauit bona, diſſita commendantur: maiora carentibus ſunt, maxima cupientibus; diſparent tamen tractanti: minima experitur poſſeſſio, quæ ſpes magna vidit. Sæpè vota, quæ ratio non compeſcit, experientia præter ipſa vota damnat; diſcimus ſeducti. Gloria tamen non ſinit tractari, non vult periclitari opinionem ſui, inſequentes ſe vitat: votis, vbi maximè opinio, id eſt, error, valet, duntaxat ſe concedit: conſcientia quadam ſuæ exiguitatis conſcientiam noſtram fugit. Diuitiæ expectant, donec apprehendas, aut alius rapiat: voluptates vndique obuerſantur importunæ vſque ad faſtidium ſui: at gloria intractabilis, & montana eſt: dum quæris, fugas: non aliter ac venatores feras: remota eſt, ideò magna viſa:

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

pueris, lex in feminis, error in ſuperſtitioſis, conſuetudo in delicatis, natura in feris, vitium in laſciuis, virtuſne ſolùm non domabit? cui dolor non tantùm ferendus eſt, ſed prouocandus, ſed amandus ad infortunandam ſenſuum felicitatem miſeram, vt cùm ratione non poſſimus, minis, & ſupplicio compenſemus. Optimè Plotinus ait: Corporis, ſenſuſque proſperitas grauans hominem ad ſe detorquet. Decet autem viciſſim compenſatione & diuerſione quadam ad optimum potiùs conferente, quodammodo corpus attenuare, vt appareat, hominem ipſum ab externis eſſe diuerſum. Auerſanda, auerſanda voluptas eſt, vt Philiſtæ eos, quos amplexabantur, iugulantes.

---

## DIORISMVS IV.

### *Gloriæ humanæ futilitas.*

*Cap. 47.* NVnc diſpiciamus humanos honores etiam inter bona, & quidem maxima intruſos, per magnas tamen quæſitos vilitates & mala. Satis hoc ad contemptum erat, quòd pateant contemptibilibus etiam ſibi: qui vt digni aliis videantur, non ſe indignos putant indignitatibus. Quæ iam æſtimatio, & dignitas dignitatum eſt, cùm promiſcuè malos cum bonis admittant? Dignos, indignóſque confundit dignitas, non diſcernit. Scilicet, æquat meliores deterioribus, cùm



cùm præponere deberet. Nec inde maior infamia optimis poteſt accidere, quàm ab honore, cùm eos peſſimis comparet. Maiorem puto honorem, huiuſmodi honore carere, & ſuis moribus æſtimari, non promiſcuis titulis, quos error commendat. Inter bona, quæ inuenit opinio, futilius opinio ipſa eſt. Opinione erramus in bonis, nec bonum probatum erit, quod ſola opinio ſuſtentat; illud gloria eſt. Cur ergo nihil plùs nos raptat? Ideò inquietat ſui appetitum, cùm, vt mox videbimus, minùs laceſſere deberet; quòd ſagaciſſima ſit, contendit; ne ad manus veniat, pernicior eſt; elabitur plùs quærentibus, euadit inuadentes, difficillima obtentu, ne experientiam ſuæ vanitatis facilè permittat. E longinquo nos citat. Omnia iſta, quæ commêtatio noſtra exaggerauit bona, diſſita commendantur: maiora carentibus ſunt, maxima cupientibus; diſparent tamen tractanti: minima experitur poſſeſſio, quæ ſpes magna vidit. Sæpè vota, quæ ratio non compeſcit, experientia præter ipſa vota damnat; diſcimus ſeducti. Gloria tamen non ſinit tractari, non vult periclitari opinionem ſui, inſequentes ſe vitat: votis, vbi maximè opinio, id eſt, error, valet, duntaxat ſe concedit: conſcientia quadam ſuæ exiguitatis conſcientiam noſtram fugit. Diuitiæ expectant, donec apprehendas, aut alius rapere: voluptates vndique obuerſantur importunæ vſque ad faſtidium ſui: at gloria intractabilis, & montana eſt: dum quæris, fugas: non aliter ac venatores feras: remota eſt, ideò magna viſa:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſa: quid remotius quàm id, quod nunquam nobiſcum poteſt eſſe? In aliis eſt noſter honos, alieno ſemper pendet arbitrio. Hinc plus vouemus, quia non obtinemus: plus affectamus, quod aſſequi minùs poſſumus, quod ſequi non debemus.

*Cap. 48.* Gloria cauſas ſui iuris habet; non ita vt voluptates, quas ipſe facies; aut diuitiæ, quas, ſi velis, rapies. In manibus enim & inanimis rebus ſunt, quas diligentia conſequitur. Honos tamen in alterius æſtimatione & libidine eſt: non pendet ſolà induſtriâ tuâ & cerebro. Quare nimis arduum eſt conſequi, quod tibi nunquam dare potes: quod nunquam occurret, quod neceſſe eſt, vt dent alij, vt dent multi; & difficillima eſt communis conſpiratio, vbi non eſt priuata vtilitas. Quid igitur appetis? quid putas bonum, quod negare malus poteſt, quod inuidus volet? Quid putas bonum tuum, quod à cunctis pendet? In aliis bonis fallere te potes; in hoc falli, etiam ab aliis: non omnes vſurpare opes tuas poſſunt; auferre honorem poſſunt. Diuitiæ arbitrio tuo parent; honos alieno: illas ſeruare potes; iſtam, ſicut concedit, ita ſeruat alius. Si omnibus impunè eſſet, vt pro libito res tuas auferrent, breui nemo tibi inuideret, tu videres te miſerum: iſta licentia in honore eſt; cuiuis licet detrahere. Quæ maior miſeria, quàm precaria felicitas, quæ in cuiuſuis manu ſit, niſi tua? Quid tutum erit, vbi vulgi ſuffragia petuntur? Felicitas ſine diſcrimine eſt: ſecurane erit, quæ pendet etiam ab hoſte?



hoſte? quæ tot pericula habet, quot iudicia fieri poſſunt? Quam, quæſo, tranquillitatem haberes, qui quotidie ad tribunalia ſententiam expectaſſet ab iniquo iudice? Iſta conditio noſtra eſt: obſeruamus omnium iudicia de nobis: expectamus iudicari, non à probis, non à doctis viris: aucupamur inſenſati vulgi ſenſum, non quouis die, ſed hora: probari volumus ab his, quos improbamus. Ridiculi ſumus, qui eorum timemus iudicia, quos ridere debemus, & quorum nos iuriſdictione eximimus, ſi rideamus ſententias. Ille felix eſt, qui arbitrio ſuo felicitatem habet; qui vult, quæ poteſt. Quàm miſer ille erit, qui non à ſe, ſed ab omnium libidine expectat felicem eſſe, quòd dicatur; qui vult, quod ſolus alius poteſt? Certè bonum non erit, quod ſeruum facit, & facit, quidquid alienum arbitrium facit obſeruare. Quantus ſeruus ambitioſus erit, qui tot obſeruat heros? Eſſetne mancipium aliquod, quod poſſet viginti tolerare dominos ætate, moribus, ingenio, guſtu diuerſos? Quantùm diſcruciabitur gloriæ auidus, non viginti dumtaxat heros, ſed populos dominos habens moribus & guſtu non diuerſos, ſed auerſos: obſeruans ſenes, adoleſcentes, feminas, viros, nobiles, plebeios, laſciuos, auſteros, eorum geſtus & nutus, vt oracula captans? O miſerrimam ſeruitutem ambientium! Si duci affectibus propriis miſerrimum eſt, quale erit pendere alienis? Quolibet verbo, ne dicam contumelioſo, ſed non honorifico, adurimur: ô delicatiſſimum bonum honoris! ô timidam

midam felicitatem è lingua inuidi pendulam? Si ea naturæ iniquitate compoſitus fuiſſes, vt ad ſingula verba febri corriperis, infeliciſſimum te putares; ánne beatiorem te præſumes, cùm ad ſingula verba, niſi adulationes excipias, inflammeris, excedaris, frendeas? Quæ febris attus depaſcens ita languentem infeſtat, vt ſanum vel veritas obiecta? Quantum mendacia iniecta ſauciabunt? Magnum adiecimus pondus miſeriis humanis, cùm tolerabiles non putemus, quæ è conditione noſtra veniunt: addidimus maiores noſtris conditionibus. Ferre mala neceſſaria nequimus, adiungimus voluntaria nec aliter quàm Arſenio oſtenſa eſt mundana amentia; ſuccidimus lituri plura ligna, cùm prima ſtrues nequeat portari. Veriſſimè Guigo admonet: Ecce huic corpori immixtus ſitis miſer eras: omnibus enim eius corruptionibus, vſque ad morſum pulicis, vel ſoruncoli, ſubiacebas. Non ſufficit hoc tibi: immiſcuiſti te aliis, quaſi corporibus, opinioni hominum, admirationi, amori, honori, timori, & aliis ſimilibus; & ſicut ex corporeis, ita ex horum læſione dolore afficeris: ipſemet ligna, quibus combureris, tibi adhibuiſti.

*Cap. 49.* Igitur contemnenda & deſpuenda eſt cenſura vulgi:

*Nec te quæſiueris extrà.*

Ne ſimus, id eſt, ne putemur contempti: non fama æſtimemus nos: ſed conſcientia: non bonitatem cenſeamus teſtimonio alieno: neque gloriam



riam putemus laudatos eſſe, ſed laudabiles: & ille maximè laudabilis eſt, qui perſeuerat non laudatus, laudabilis eſſe. Nemo placere multis poteſt ea re, quæ diſplicet multis; contrarietatem morum dico. Plauſus malorum, id eſt, plurium, optimo modo parari nequit. Puerorum dictis non iraſcimur; ignorant, quid dicant: cur ineptiis maiorum excandemus, magnitudine, non ſapientia pueris præſtantium? Aut quod audiſti, falſum fuit, aut verum: ſi falſum, dicentis ignominia eſt: ſi verum, admonitio tua. Nulla contumelia eſt, niſi feceris tibi, niſi putaueris. Notius vitium tuum factum eſt? Ne exultet æmulus, te corrige; &, vt Telephus, cuſpide, qua læſus es, te ſana. Eleganter Antiſthenes dixit, aut amicis ingenuis, aut acribus aduerſariis opus eſſe. Non aliter monemur nobiſcum contenti ſimus ampliſſimo conſcientiæ theatro. Vt gaudeas theſauro inuento, non expectas, donec alij ſciant; virtute, etiam ignaris omnibus, lætare.

Porrò, cùm iſta gloriæ cupiditas tam infau- *Cap. 50.*
ſta ſit, cum priuilegio & plauſu accipitur, (fortaſſe quòd plurimorum bonorum occaſio fuerit, licèt mala ſit,) & velut quaſdam commendatitias literas habet: nam, cùm cupiditatem diuitiarum, cùm auiditatem voluptatum omnes damnent, gloriæ æſtimatores commendantur, legitimis prouocantur præmiis, magnificis elogiis; generoſi, magnanimi dicuntur: qui tamen tam viles, tam puſillanimes ſunt, vt contemptis animi bonis, glorientur etiam malis corporis;

qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui tam futiles, tam vani ſunt, vt vanitatis ſuæ monumenta faciant, qui præmium vitæ ſatis putant titulum ſepulcri. Nihil plùs amant, poſtquam vana, & ſtulta fecêre, quam iterum vanè laborare, vt ipſa vana faciant immortalia: de ſaxo, aut lapide confidunt æternitatem, quam à virtute reiiciunt: ſecuram in vno lapide putant diuturnitatem & gloriam, quam retinere non potuerunt ciuitates potentiſſimæ, quarum ruinas ſine nomine videmus, aut audimus nomina ignorantes ſitum. Collocant, ſcilicet, aras vanitatis ſuæ, nec aliter, quam Thurij Boream, adorant ventum. Hinc aliud ambitionis priuilegium, quòd immortale vitium ſit. Illuc temporum ambimus, vbi non erimus. Nemo quærit voluptates, nemo congerit opes, quas poſt mortem habeat: honores tamen poſthumos maximè venamur, ſtultè, cùm diuitiarum diſtributio, defuncti voluntatem ſequatur; honorem diſponere non poſſit, non legare alteri: nempe, noſtræ diuitiæ potius ſunt, non honos.

*Cap. 51.* At, tanta æſtimationis æſtimatio non potuit negare periculum: ipſa legitima authoritas, quæ ad gloriam prouocat, à gloria auocat. In ipſo apparatu honoris præparauit contra ipſum contumeliam. Iudicauit vincendam gloriam, & poſſe difficillimè vinci, propter quam regna fuerunt victa: namque, de quibus ciues confidebant Rempublicam, non confidebant Reipublicæ gratiam. Duo maxima pericula in ſummis honoribus notarunt, duóſque ſuperſtites hoſtes ſtratis



ſtratis hoſtibus manere, inuidiam alienam, gloriam propriam, & hanc terribiliorem. Pharmaca vtrique præpararunt: omnium autem inuidiæ vnum duntaxat appoſuêre amuletum; vnius ſuæ gloriæ plura. Tantò iudicarunt infenſiorem gloriam liuore. Medicamentum inuidiæ bulla præſtitit triumphantium, e collo ſuſpenſa, iis intus præparata remediis, quæ valentiſſima ſunt viſa. At gloria non vno præuenta modo eſt: pluribus viis admonebatur non tantùm conditio humana, ſed quòd magis contemptui eſſet, fortuna. In primis Imperator, qui Reges captiuos duxerat, ſeruili adornabatur inſigni, ferreo annulo, exæquatus victor victis. Minas fortunæ aduertebat appenſum è curru flagellum, &, vt timeret, vltra dolorem & ignominiam, tintinnabulum periculum admonebat capitis. Tum ſeruus publicus, is carnifex erat, importunè refutabat acclamationes & applauſus, commemoratione humanitatis. Poſt memoriam naturæ, erat alia non minùs importuna fortunæ. Aſſidebat triumphanti in triumphali epulo miniſter, illud repetens continuum: Magis ſeruo tuo parco, quàm tibi. Niſi hoc ſufficeret, aduocabant conſcientiam, & quam erubeſcentiam ſui, quem timorem fortunæ non exprimebat, qui fortunam multis ſequeſtrarat, ſimulabant minio genis tinctis, ad imitationem pudoris. Tot remedia vix vni obſtabant ſuperbiæ: & vnum ſatis tot inuidiis, quot viderent, quot gratularentur, quot fecerant gloriam. Septimum ad hæc & maxi

maximum amuletum creditum fuit aduerſus faſtum, ſapere: illud, quia concedi non poterat, admonebatur laureo ſerto.

Cap. 52. Maximus enim error eſt, & cùm appetitur gloria, & quemadmodum petitur: & ipſa, & via ipſius ignoratur. Gloriamur in his, quorum pudendum erat: ex meliori veſte, ex generoſiori equo, ex præſtantioris ſerui officiis: alienis ſuperbimus virtutibus. Hocne pudor eſt, & argumentum vilitatis, qui, quòd propriis careamus laudibus, alienas vſurpamus? Quid? ſolennibuſne licebit honoribus gloriari, dignitatibus, poteſtatibus, & muniis publicis? Fortaſſe erubeſcere potiùs: nam, quem honore indignum iudicas, minimè ob honorem dignum reuerentia putabis. Ille honor ad pudorem eſt, qui malos, aut facit, aut monſtrat. Quot indigniores dignitas oſtendit, quot contemptiores fecit, dum publico contemptui obiecit? Sed non ſine talione. Parem vicem dignitatibus indigni reddunt, quas ſuis moribus contaminant. Elegantiſſimè Georgius Piſides cecinit:

*Fugi quæ famam, quæ decentem infamiam, ingloriamque gloriam multam tenet.*

> φεῦγε δὲ τιμὴν τὴν κακῶς ἀτιμίαν,
> Πολλὴν τε δόξαν, τὴν ἀδοξίαν ἔχει.

Supremarum poteſtatum honores, plus inglorij ſunt, niſi habeat glorioſus, id eſt, probus: ipſi neminem clarum, neminem felicem fecerunt; ſatis eſt, ſi non miſerum felicitate, ſi non ſumma potentia timidum, &, quod plùs miſeris, imbecillum. Parum & miſerè poteſt, qui id minùs poteſt, quod magis cupit. Qualis potentia erit, quæ



quæ ſe nequit ſecuram facere, quæ ſe conſeruare non poteſt, quæ in ſeruientium poteſtate eſt, quæ non minùs timet, quàm terret; quæ, quod poteſt in aliquem, nequit facere, quin aliquis in ſe poſſit; quæ non poteſt contra cupiditatem propriam, contra odium alienum? Adiice ſtultitiam, non tantùm gloriari periculis noſtris, non tantùm alienis virtutibus, ſed vitiis propriis. Audi Carthaginenſem Ducem:

> *Mihi magna ſatis, ſat vera, ſupérque*
> *Bellandi merces ſit gloria: cætera vobis*
> *Vincantur.*

Nónne potiùs pax? nónne Reipublicæ fides, bonum publicum? Quomodo gloriam potuit mereri ab hominibus, qui, vt gloriam mereretur, tam peſſimè de hominibus eſt meritus per tot clades, & cædes, quibus ſui & alieni ceciderent? Sed tam inepti ſunt homines, vt inhumanos putent glorioſos, Cæſarem aliquem, aut Alexandrum, quibus ſat erat ad gloriæ mulctam, ipſius gloriæ cupiditas intolerabilis etiam ſibi. Infames potiùs ſunt, qui malunt famam magnam, quàm bonam, qualia fuerunt Manlij Capitolini inepta vota. Præmium his gloriæ fuit fortunata temeritas, felix inhumanitas.

Adhuc fallimur, honorem ex virtute æſtimantes bonum noſtrum; non eſt, ſed alienum. Cap. 53.
Cùm honorari cupimus, benè optamus aliis, peſſimè nobis: aliis optamus virtutem, nobis periculum. Aliena virtus eſt honorari, propria honorare. Honor ſolum eſt accidens virtutis, & potiùs



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

argumentum dixerim, quam ſtipendium. Maior honore ille eſt, minimè è plebe captatum mercedem ſit, quam ingratum vulgus non conſueſcit ſoluere, nec ſi gratiſſimum ſit, poterit. Licet honos propter virtutem ſit, non eſt propter virtuoſum. Propter improbos potiùs eſt, ad teſtimonium ſuæ præſtantiæ, vt quam honorant, aut vident honorari, velint æmulari, inuidere, ſequi. Quemadmodum pharus & accenſæ faces dirigunt curſum nauigantium, non eas nautæ appetant: ita gloria & claritas indicat, quod ſequendum ſit: non ipſam appetere debemus; ſed quod ipſa monſtrat, & probat, probitatem, virtutem. Itaque virtutis ſolùm gloria eſt: ſed neque in virtute gloriandum eſt, neque per virtutem honos ambiendus, ne contemnamus id, propter quam honoramur.

*Cap. 54.* Nunc viam honoris excutiamus, in qua etiam conſcij eius errant. Sat eſt ad errorem, ſi ire velint: ignominioſa citò fit gloria quærentis. Rectum enim iter intentabile eſt, ſed peruium non tentantibus, quò itur, licèt neſcias ire; quò itur, quin velis; imò tunc maximè, cùm nolis. Appendix virtutis, honos eſt: accurrit quærenti aliud, id eſt, virtutem, ipſe minimè per ſe appetendus: quare iam digreditur à via, qui ex propoſito graditur rectà intentus honori, decidit à virtute, cuius acceſſio eſt gloria. Virtus non eſt, vbi præter ipſam aliquid etiam ipſius petitur. Quare, qui quærit honorem, hoc ipſo amittit illum, dum amittit virtutem, ſine qua honor non eſt; qui,



qui, licet propter virtutem ſit, & ab ipſa, non eſt per ipſam. Tam abeſt quærentibus gloria, vt his turpior ſit. Iam cùm quæris, infamis es; & licèt per virtutem quæras, per infamiam quæris, ſi quæris, & non accidat. Hoc ipſo quòd velis laudari, indignus fies laude. Aduoco conſcientiam omnium vota honoris occultantium, non occulta erubeſcentium. Nónne infame eſt vſurpare aliena? Hoc facit, qui honorem cupit, ſiue per infamiam, ſiue per virtutem. Nam, qui honorem ſibi per virtutem quærit, ſi rectà illum intendat, virtuti abſtulit, quod ſibi vſurpat. Ἀρετῆς ἀρότην μάλιστα ἄνθος, τὸ μετὰ κινδύνων, καὶ θλίψεων, καὶ [illegible] ὑπὸ τῆς κακίας [illegible] τῶν ἀρετῶν. Hæc ait Photius in epiſtola ad Arſenium. Intimandum tamen eſt optimum dictum peſſimi hominis, & non honorem quærere, ſed virtutem, etiam cum contemptu diligere; imò contemptum cum virtute, & ſine virtute, dum non contrà, non timere. Errant itaque, qui quærunt gloriam, quam nemo veram inuenit, qui quæſiuit, dum hoc ipſo, quòd quæſita ſit, amittatur. Ille ſolùm glorioſus, qui contempſit & ſe, & gloriam. Nemo honorabilior, nemo magnanimior humili, qui non ſua, ſed etiam ſe deſpexit; non honorem, ſed honorandum quoque. O quàm magnus animus, qui ipſam animam contemnit! qui ſe rerum dominum! Quò res minus æſtimamus, plus æſtimamur. Inæſtimabilis erit, qui ipſam æſtimationem non æſtimat. Velut in bilance cõparamur rebus; quantò

*Prima virtutis flos eſt, per pericula, & calamitates ad contẽptam & cẽſuratã à malitia virtutem anhelare.*

vna lanx deprimitur, tantò attollitur altera; tantò vileſcimus, quantò res pretiamus; tantò attollimus, quantò ipſas æſtimatio deprimit. Magnus eſt, qui parui omnia ducit: maximus, ſe, inquam, maior, qui ſe ridet, qui ſe negligit. Ille honoratiſſimus, ille digniſſimus, qui honores, qui dignitates deſpicit. Caſſius Longinus in libro περὶ ὕψους, egregiè inquit: Θαυμάζεται τῶν ἐχόντων τὰς τιμὰς, δόξας, τυραννίδας· μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερφρονοῦντας. Quare ſecurior honoris via, eiuſdem contemptio eſt. Magis dignus fit, qui recuſat, quo dignus eſt: dilatat honorem, quem ſpernit. Hic maximus eſt, cuius gloria eſt inferior, aut virtute, aut cupiditate: nec tantùm illum eſſe delatus honos monſtrat, quemadmodum contemptus maius quid quam mereri facit, qui quod meretur, non expetit.

*Mirātur habentes honores, gloriam, regna: magis admirandi ſunt, qui poſſunt habere, & propter magnanimitatem deſpiciunt.*

*Cap. 55.* Vtrumque humilem, & ſuperbum contemptio facit: illum contemptio ſui; hunc aliorum: illum contemptio rerum; hunc perſonarum. Prudentiſſimè ille:

*Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad vnguem.*

Contemnit ſe, quia dignouit; ſua, quia minora ſe noſcit: ſuperbus cæco iudicio ignarus ſui, & rerum, ſe prefert aliis, ſua ſibi tam damnatis, ſiue ſtultis, ſiue iuſtis votis, vt dum æſtimari vult ſuper alios, in contrarium relapſa cupiditas faciat contemni; &, quod mireris, non ſolùm, quòd contemnant alij, ſed ipſe ſe infra omnes. Nunquam ſibi placere vult, ſed aliis: alieno ſe taxat arbitrio,



arbitrio, nullam ſuæ mentis fiduciam habet: cuiuis, etiam mendaci, (nam adulatoribus fidem prodigit,) ſic ſe potius, quam ſibi credit. Hoc contemnere eſt, hoc ſubiici aliis. Quid? Humiliſne ſuperbus erit? Non. Vilis eſt, & ab ipſis, quos putat viles, pendens; mendicaſque honores ſui contradictione iudicij.

## DIORISMVS V.

### *Ex comparatione vitæ, & mortis.*

DEmum poſituri vltimam manum opinioni, vitam, & mortem conferamus, & inter vtramque dirimamus litem. Vulgus, bonorum maximum, vitam putat; mortem, malorum poſſimum. Fallitur non minimè: atque vt in cæteris bonis aberrauit, in maximis maximè errat: namque potiùs vita, maximum malorum eſt, ſi non bene viuis; & mors, bonorum maximum, ſi non malè moriaris: nec malè morieris, niſi malè vixeris. Vita non bona ſpatium malis, & ſceleribus laxat; mors non mala finit mala, & miſerias. Ictericus ob amarum humorem amarè afficitur dulciſſimo melle: ſic mali malè iudicant mortem, dum malam putant; ſed non eſt mala, niſi illis, quia fecerant malam peſſima vita. Suffragiis nihilominus hanc litem dirimamus, non quæ numerentur, ſed ponderentur. Omnis Philoſophia cōtra vulgarem opinionem *Cap. 56.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

inaugurator; & quam multitudo timet, docet ſemper contemni, interdum optari. Quotumquemque ſapientum contemptio fatorum non immortalem fecit? quorum enim vitam memoria mortis compoſuit, hos memoria ſuæ vitæ à morte reuocat poſteris. Socrates conſummauit ſapientiam libidine moriendi, Pythagoras facilitate, Anaxagoras garrulitate, Calanus adhuc temeritate, omnes contemptu. Nullus ſufficiens titulus odio mortis eſt, plures voto; ſiue reſpicias, quid ipſa ſit; ſiue quid ipſi accedat; ſiue mala, quibus aufert; ſiue bona, quæ infert; & quia ipſa malum non eſt; & quia bonum eſt: quin, licèt malum eſſet, non compenſaret bona, quæ confert; licèt bonum non eſſet, non exæquaret mala, quæ aufert.

*Cap. 57.* Quid habet egregium vita? contentionem, & pertinaciam miſeriarum, quarum multitudo iam obruit formidinem, quas nimia aſſiduitate minus timemus. Supplicium animarum Orpheus putauit vitam, ſimile illi, adiecit Ariſtoteles, quo viui cadaueribus conſtricti, os ori, pectus pectori, manus manibus, atrociſſimè cruciabantur. Conſtringitur pura, æternáque anima putri, fluidóque corpori. Rogo, ſi hominem repentè condidiſſet Deus, viſu mentis libero & perfecto, in cuius conſpectum vniuerſum genus noſtrum dediſſet, credo, vt primum diſſiparet obtutum, impingeret, & lacrymis contaminaret oculos occurrens aliquis miſer: aut orbum oculis offenderet, aut mutilum manu, aut claudum, aut

mendi



mendicum, aut decrepitum, aut languentem, aut exulcerantem, aut rixantes, aut proditione & homicidio occupatum, aut furentem, aut flentes plurimos: & ſi intima penetraſſet, omnes deſiderantes; maxima miſeria cupiditas eſt. Fortaſſe tali facie rerum attonitum pœniteret vitæ: in vnum libenter relaberetur nihil. Propterea natura ſolers rationem lentè, & auarè diſpenſat, ne ex abrupto malis terreamur, ſed aſſuetudine feramus minus ingratè. Abner, Orientis Rex, filium ab infantia magnificis clauſit Prætoriis, &, ne aliquid humanum ſciret, prohibuit omnem miſerum conſpectu: curauit, ne quid triſte, nec flebile videret, nullam calamitatem, nullum morbum, nullum pauperem, nullum dolentem, nullum ſenem: ſemper coram illo placida dici, agi. Stultiſſimus conatus, clauſtris, & muris obſtare triſtitiæ; & fores occludere mœrori, cui patuit ianua vitæ. Per ipſa oblectamenta inuaſit triſtitia; per ipſas voluptates irruit dolor ſui faſtidio. Tam conſtat inſtabilitate cupiditas, vt continua lætitia triſtet. Certè licèt omnes Abner miſerias interdiceret præſentia filij, non potuit ſenſu: licèt poſſet omnia arcere mala, non potuit cupiditatem. Cupiit filius. Iam triſtis inter læta fuit. Et quid putas cupiiſſe? Non tam lætum eſſe: tædio enim tantæ iucunditatis petiit à Rege clauſtra illa miſeræ felicitatis violare: intercepit ſuis votis patrem, qui, ne triſtaret filium, conſilium non triſtandi violauit. Permiſit adoleſcentem exire. Cauit tamen, ne quid triſte, quà

 tranſi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tranſiret, occurreret: omnes cæcos, omnes informes, aut mutilos; omnes pauperes, omnes ſenes amouere via iuſſit. At, vbi ſic diligentia potuit, vt omnes miſerias celaret? Tot ſunt, vt abſcondi nequeant, non dico tolli: non ita valuit potentia, ac infirmitas humana, quæ inuito Rege ſe exhibuit: offendit adoleſcens leproſum & cæcum; obſtupuit, contremuit, velut qui ad ſpectrum ſubſiſtunt exanimes: rogauit, quid illud eſſet: conſciúſque fructum eſſe humanæ vitæ, ſatis hoc fuit ad contemptum eius, ad diſplicentiam omnium voluptatum, ad tædium deliciarum: & quò minimam partem vitæ haberet, vbi maximam habet fortuna, renunciauit, ſi non vitæ, ſpei vitæ, aut, quod pretium vitæ multis fuit, regno, & fortunæ: confugit, qua valuit diligentia, ad ſimilitudinem mortis, vt, ſi non tutus, ſecurus foret. Si tam leui iniuria adeò offenſam vitam habuit, quid putas, ſi liberaret per vniuerſa obtutum, & lynceis effoderet oculis mauſolea vermium, caueas ſaginantium ſe ſaginatis? Si luſtraret omnes angulos Orbis, & ſordes aſpiceret, quibus celebrantur fundamenta vitæ, quibus dedicabatur noſtra miſeria, doloribus matris, fletibus infantis? Quid, ſi penetraret & cubilia & pectora: lacrymantes videret, & optantes: videret faſtidientes: hunc deflere ſponſam; illum liberos: hunc famelicum; illum nauſeantem: hunc ſollicitum pro neceſſariis, illum anxiè occupatum ſuperfluis? Quid, ſi nullam inueniret ſine ludo fortunæ domum, nullam ſine lacrymis? Quid,



Quid, ſi tot, quot dolor exurit, quot morbus infeſtat, quot curæ deuexant, quot cupiditas rotat? Fortaſſe tot calamitatum viſis attonitus detrectaret vitam, qua ſic miſeris morimur, quia ſic in nobis miſeriæ viuunt. Optaret ad minus induſtriam tot ſe eximendi malis: gauderet, ſi renunciaretur inuentus libertatis modus, ſi audiſſet & aliquos aſſertos, quibus maximè inuideret, nihil magis cuperet, quam illum modum ſcire: cùm primùm audiret mortis inuentum, maximè probaret; *credo*, & optaret. Quin ſi deliberaretur, an miſeris mors concederetur? Suffragium non negaret: quod tunc votum fuiſſet, nunc fauor erit.

Si quis furentibus circumſeptus feris hinc *Cap. 58.*
irruentem in ſe ſpectaret impetu tygridem, illinc exerto vngue leonem, inde tortuoſum colubrum, aut illum, qui ſenſu necat,

*Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes*
*Ante venena nocens, late ſibi ſubmouet omne*
*Vulgus, & in vacua regnat baſiliſcus arena.*

atque plebem vndique ferarum, & venenatorum, vrſos, tauros, lupos, ſcytalas, cherſydros, dipſadas, ſepedones: ad hæc, impetitus, circumquaque periculis hauriens, quo pretio emeret iſte ſpem? quanti faceret exitum? quæ maior putaretur felicitas, quam tot redimi periculis? Anne nunc erit malis eripi maioribus? Circumdant nos, imò inundant cupiditates ferociſſimæ, dilacerant nos votis; fortuna iaculis nos fauciat fortiter; vndique malorum ambitu concluſi ſumus; vndi

vndique miſeriæ inuadunt: quædam minantur, quædam torquent; imò iam omnes torquent, dum minantur aliquæ: minas timor facit tormenta. Inuentum diuinum mortem habes omnium horum malorum euaſionem. Illa facit, ne miſeria æternum procedat. Neſcio quo pacto timetur, cuius tot ſunt philtra, quot damna vitæ? Satis eſt periculum, vt ames ſecuritatem. Sola mors malis nos ſecuros facit: ſola curat tot mala. Hauſta cicuta Socrates *Æſculapio* fieri ſacra iuſſit medicinæ Genio: panaceam mortem agnouit: omnium malorum remedium eſt, quo deſinunt omnia.

*Cap. 59.* Ridiculas fudit Xerxes lacrymas meritò ab Artabano refutatas, cùm ab eminenti iugo circumquaque demiſit oculos, intuíſque tot homines, quot ſufficerẽt *inuertendo* Orbem, à quibus nec montes, nec mare, nec natura ſecura fuit, nec cælum, ſi placuiſſet, clarum: fleuit fata omnium celerrima; timuit, quos ad mortem præcipitabat, ſolennes hoſtias inſaniæ mactaturus ſuæ, intra centeſimum annum mori: ita illi mors ſæcularis eſt viſa. Satius fuiſſet flere, quia tam lenta, & ignaua, vt per ſæculum laxaret vagari mala. Sanè, ſi, quemadmodum è vertice illo vidit homines, vidiſſet etiam humana; ſiccaret madida lumina memoria mortis medicaturæ omnia; nec timeret illam, quæ timenda tollit. Non eſt mala, quæ redimet malis. Si rogarem vitæ, mortiſque expertos, vtram eligerent, an repetere illam, an ſeruare iſtam; nemo vitam, niſi indigniores



indigniores illâ, niſi ij, quibus peſſima fuit, repeterent: eos autem, quibus bona præceſſit vita, nunquam pœnituit, nunquam pœnitebit mortis, nunquam cupient vitam, quam plùs mortui formidabunt, quàm viui timuerunt mortem. Staniſlaus Polonus, vir ſummæ ſanctitatis & conſtantiæ, optionem cuidam dedit, vitę, aut mortis; qui tamen maluit iterum mori, quàm ſecundò viuere: faſtidiuit vnam vitam, non duas mortes.

Quid iam opus erit inexpertos vtriuſque rogare? Si animæ ſubſiſterent, vt Origenes aliquis delirauit, vt Cebes, vt Plato, vt Hermes, vt quique Philoſophi fuerunt, Patriarchæ Hæreticorum, antequàm in vulua clauderentur; recuſaturas putares carcerem illum anguſtum, fœdum; volui ſanie ſeminali horrerent. Quid, ſi renuntiaretur, nouem menſibus futuras in caligine lucis; pluſquàm nouem annos in caligine rationis, aut hallucinatione? Quid, ſi labores, neceſſitates, ſitim, famem, quibus ante experirentur miſerias vitæ, quàm haberent? Iam ab ipſo vtero eruditur infans miſer eſſe: fuga famis agitat fœtum, vt clauſtra vuluæ violet, & in luce ſperet remedium. Egreditur, iuxta Hippocratem, ad quærenda alimenta exteriùs, cùm intus materna annona non ſufficiat. Sed à miſeria in miſerias labitur. Quid, ſi per foramen aliquod perſpicerent paralyticos, cardiacos, cancro exeſos, ſcabioſos, podagra, lapillóque laborantes, & alia ſexcenta mala, qualia Pherecidem, aut Antiochum, *Cap. 60.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

tiochum, aut Herodem, aut Leutharen ſuos ver-ſim tabie laceratos dentibus artus deuorantem, ſuum ebibentem cruorem, inuaſere? quid, ſi ea, quæ ampliauit noſtra cupiditas, æmulationes, bella, homicidia, clades? referrent pedem fortaſſe & obtutum, ne tot mala viderent, ne dicam periclitarentur, aut ferrent. Plato ſuſpenſionem rationis infantiæ, hallucinationem pueritiæ, ſtupori, terrorique animorum tribuit, quo corripi putauit, in has demiſſas miſerias, tranſlataſque à luce in terrum, obſcurumque carcerem & corporis & Orbis, quaſi conturbatæ forte ſua extra ſe eſſent. Ad augmentum turbationis adiecit Proculus conditionem mutationis, multitudiniſque, certè malorum, miſeriarúmque, in quam depulſæ ſunt. Adiice; quid ſi audiſſent lætiorem partem vitæ, faciliores lacrymas habere, & florem ſuum macerare fletu aſſiduo? Terret pueros flagellum, quorum feſtiuitatem metus ludimagiſtri funeſtat. Quid, ſi optatiorem partem nouiſſent miſeriorem?

*Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis:*
*Nam macie turpi tabeſcunt languida membra,*
*Tunc genuum iunctura riget, venáſque per omnes*
*Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis:*
*Sic baculo nitens artus ſuſtentat inertes.*
*Quid triſtes memorem gemitus? quid tædia mentis?*
*Somnus abeſt oculis.*

Adiice Columbano aduentitios morbos: confluunt



fluunt enim in ſenectutem, & ſtagnantur omnes ſordes vitæ; & ibi cùm maximè moribundi ſumus, renaſcuntur extinctæ ægritudines. Nullo maiori alueo influunt amnes, quàm vbi deſinunt. In hoc tamen agnoſco beneficium naturæ arcentis ſenio voluptates, vt ſanior, viuaciórque animus morti inſtrueretur, aduocantiſque dolores, vt vel inuiti concupiſceremus fata, ſaltem ne oderimus. Veráne iſta crederent animæ illæ proſpectantes, aut auſcultantes omnia? an ſpectrum, an fabulam? Si vera putarent, libentiſſimè mortem præferrent: nollent naſci, ſed ſaltu prætermitere vitam, cuius lætior pars flebilior eſt, cuius optatior eſt triſtior. Nec miror Iſidem in libro ſacro animas iuſſas ſubire corpora, dixiſſe conſternari: Αἱ δὲ τοῦτο ἀκοῦσαι συνέστησαν, κατακρίνεσθαι ἑαυτὰς μαθοῦσαι. tum] alias gemuiſſe, & inſtar ferarum eiulaſſe, alias viperarum ritu ſtridiſſe, alias lamentatas. Camephes iſtas animarum querelas ſcripſit: Τί ταῖς δυστήναις ἡμῖν ἀπρεπὲς οὕτως πέπρακται; τί τῶν κολάσεως τούτων ἄξιον ὃ καὶ τὰς δειλαίας ἡμᾶς ἁμαρτίας ἀναμένουσιν, ἵνα διὰ τὰ πονηρὰ τῆς ἐλπίδος πράξωμεν, ἵνα τῷ ὑγρῷ, καὶ ταχὺ διαλυτῷ σώματι παραζῶμεν τὰ ἀνάξια; Ὀφθαλμοὶ τὰς μὲν ἐπὶ τῶν θεῶν ψυχὰς χωρήσουσιν, ὀλίγον καὶ παντελῶς μικρὸν τῶν ἐν τούτοις ὑγρῶν, καὶ κύκλον. Τὸν ἑαυτῶν οὐρανὸν ὄψονται [illegible], στενάξομεν ἀεί, ἐπεὶ δ' ὅτι καὶ ὁ ἀδελφὸς, [illegible]·

Τῷ λαμπρῷ βλέπομεν, τῷ δ' ὄμμασι [illegible] ὁρῶμεν.

*Illæ vero tum primum iſtud audientes, [illegible]. Quid miſerandæ tam [illegible] gessimus, [illegible]*

Κύκλοι

[illegible]

Petierant animæ ad ſolatium vitæ mortem, & ſi quidem in corpore victuræ eſſent, ad minus tandem mori: poſt non viuere nihil antiquius fuit, nihil beatius, quàm citò mori: adeò præ vita optanda eſt mors.

Vitæ autem, opinor, nulla conſideranti pars optata erit. Tota tot laboribus conſtructa eſt, vt ipſa ſibi ſit moleſta. Velut fatigati ſalebroſa & accliui ſemita, quieſcunt paululùm, vt recreentur, anhelent, reſumántque ſpiritus, quò procedant iam placidiùs per decliuia & plana: ita vita iſta confragoſa, & quiete, & pauſa mortis indigebat, vbi reſpiraret, emitterétque liberum ſpiritum reſumendum poſteà ad progreſſum æternitatis. Immortalitatem noſtram vita fatigata nequit continuare: tam longum iter interruptè peragi non poterat; manſio neceſſaria fuit: diuerſorium mors eſt, vt inde repetamus expeditionem immortalitatis. Quid: nec ſpectare ſeram

*Cap. 61.*

mortis



mortis pauſam poteſt: per interualla, & ferè paſſim quieſcere eſt neceſſe: quemadmodum viatores nimis fatigati poſt aliquos greſſus ſedent, nec dilatant recreari ad hoſpitium; ita ob nimiam laborum, moleſtiarúmque importunitatem, non expectatur diuerſorium, non expectatur mors, in ipſa via cogimur morari. Quid ſomnus quotidianus eſt, niſi laſſæ & deficientis vitæ neceſſaria pauſa, & reparatio? Adeò præſtat mors vitæ, vt mortibus vita ſuſtentetur, id eſt, immortalitas morte, mortalitas ſomno eiuſdem mortis vicario, & effigie. Arundo, quia fragilis eſt, interpoſitis per ſpatia nodis ſuſtinetur: ita niſi fortificaretur vita per interualla, ſimilitudine aliqua mortis, citiùs collaberetur.

Nunc confer mortem cum vita: ſi illa huius recreatio eſt, iucunda erit: licet bona mors non eſſet, faciet ſuauem vitæ moleſtia. Quietis voluptatem laſſitudo præparat: nequit placidum non eſſe, quod ſuccedit acerbis. Egregiè Charidemus diſſerebat, per omnia porrendi catenam voluptatum & ægritudinum, inſtar annuli annulo connexarum, viciſſim ſuccedentium, mutuò illigantium ſe: ita ægritudini maiori ſucceſſuram maiorem voluptatem. Quæ maior ægritudo quàm mortalis? Nulla ergo maior voluptas, quàm mortis grauiori morbo connexa. Phalaris ait: Iucundam hanc vitam ducimus, eò quòd nihil morte grauius opinamur. Ex opinione vulgi loquitur, & adhuc cum iniuria vitæ, non æſtimantis illam niſi per mala. Ego potiùs dixerim, *Cap. 62.*

iucundam deberi mortem putari, eò quòd nihil vita ſit grauius. Fallimur tamen emergente nonnullorum felicitate. Verùm & felicitas iſta adulterina eſt & rara, minus vouentibus contingens. Ne illos pauciſſimos ſpectes, qui è vitæ naufragijs enatant nonnihil, merſos potiùs conſidera: innumeri iſti ſunt; pauci tamen putantur, quia non apparent.

*Cap. 63.* Ne, quæſo, in teſtimonium admittas lacrymas, quibus fœdantur funera. Opinio vulgus agitat, & quiſque ſe potiùs deflet, quàm quem prætendit defunctum: lacrymas, dico, alienas ne aduoces ad huius rei fidem; potes proprias: nemo niſi proprio ſenſu beatus, aut miſer eſt. Quid intereſt, quo præponas vitam morti, quòd, cùm morieris, fleant alij, ſi, cùm naſceris, tu defles. Ineptè alieno ſenſu taxamus miſeriam. Contraria accidunt morti, quàm in natiuitate veniunt. In hominis ortu lætantur alij, ipſe tamen flet: in morte flent alij, ipſe tamen lætabitur, niſi vita corruperit mortem. Nec quòd iſti lætitiæ ſenſus non intermittat, minorem, aut falſam putes. Infans, qui naſcendo fleuit, dormiendo diſcit ridere, vt Odo, & Auguſtinus aiunt. Ecce mortis ſuæ ſimulacrum riſu dedicat, qui vitam deplorauit: præſagit miſerias in vita, beatitudinem poſt mortem. Fletus naturalis eſt: ſine magiſtro ſunt lacrymæ: lætitia rudis, ſerò venit, nec niſi cum eruditione: naſcitur fletus; diſcitur riſus: dormienti libatur lætitia, hauritur defuncto: dolor, miſeriáque naturalis eſt, nobiſcum oritur, lætitia



lætitia lenta venit, & nimis negligens, ſi Auicennæ credimus, non niſi poſt quadrageſimum diem adueniat gaudendi ſenſus infanti. Itaque ideò alij flebunt in morte tua, quia non erunt experti, ideò natiuitate lætati, quia vitam tuam acturi non erant. Tu ſolus augur conditionis humanæ lacrymis, quæ voces ſunt naturæ nolentis, recuſas.

At, quemadmodum contrariæ ſunt cæremoniæ naſcendi, & moriendi, ita contrariam conditionem ſortitur natus, & mortuus. Omnia mors inuertit, aut reſtituit. Credo, dum inuertit, reſtituit: nam inuerſa, qui inuertit, ſtatuit, & dirigit. Ritus funeralis eſt apud Tebitenſes pro funebri amictu vertere dumtaxat veſtimenta, extrinſecum occultando partem, educendo occultam. Euerſio iſta mortis, cùm reparatio potiùs ſit, in meliùs eſt. Egregiè ſapiens Concionator dixit: *Ἀγαθὸν ὄνομα ὑπὲρ ἔλαιον ἀγαθὸν, καὶ ἡμέρα τοῦ θανάτου ὑπὲρ ἡμέραν γενέσεως.* Cuinam, rogabis, meliorem diem interitus ſui, quàm ortus? In primis ipſi intereunti. Dices, ſi iuſtus eſt; dicam, etſi iniuſtus ſit. Quis dubitat nullum feliciorem iuſtis, probiſque diem, vitam dediſſe, quàm mors, dum auſert, ne miſerias vitæ, vel experiantur, vel videant? Addo iniuſtis adhuc eſſe optimum diem mortis: ſi non ceſſabit miſeria, ceſſabit malitia. Negatus gladius interfecturo ſe, beneuolentia eſt: negata pecunia aleatori ſtatim amiſſuro, beneficium eſt: adempta vita malè vtentibus gratia erit. Cui deinde melior dies mortis, quàm

*Cap. 64.*

*Bonum nomen ſuper oleum bonũ, & dies mortis melior die natiuitatis.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quàm natiuitatis? Certè Deo, cùm maximè eius iuſtitiæ, eius miſericordiæ commemoratur, cùm melius agnoſcitur. Quinam alij? Vt taceam, hæredi, vt æmulo, vniuerſis, aut vniuerſo. Vindicatur tunc natura rerum ordine, temperieque conſtans, conſonans, ſed violata ab homine quàm intemperatiſſimo euerſore totius ordinis.

*Cap. 65.* Non tantùm penſemus mortem, ex quibus abducit, ſed quò conducit. Inſtrumentum libertatis eſt; aſſerit malis, confert etiam bona. Non tanti ſolet fieri ſpiritus, vt fortuna. Prodigunt vitam nonnulli pro regno, & quidem plurimi pro alieno: ánne fortunâ exæquabitur beatitudini: anne ditio anguli & puncti cæleſti regno? Quæſtuoſiſſima mors tantò plus addit beatitudini, quantùm vitæ detrahit: quò citiùs morieris, diutiùs felix eris, diu; nam citiùs, beatior ex minori vita, imò infeliciori. Non tot pollicitus bona erat Hegeſias Cyrenaicus, tantòque imbuit auditores, non dico contemptu, ſed libidine mortis, vt non ſolùm expectarent patienter, ſed impatienter optauerint; mucronibus ſuis calcaria adhibuère; non venientem traxerunt: niſi Ptolomei edictum obſtitiſſet, plures odium vitæ, quàm mortis timor vexaret. Cùm mora beatitudinis fuit ante reſeratum Cælum, premium iuſtitiæ vita longa fuit priſcis Patribus propoſitum: fauor fuit non properare illò, vbi nec meritum, nec præmium futurum erat. Nunc, quia Cælum nos expectat, mora mortis non promittitur, potiùs commendatur intempeſtiua & violenta, beatitu



beatitudinis exaggeratâ titulo, quia illuc conuehat morientes pro Chriſto. Nos non reſpectamus iſta, quò mors ducit: ideò friuolis interdum approbamus votis, & inter vitæ gemebundi miſerias, non ſatis ipſas renuimus. Quadam ſiniſtra mortis ſuſpicione, quam optare triſtior nos cogit vita, nolumus confidere. Egregiè Locmanus, vetuſtus Perſarum ſapiens, & inter Arabes acceptus, in ſuis iſtud figmentis propoſuit, in illo, qui graui fatigatus lignorum faſce, proiecerat pertæſus cum inuocatione mortis. Adſtitit è veſtigio illa, alioqui vocantibus tarda: Ecce me, inquit; ad quid me vocaſti? Vocaui te, ille reſpondit, vt faſcem hunc humero meo imponeres. Tantus amor miſeriæ ſuæ eſt, meliora non ſperantibus. Sic diligimus ærumnas, vt repetere velimus, ſiue infidi, ſiue obliti poſthumæ fortunæ.

Quis eſuriens, ſi in ſterili ripa eſſet, vbi nulla ſpes ad remedium ſupereſſet famis, niſi breui recreare ferarum gulam laniatu ſui corporis, *Cap. 66.* videns vltra fluuium onuſtas pulcherrimis fructibus arbores, & amœniſſimas, & ſecuras paradiſos, triſtaretur, ſi audiret, pontem eſſe, aut formidaret tranſitum, ſi lembus offerretur, quo tranſcendere poſſet, nec aquis ſe committere vellet inani pacatiſſimi & perſpicui amnis metu, malletque perire in crepidine, quàm periclitari in alueo? O ineptos mortales! pro auro ad ſuburbia deliteſcente Inferorum, in viſcere Orbis, perfido vos committitis Oceano, ſolo vadimonio



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

monio tabularum, vbi, vt Aratus ait, vnum lignum prohibet fatum, & poſt tot pericula, quibus plura videris, in ipſa felicitatis ſuæ inquiſitione perire, reſiſtente auaritiæ Neptuno, aut puniente: & tamen tranſmigrare in patriam nolumus ad complexus diuinos, ad regnum, vbi non regnat fortuna. Quis poſt longam peregrinationem, laribus & patriæ iam vicinus, vbi parentes, vbi cognati, vbi familiares expectant parati in amplexus, tunc doleret, tunc vellet recedere, priuſquàm aliquem vidiſſet? Deus expectat pater, IESVS frater, MARIA mater, Sancti cognati, Angeli amici: morte ad illos itur: quid dolemus?

*Cap. 67.* Demus, nulli neceſſariam fuiſſe mortem; demus, arbitrio humano commiſſam, & quemque ſui iuris fata habere, vt maxima neceſſitas libido maxima fuiſſet, atque non mori poſſet, qui optaret: volenti tamen reſtaret eadem ſors, & æqualis beatitudinis ſpes. Stultus eſſet, qui nollet per mortem periclitari felicitatem, & æternum mallet ſecurè miſerum manere, ne ſemel deſineret miſerias, ne ſemel deſineret pericula. Stultè timemus mortem, quam optare, & poſtulare, ſi non eſſet, deberemus. Sapienter Zaleucus mortem edicendam publica authoritate cenſuit, ſi immortales fuiſſent homines. Quin, ſi libera & arbitraria fuiſſet, præoptandam opinor; nunc, quia neceſſaria eſt, non nimium erit, ſi tolerandam putes. Imperitè quidam malum neceſſarium dixit, propterea non malè ferendam. Optimam



mam conſequentiam preſſit ex peſſimo, falſóque principio: potiùs bonum neceſſarium mors eſt: at, ſi neceſſitas etiam mala ferenda facit, quantùm efferet bona: Quia bonum mors eſt, gratificari debemus, quia neceſſarium de ſecuritate lætari. Quantum bonum eſt, quo neceſſe eſt, vt non ſimus miſeri; quæ ſine pretio captiuos liberat, quæ è carcere vinctos emittit ſine fauore Prætoris, quæ exules in patriam ſine poſtliminio reducit, quæ ſeruos ſine conſenſu dominorum manumittit, quæ ægrotantes ſine acerbis potionibus ſanat; quæ, quidquid peccauit fortuna, emendat; quæ iuſtiſſima eſt, & exæquat & reparat, quidquid fortuna malè diſpoſuit, inequaliter diuiſit; quæ neceſſariò facit, ne ſint mala! Minùs ille erraſſet, ſi neceſſitatem commemoraſſet ad patientiam vitæ, cui maximè illud conuitium competit, quam potiùs malum neceſſarium dicas: nam te in mala intruſit ſine electione tua, cum electione inducit. Solerter natura prouidit ignaras animas illigari corporibus, & ſine ſenſu coërceri vulus, ne ægrè tuliſſent carcerem. Quis, dum quid ſapiat, in extremum ſpiritum redactus, ſi iteratò concederetur vita, acceptaret ſecundò matricis ergaſtulum ſubire, ſordibus nutriri, aſpectu cæli per tot menſes, ſenſu per tot annos priuari, per tot redire ignominias naturæ, per tot ludibria fortunæ, reſumere amentiam infantiæ, metus puerilitatis, pericula iuuentutis, curas virilitatis, labores ſenectutis? Neminem credo tam feliciter vixiſſe, cui placeret repetita tota



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tota vita. In hæc, quæ ſuffragio non reperere-mus, ſine ſuffragio immiſſi ſumus; neceſſariò inferuntur, vt ſponte ferantur ad neceſſitatem patientiæ. Sub conditione moriendi naſcimur. Pretium vitæ mors eſt: ad nos pertinet hæc lex, & pro noſtro commodo ferenda eſt, quæ poſcenda eſſet. Planè, ſi abſque lege moriendi vita iſta daretur, recuſanda eſſet.

*Cap. 68.* Nunc ſimpliciter mortem non malam demus ex imitatione bonorum. Nulli meliorem vitam agunt, quàm mortuis ſimiles: quod exemplar bonitatis eſt, malum non erit. Mors eſt optimæ vitæ idea & norma. Ille laudabilis eſt, quem aſſimilatio mortis commendat; quam qui magis imitatur, magis probus eſt, (nulla verior laus viuentium eſt, quàm ſimulatio mortis,) dum mentem eximit corpore & corporeis, qui è carnis ſe, ſi non contubernio, conſortio abſtrahit, qui ſeiungit animum ſenſibus: adiiciam conſequens, qui coniungit Diuinitati. Cur putas diuina ſæpè oracula dormientibus intimari? Placet Deo ſimilitudo mortis: feriata mens ſenſibus idoneè diuina excipit. Acrior tunc animus eſt, vacante corpore, ſopitis affectibus per interlunium vitæ.

*Cap. 69.* Ad hæc, quid Philoſophia eſt? Meditatio mortis. Anne vt ſtupeat? Non, niſi vt exprimat. Quid? Philoſophiæ fructus, virtus eſt, eiuſdem mortis imitatio, aut inchoatio. Velut flos, & quoddam proludium, eruditioque moriendi, probitas eſt. Itaque illud, quo immortalis, quo æternus erit, initium & procemium mortis eſt.

Hoc



Hoc eſt artificium Philoſophiæ, quòd vitam iucundam faciat imitatione mortis, & mortem conformitate vitæ. Mors intolerabilis eſt illi, qui ſuas nō deuaſtauit cupiditates, & totum expectat abſorbere ſimul interitum, quem faſtidit. Cibos, ne ſuffocemur, partimur paulatim, & per fruſtula ſumimus: ita mors, ſi per partes ſumatur, guſtui ſeruiet, & ſaluti; ſi hodie iſtam cupiditatem conſciderimus, cras illam. Magnum pondus ſi ferre nequis, per partes tolerabile erit. Occupat Philoſophia in vita partes mortis, quam leuiſſimam ſibi facit minutim moriens. Quid mirum, grauiſſima mors ſit illi, cui multa moriuntur morte ſua? Vnius rei iacturam gemimus, aut honoris, aut voluptatis, aut amici: quantus dolor erit vno omnia perdenti ictu, vno totam vitam amittenti momento? Expedit ſe corpore, extricat ſenſibus anima ſapientis, vt ſecum & cum Deo verſetur: experitur ratiocinari meliùs, cùm nec guſtu, nec dolore, nec auditu, nec viſu turbatur: ipſas cupiditates, amores, metus rerum obſtare veritati; curas corporis remoras eſſe mentis, abeundúmque à corpore eſſe, vt puram aliquam veritatem aſpiciat, & quantùm poteſt, ſe his eximit neruis, ſe deſuit carne, vt lucem veri liberam conſpicetur, eruit ſe voluptatibus, quibus figitur ſenſui, cuius contagio pollui recuſat. Puriſſima veritas eſt, nec patebit, niſi puris, non inquinatis. Totum itaque virtutis ſtudium, ſeparatio eſt animæ à corpore, & quàm proximè accedere ad mortem, quam propterea,

MM 5 aut

aut amat aut optat; ad minus non timet. Quomodo poterit timere mortem, qui moriendo vixit beatè? qui ſibi eripuit plura, quàm mors rapiet: cuius iam extenuauit ditionem? Quò toto vitæ tempore aſpirauit eripi corpore, iámne potiturus voto ſuo recedet? detrectabit? Ridiculum eſſet, ſi quò feſtinaſti venire, & alius te portet celerius & tranquilliùs, indigneris; ſi cùm accedis, iraſcaris: eiuſdem amentiæ eſt, illum, qui toto vitæ tempore ad mortem accedere laborauit, ægrè ferre, cùm aduenit. Nemo, qui alium quærit, aut optat, non gaudet, ſi occurrat. Nemo dolebit, ſi perficiat alius, quod ipſe cœpit, nec conſummare licuit. Perficit natura per mortem, quod virtus in vita inchoat, cuius ſtudium non perit, ſed continuatur. Vſu corporis ſe viuendo interdixit, corpore interdicit moriendo. Suauius eſt carere, quàm non vti, quo non cares.

*Cap. 70.* Iſtud confinium mortis, & virtutis exhibuimus, etiam ex honoris exhibitione. Quemadmodum virtus exemplo mortis componit maieſtatem ſuam: ita & reuerentiam omnium exigit imitatione etiam mortis. Quid reuerentius proſequimur, quàm cuius reuerentia peſſimi etiam, non putantur mali? Quemadmodum ob honorem virtutis, qui mali ſunt, nolunt de ſe id credere, amantes propriam excellentiam, quam, niſi in virtute, non præſumunt, ne ſe viles putent; gaudent falli putantes ſe non maloſita reuerentiâ mortis iis, qui mali fuerunt, iam non audemus detrahere, nec malos dicere; imò nec licebit



licebit nominare ſine commendatione defunctos, quos vel laudamus, vel precamur, & optamus optima, velut egregiè meritos. Tam venerabilis mors eſt, vt ſua reuerentia etiam contemptibiles venerari faciat. Cui ſuperſtiti inuidebas, mortuum collaudabis. Optimè Mimnermus ait:

*Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν ἐσθλῷ*
*Ζῶντι φθονῆσαι· κατθανόντα δ' αἰνέσαι.*

*Inſigni cuipiam viro praui ſumus omnes inuidere viuo: mortuum autem laudare.*

Non vltra mortem inuidia eſt; non citra mortem honos liber & ſecurus: nemini non honorificus defunctus eſt. Præſenſit Socrates, ad ſolatium cicutæ, æmulos ſe habiturum poſt mortem laudatores. Quam putas venerationis cauſam? Tacita eſt quædam Philoſophia vulgi, exemptos ex miſeriis huius vitæ putantis beatos: felicitas autem digna honore eſt. Itaque reuerentia mortis meritum beatitudinis eſt. Quòd ſi roges Ariſtotelem, non diſſentiet. Lacedæmones Olympionicarum præmia, & honores, quos ſi quis adipiſceretur viuus, feliciſſimus credebatur, omnibus indulgebant mortuis, laureis redimentes ſertis; quemlibet rati defunctum non minùs felicem feliciſſimo viuentium; non minori honore dignum mortuum, quàm ſummo mortalium. Redundat quoque in mortis honorem, velle à mortuis honorari moribundorum iudicio. Apud veteres Romanos honos viuentium erat morientium ſolùm memoria. Magno honori tribuebatur, cui moriturus iuberet legatum. Calliſtratus libro quæſtionum primo, legato honorari deſi-

dixit. Suffragium, iudiciúmque morientium captabant, iam mortis vicinia ſapientium, venerandorum. Nemo magis honorari, quàm ab honoratis putat. Nec iſtam gloriam animæ dumtaxat vſurpes. Vide illam vermium annonam, futile, friuolúmque corpus, Philoſophiæ magiſtrum ſuſpectum, & honorabile omnibus: neque conſpectu Regis, ita componimur, ſicut aſpectu cadaueris. Quanta modeſtia iacet, quanto magiſterio? Philoſophus videtur, philoſophari facit; &, quod mireris, non tantùm venerabile eſt, habetur ſacrum: religionis pars eſt, ſepulturæ honos.

*Cap. 71.* Iam, ſi bonitatem ex vtilitate metimur, bonum eſt, quod proficit. Optima mors eſt, aliena prodeſt ſpectantibus, propria commemorantibus. Lamæ, Sacerdotes Tibetenſium, iſtam docti Philoſophiam, precaturi concrepant buccinis ex humanis oſſibus, roſaria geſtant ex iiſdem, potant frequenter è cranio. Rogati cauſam ab Antonio Andrada, Societatis noſtræ, & vineæ Chriſti ardentiſſimo operario, nuper poſt ſummos labores, Barbaros iſtos inueniente; præcipuus quidam inter illos retulit, ad fatorum memoriam, ideò clangere tibiis defunctorum, vt mentionem properantis mortis audientibus ſuſurrarent: oraria è globulis cadauerum, ad argumentum; vtilitatis ex noſtræ conditionis commemoratione ratos non minùs, quàm preces, profuturam præſenti vitæ cõmemoratam mortem, manibus ſemper memoralia exitus geſtare, vt



vt continuò eius recordatio adeſſet: tum cranijs ad potandum vſos, ad initiam voluptatum, vt rerum huius vitæ guſtum imminuerent: denique hanc mortis inſtantem admonitionem antidotum animæ eſſe aduersùs vitia, carniſque paſſiones. Eodem pharmaco contra alia ſe muniebant ſcelera. Iuraturi manus imponunt ſuper imagunculas oſſibus ſubactas cadauerum, vt meminiſſent poſthumum iudicium, & Deo, cuius ſunt imagines illæ, poſt mortem reddituros rationem. Certè non barbara, ſed culta Philoſophia eſt, vniuerſam vitam vnius mortis commemoratione condire. Admiranda fuit memoria Mithridatis viginti duarum linguarum tenacem non minùs illa Themiſtoclis, quæ tenacitati adiecit pertinaciam: aut ludicra Senecæ, aut militaris Cyri. Certè nulla felicior memoria, quàm miſeriæ noſtræ, quàm mortis. Quemadmodum Malacenſis arboris radices, qua parte ortum ſpectant, ſunt antidotum; qua parte occidentem, virus & peſtis: ita humanæ cogitationes, ſcilicet, radices cæleſtis arboris, quibus cælo hæremus, (inuerſa planta, cæleſtis homo eſt,) qua parte reſpiciunt occaſum ſuum, ſunt ſalutares, & theriaca malorum. Cæterùm, & memoriale mortis ſingulis natura momentis commendauit. Reſpirationem in ſignum regreſſus animæ, Mercurius libro ſacro putauit inculcari. Toties oportet meminiſſe mortis, quoties reſpiramus. Imagine agendæ animæ viuimus, emiſſione ſpiritus continemus ipſum: ad recordationem enim exſpirationis

tionis ſpitamus: adeò efficacis mors vtilitatis eſt, vt, cùm nondum ſit, agat; non futile aliquid; facit bonos. Ne malam putes, quæ emittit tam à longinquo radios bonitatis. Nulla bona vita eſt, quæ non ſit debitum mortis, cuius reſpectu componimur.

Cap. 72. Illud, quod in illa ægrè ferimus, certitudinem ſui, incertitudinem modi, gratioſum nobis vtrique eſt. Inter cætera enim diuinæ prouidentiæ inuenta, ad humanam gubernationem eſt præſtantiſſimum mors, ingenioſiſſimè diſpoſita, complexa in ſumma incertitudine æqualem certitudinem. Semper nos Deus bonos vult, ſimiles, ſcilicet, ſibi; ideò ſemper incertos vult certiſſimæ aliquando mortis. Ita prouidit, ne ſera ſpatium peccandi concederet ignaris moræ eius; ne velox turbaret: ſed vtriuſque poſſibilitas cautos, non conſternatos detineret. Poſſibilitas celeritatis ſuæ leuat labores vitæ, difficultates virtutis. Leuior laborantibus eſt labor, ſi breuior putetur: moræ autem interuallum plures virtutes capit, quas dubitata excitabit velocitas, cuius incertitudine certiùs boni ſumus. Nam, qui fleret, qui ſolicitus eſſet, ſi vnus duntaxat menſis reſtaret vitæ, quomodo ridebit, quomodo negliget, qui neſcit, an reſtet vnus dies, vna hora? Occulitur incertitudine tarditas mortis, ne licentiam peccandi laxet. Nunquam Orbis fœdior fuit, quàm cùm vita longæuior, tùm expiari aquis natura neceſſe fuit. Iniuſtus Theophraſti queſtus de natura, dum dies brutis muidebat, vltra quingente-



ſimum nonnullis viuacibus, coruis, cornicibúſque. Errauit, voto, & iudicio; & quòd optaret annos, & quòd iudicaret illis menſurari vitam, opere, non die æſtimandam. Studioſis actionibus prorogatur breuitas annorum. Nunquam, niſi cùm vita ſæculis numerabatur, immenſa peccata ita compulêre Deum ad pœnitentiam hominum non pœnitentium: peccantibus per fiduciam vitæ, reſtitit morte. Mundum humana vita immundum, pollutúmque luſtrauit interitu humano. Deinceps damna longæuitatis reparauit diligentia celerioris fati; contraxit poſtmodum vitam, vt vicinia mortis meliores fieremus. Sic prodeſt mors, ſic iuuat certam eſſe, ſic incertam: pluribus nos expedit erroribus iſta incertitudo certò moriendi, qua cogimur reſipere, qua compellimur cauere, qua impellimur non malos eſſe. Diuinum itaque inuentum mors eſt, ſapiens diuinæ politiæ inſtitutum. Maximè illud approbauit Zaleucus, promulgaturus ipſe legem moriendi, ſi naturæ edicto vniuerſis publicatam non videret. Atque in procemio Legum Locrenſibus latarum monet: Τιθέσθω πρὸ ὀμμάτων τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν ᾧ γίγνεται τὸ τέλος ἑκάστῳ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ ζῆν· πᾶσι γὰρ ἐμπίπτει μεταμέλεια τοῖς μέλλουσι τελευτᾶν, μεμνημένοις ὧν ἠδικήκασι, καὶ ὁρμὴ τοῦ βούλεσθαι πάντα πεπρᾶχθαι δικαίως αὐτοῖς. διὸ δεῖ ἕκαστον καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, ἀεὶ συνέχειν τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡς ἀεὶ παρόντα· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ δικαίου φροντίζοι. Maximè itaque ad inſtitutionem huma-

*Ob oculos ponat tempus illud, quod vnicuique & finis vitæ futurum: omnibus enim morituris venit in mentem, quæ commiſerunt, magna pœnitentia [illegible] & voluntas [illegible] quæ rectè [illegible] ſingulis [illegible] ſemper, in ſingulis actionibus [illegible] familiare [illegible] ſi præſens eſſet: ita enim maximè [illegible]*

humanam iuuat mors, cuius memoria cunctos continet. Omnes Reſpublicæ ſequutæ Vniuerſi gubernationem, leges moriendi ſanciunt.

*Cap.73.* Certe diuinæ prouidentiæ clauus præcipuus in regendis hominibus mors fuit: nunquam ſine morte humanarum rerum gubernacula geſſit: adhuc cùm immortales eramus per mortem tueri immortalitatem voluit: promulgauit Adamo primogenitam ieiunij legem cum interminatione moriendi: deinde mortis artificio continuit, ne miſeriæ æternæ fuiſſent, ne ſcelera libera: lapſum ipſe patientia mortis erexit; reſtitutiſque cum cumulo antiquis honoribus, reparatis originis damnis, recreata vita, promiſſa immortalitate etiam corporis, mortem nihilominus ſeruauit æquè certam, æquè incertam. Adeò placuit diuinum illud mortis conſultum, immutare noluit omnibus mutatis: ex miſericordia fuit, quòd tanta miſericordia non abrogauerit. Non itaque eſt, cur queramur de natura mortis omninò ad noſtrum excogitatæ commodum, cùm ipſa incertitudo exitus, quæ plus nos fodicat, ſalutarior ſit. Præſtituitur certum naſcendi tempus, vnus præſcribitur videndæ lucis modus: non eſt moriendi ſtatuta cæremonia, ſine tempore, ſine modo, omne tempus admittit, multos modos. Beneuolentiæ fuit plura pandere oſtia fugientibus mala: vna tantùm ianua introducimur in vitam, multis educimur. Sat eſt ad periclitandum vna via, multæ patent refugio. Non eſt opus expectare ſeptem, aut nouem

menſibus,



menſibus, vt moriaris: natiuitas interuallis dilatetur. Quid manent victuros, niſi infortunia vitæ? Mala qui tollere non poteſt, tolerare non audet, protelat. Mors optima eſt, ideò ſine lege mortæ. Nec tantùm iuuat, ne patiaris mala, quantùm ne facias. Vt omni tempore bonus ſis, mori omni tempore potes. Iuuat quoque inconſtantia loci, & modi, ne vllus ſitus, aſylum peccandi ſit; ne vlla occupatio, excuſatio moriendi.

Propterea ad gloriam mortis ſpectat facilitas ſua compenſatura difficultates vitæ. *Cap.74.* Non ſine conſilio, diuinoque priuilegio malè hærentem animum corpori geſtamus, vt facile excidat; tenaciora vitæ ſunt bruta. Nullum debilius, nullum fragilius homine animal: leuiſſimis cadit impulſibus: ſtatim non benè conueniens corpus ponit. Pilus duntaxat ſpiritum Fabij excudit, granum vuæ Anacreontis expectorauit animam: tantùm in his valuit mollitia pili, minutia grani, quantùm in Æſculapio fulmen. Conna tam facile obiit, quàm voluit; Baptiſta Mirandulus quàm cogitauit. Illius intra pectus clauſa anima ſe foras trudit, ſine vllo apparatu, ſine morbo, ſine ferro, ſine veneno, ſine laqueo, ſine præcipitio: iſte fugato hoſte cecidit illæſus opinione ſola vulneris. Nulli morti clauſa ianua eſt, per ipſa vitæ officia graſſatur, &, quod mireris, per beneficia, per gaudia. Fortaſſe nulla violentior mors, quàm per aliena inuadens, cùm, quia iucundiùs viuitur, moritur. Ipſa ſua plures vota

 occide

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

occiderunt: commodis ſuis vita perditur. Honos Clidemum occidit, exultatio Diagoram, quies Platonem, riſus Philemonem; lætitia iam notior & gratior homicida eſt, quæ Siciliam tyranno leuauit. Fortaſſe & per virtutes ſecuriſſimi ſubeunt pericula, ſubeunt fata: vt omittam Diodori interfectorem, pudorem; matrem Secundi Philoſophi verecundia extinxit. Caduca poſſeſſio vitæ eſt: non opus eſt ſuo lapſui violentia, per blandimenta concutitur. Stultè nimio ſtudio retinere volumus, quod vndecunque dilabitur: ſtultè fugis id, quod, qualibet digrediaris via, venies, aut quò venies. Siue petas, ſiue fugias mortem, æquè occurret: tam viæ, quàm fugæ terminus eſt. Vita eſt peregrinatio ſine errore termini: licèt per maximos errores viæ, quacumque & quocumque vadas, illuc venies, quò tendis: non refert hac, an illac pergas; quacumque incedas, incides in mortem. Tali arte excogitata mors eſt, vt vndique propinqua ſit; tantumdem ſenex & adoleſcens diſtant: & cùm alij plùs, alij minùs viuant, omnes æquè vicini ſunt, omnes æquè expectare poſſunt. Ignarus loci & viæ patibuli, ad quod duæ ſemitæ ducerent, recta vna, altera per circuitum, eodem modo è diuerſis interuallis expectaret accedere: parum refert iuuenis, an ſenex ſis; diuerſis viis incedimus, fortaſſe rectà vadis, citiùs accedes ſene per ambages circumducto. Facile, peruium, vicinum oportebat eſſe omnium malorum aſylum, bonorum veſtibulum. Certè vitam diffi-

culter



culter accipimus, difficulter agimus, difficulter retinemus, & alieno pendet arbitrio. Quiuis vitam auferre tibi poteſt, nemo mortem: in vitam ius habent homines, non in mortem: libera eſt etiam ſeruis, & ingenua. Imperator Leo ſecund⁹ machus naſci tributarium fecit: nemo mori impoſuit onus. Non licuit tunc viuere ſine pretio, de ſingulis infantibus primam videntibus lucem exigebat tributum: mori ſemper liberum fuit, ſine onere.

Anne iſtam libertatem moriendi accuſas, *Cap. 75.*
iſtam maturitatem mortis, vt omni ætate opportuna ſit? Accuſas breuem vitam habere, aut potuiſſe habere? Non eſt, quòd indigneris tot annis, non pluribus victurus: nam nec indignaris naturæ, quòd tot te fecerit pondo, non octoginta, non centum. Sicut magnitudinem natura conſtituit, ita & tempus. Nec minùs maior iniuria erit, nam

*Longa tamen multis tempora fata malis.*

Omnis mors tempeſtiua eſt omni ætati, vtilis, optanda: ſenium à miſeria aſſerit; iuuentutem à malitia; infantiam præſeruat ab vtraque. Senes maturos carpit; iuuenum florem vertit in fructum; infantiam per compendium maturat, ianuam Cæli gratis aperiens, via rectâ, & ſine obice dirigens.

Adiice ad argumentum bonitatis mortis, *Cap. 76.*
fuiſſe argumentum Diuinitatis. Donum Dei eſt neſcientis, niſi bona dare. Æmulus Diabolus cultum falſum beneficio mortis fulcit, petentibus

NN 2 magnum

magnum donum, exiguam vitam concedens Trophonio alicui, aut Agamedi, & Argiæ prolibens. Quod eſſet optimum homini poſtulauerat mater, & conceſſa petitione accepit, quod homini putatur peſſimum, mors. Tantùm intereſt videri, aut eſſe: opinio, aut iudicium: imò quam putamus peiorem mortem, melior ſæpè eſt, feſtinam dico. Quid felicius Pompeio accidiſſet, quàm ante, aut in ſua felicitate perire, cùm ſui deſiderium relinqueret, ſi non expectaret faſtidium fortunæ? Diuinæ quoque beneuolentiæ tributa video intempeſtiua infantium, puerorumque fata. Vt omittam Amphiaraum, ſine fabula hiſtoriam commemorabo, quam annis præteritis hæc Aula Philippica mirata eſt. Didacus Vergara, adoleſcens, qui noſtras frequentabat ſcholas, mirè profecerat virtutibus, quibus charus omnibus erat, & clarus. Quem putas optimæ vitæ ſtipendium nactum? immaturam mortem? inſuper & rapidam; vt nemini dubium fuiſſet diuinum eſſe donum. Seceſſurus in lectum, ad ſororem ſuam dixit: O qualis mihi nox manet! Obſecro, ſoror, relinquas mihi lampadem accenſam. Mox ſub mediam noctem vociferans excitauit omnes: illa nocte moriturum dicebat: poſtulat acciri Confeſſarium, (erat is ex noſtris Gaſpar Pedroſa:) putabant omnes ſomniaſſe, præſertim adoleſcentis pater Medicus nobilis, cùm integros & pacatos notaſſet pulſus: inſtanti tamen Didaco obſecuti ſunt, & accito Confeſſario, qui iam diuinitùs præſen-

ſione



ſione quadam excitatus, præſtoque erat, detexit lætum habuiſſe nuntium è cælo, per ipſam eius Reginam, illa ipſa nocte procuratum, Sacramentis è vita exceſſurum. Accidit ita: nam quædam honeſtiſſima Matrona nunquam hactenus nota, nec deinceps viſa, ſe iis officiis vltrò intrudens, præparauit altare, fecit reſtantia adduci Sacramenta, quibus ille munitus feliciſſimè expirauit. Poterat quidem minori ſtrepitu excedere: ſed caſum putares, intempeſtiuam mortem, non conſilium Dei, non donum. Oportuit inſolentia aliqua argumentum diuini beneficij exhiberi:

*Nam, quem tuetur, atque diligit Deus,*
*Iuuenis ſupremum mortis intrat limitem.*

Satis latum viuendi ſpatium claudunt pauci anni, non perdenti illos: non idem putes diurnare, & viuere; non omnis, qui diu fuit, diu vixit.

Salutare quoque eſt illud, cuius nonnulli accuſant mortem, repeti non poſſe, ſperantes ſecunda morte reparari, ſi prima errâſſent: falluntur: ſi ſecundò mors veniret, primam vitam liberaliùs perderemus, in ſecunda non minùs periclitaremur. Ad hæc, quid lucri duplex mors eſſet, cùm neceſſitate, ſcilicet, duplicis vitæ? Vt, ſi non bis mali, bis miſerabiles fuiſſemus. Illud mirabile eſt, cùm mors formidabilis ſit, cùm putetur mala, quòd ij ipſi, qui putant, ſecundò optent; & quod ſemel guſtare nollent, velint geminare; cùm alioqui ſi mors mala eſt, iſtud minus malum haberet, quòd ſemel ſit. Non ita vrbanæ *Cap. 77.*

NN 3 ſunt

ſunt aliæ humanitatis noſtræ miſeriæ; inſtant, redeunt, importunæ ſunt, ter, quater, millies: mors non vult moleſta eſſe; quod minus poteſt, fatigat. Nemini importuna eſt, bis non accedit. Quid adhuc requiris? Bonum repetitionis? Experientia noſſe, quid mori ſit? Nec iſtud bonum abeſt; ingenioſe excogitata fata ſunt. Mortem licet ſemel agimus, non vna agimus: experiri poſſumus, imò experimur: per partes ſe inſinuat, periculum ſui exhibet, aut vterina, aut coætanea mors eſt vitæ: ex quo incipis eſſe, incepiſti deſinere; ex quo viuis, moreris: dicam, antequam naſcereris, mori cœpiſti: infantia mors fœtus eſt, deinde infantiæ mors puerilitas, puerilitatis pubertas, pubertatis iuuentus, iuuentutis virilitas, virilitatis ſenectus. Deinde in vltimo interuallo debiti naturalis, cùm non ſoluis, poſtulat natura, exigit, & tanquam quæſtura inſtat, pignora petit, ſumit, ab hoc auditum, ab illo viſum, ab alio vtrumque: ſi quis reſiſtat, diſſoluit, mutilat, & minutim ſibi ſatisfacit, donec vltimo fluctu mergat. Pendet ab ipſo exordio finis, nec extremum momentum aliud agit, quàm conſummare, quod primum inchoauit.

*Cap. 78.* Quid ni? Ex ſimulacro noſſe mortem potes: quotidie experiris, quotidie libas, nec vnum diem agere potes ſine guſtu, & geſtu mortis. Somnus quædam effigies mortis, & prælibatio eſt: ſomnum appetimus, ſomno recreamur, ſomnus requies laborum eſt, reparatio hominis, depoſitio curarum. Nunquam imago adæquatur exem-

exem



plari: ſi ſomnum cupimus, ne oderimus ideam ſuam præſtantiſſimam; ne timeamus mortem, quam non fecit natura timendam, nec putauit. Potius ſpem mortis ſuſtentauit aliqua imagine ad ſubſidium conditionis noſtræ. Ne impatientior mora tanti boni foret, interim conſolari nos voluit ſimulacro ſuo: veluti qui abſentis dilecti præſentiam imaginibus fallunt. Itaque experimentum mortis exhibetur, tum in ſimulacro ſuo, tum in parte eius. Non eſt pars vitæ ſine mortis parte. Quemadmodum ſomnium non accidit, niſi cum ſomno: ita vita niſi cum morte. Velut enim ſomnus imago mortis dicitur; ego puto ſomnium imaginem eſſe vitæ: per imagines ſeducimur: cùm per mortem ſuſcitemur, dolebimus non tam perdidiſſe gaudia vitæ, quàm vidiſſe nulla. Dicebat quidam, malle ſe ſomniare in Inferno, quàm in Elyſiis agris: nam expergefactus gauderet in mollitia lecti reperiri, non inter ignes cruciari: at, ſi iucundo illi ſomnio falleretur, elapſa triſtaretur felicitate, quæ non fuit, videbatur. Argutè Heraclitus aiebat, & vitam, & mortem eſſe, & dum viuimus, & dum morimur: cùm viuimus, mortuas eſſe noſtras animas, ſepultáſque in nobis; cùm morimur, viuas. Itaque vita eſt mors animæ, vita corporis: mors verò vita animæ eſt, mors corporis. Nónne ſatis experimur mortem in deteriore ſui parte, & approbamus: cur recuſabimus meliorem?

Redeo ad vnitatem, ex qua mortem commen- *Cap. 79.*
damus,

damus. Vnica eſt, ne aliqua eſſet mala. Vnica eſt vt omnis ſit optima. Diligentiùs vnica ſolicitantur. Ille pauper, vnius ouis dominus, in ſinu mulcebat, ad menſam, ad calicem admittebat, vt Nathan exhibuit. Vnigenitum integris pater curis prouidet; cuius vitæ totius occupationem ſolicitudo chari filij conſumit: ita totam noſtram vitam debet occupare cura vnius mortis. Quidquid vnicum eſt, pretioſum eſt: quod vnicum eſt, incomparabile. Nihil optimæ morti comparandum eſt: nihil pretioſius. Cæterùm, optimam non dilatio facit; ſed, quod mireris, contemptio, perditio. Nullius mors pretioſior eſt, quàm à quo contemnimur. Ex ſe meritum non eſt, quippe naturæ eſt debitum, vel ab inuitis ſoluendum. Magna ſapientia erit, fata reddere officia; neceſſitatem, virtutem; mortalitatem, immortalitatem; & naturæ debitum, ius & titulum gloriæ. Quid pretioſius, quàm ſi debito mortis cælum nobis debeatur? ſi ſoluendo obligemus? Aureos viros Clemens iure vocauit, qui ita occubuerunt, ſcilicet, cùm neceſſe fuit: neceſſitatem fecerunt voluntatem, cùm aut lex, aut ratio, aut Deus vitam poſtularunt: licèt enim mors debitum ſit naturæ, liberaliter ſuum tranſmittit ipſa natura ius, libenter delegat pro ſe creditores patriam, legem, virtutem. Si his ſoluas, contenta manet anticipatione ſolutionis, quin expectet, quòd condicto die exigat. Optimi debitoris eſt ante tempus ſoluere. Dies communis pacto naturæ ſtatutus, ſenectus eſt: optimi cuiuſque erit ante



ante diem reſtituere. At, ſi non agitat nobilitas animi, impellat auaritia quæſtus: dum citiùs ſoluis, obliges. Qui pro patria, pro iure, pro Numine, non dico pro nomine, intempeſtiuam tulit mortem, & debito ſe liberat, & obſtringit Deum, obſtringit omnes. Omnes debent benè morienti, Deus cauſam, homines effectum, qui vt minimùm exemplum eſt; cauſa autem, vt plurimùm fides, charitas.

Adiice tantum bonum bonæ mortis, id eſt, *Cap. 8.*
ante diem redditæ, gratis eſſe; non actione, non labore noſtro egere: abſque eo, quòd aliquid agas, hoc decus agitur. Mors iſta optima & pretioſa aliena manu fit, non propria; tuliſſe mortem, non feciſſe glorioſum eſt. Non eſt vinctis glorioſum, non ſecurum, ſed ad maiorem reatum, frangere vincula: ita, qui aperit pectus ſuum, clauſtrum animi; qui ſciderit, perfregeritque vincula corporis, damnabilior fit: at, ſi hæc ipſa faciat alius, maximæ eſt gloriæ ferenti. Nullum vinctis decus fuit ſolui duntaxat catenis; liberi erant, non propterea glorioſi: at, ſi non ſoluerentur, ſed extraherentur anguſta conciſis manu catenis; ſi vincula Iudex, ſi authoritas publica, ſi Imperator dirumperet, glorioſum olim fuit. Iſto honore Veſpaſianus & Titus Ioſephi innocentiam commendarunt: ſimul ferro & probro ſoluerunt, dum ferrum perfregerunt. Titus dixit: Erit tanquam nec initio vinctus, ſi non diſſoluerimus, ſed inciderimus catenas. Hoc idem intereſt inter mortem, quando natura nos diſſoluit,

ſoluit, aut cùm vis, & tyrannicus furor frangit, truncat, laniat. Glorioſiſſimum eſt dirupto corpore liberari, non ita diſſoluto. Sane optimos omnium, innocente natura, quæ tardè illos diſſolueret, plerumque violentia ſuſtulit. In dedicatione mortis in Abele, vbi florem & melius ſpecimen ſui præbuit, vis & inſidiæ dicantur iuſtis: melioribus melior conſecratur mors: quos colit, veneratur, nec tangere audet natura, violat inuidia: quos illa eximios edidit, hæc malè condidit. Et, vt omittam optimos, exhibeo maximos Alexandrum, Hectorem, Achillem, Cæſarem, Pompeium. Fortiſſimum quemque violentia conſumpſit. Alius Alexander, Romanus, inquam, prædicenti ſibi Thraſybulo Mathematico imminere fatum violentum, lætari ſe dixit, quia imperatoria ea mors eſſet, nec alia ſummis, optimiſque accidiſſet. Verùm illis glorioſiſſimis non fuit glorioſa mors: ſolùm propterea commemoraui, quòd propitiam retinuerint gloriam, etiam iniquis Parcis. Illa tamen clariſſima eſt, quæ ſuffragio pereuntis expectatur, quã creſcit illæſus etiam minutus capite.

*Cap. 81.* Quare hæc contemptu ſuo pretioſiſſima mors, ſæpè per ignominias glorioſa, debet pulſo omni timore laceſſere cupiditatem. Omnia noſtra ſoliciti ſumus, vt meliora ſint; cur mortem non curamus, non optamus? Quid magis noſtrum quàm mortalitas? In primis titulo ſimplicitatis, quòd mala non ſit, niſi facientibus, qui



qui dum faciunt mala, malam mortem faciunt, formidanda non eſt mors: nihil malum ex ſe habet, niſi turpi contaminetur vita: quidquid mali habet, à vita habet. Si conſcius certò eſſes optimæ vitæ, mortem non formidares, potiùs rideres, potiùs gauderes. Itaque propter vitam times mortem: quare, dum times mortem, potiùs times vitam. Si non timeres vitam, ſi non polluiſſet vita mortem, anne ita formidares exitum? Non opinor. Igitur per ſe innocens mors eſt, ſincera, ſana, non terribilis. Adiiciam, ſi poſt malam vitam, non corrumperetur, imò ſi ipſius expiaret vitæ malignitatem, & tam valentis bonitatis eſſet, vt malitiæ vitæ, non ſolùm reſiſteret, ſed vinceret, num iſta mors recuſanda foret, an optanda? Percupi quidem debuit. Hanc gloriam habet mors, quam religio, quam virtus exigit: tam affluentis bonitatis, vt exundet, vt optimo, vt ſuo tingat colore vitam: tam optima eſt, vt alienam vitæ malitiam conſumat. Mori vulgaris eſt res, communis: nam & mali moriuntur, & maximè moriuntur: at mori libenter, mori glorioſè, priuilegium bonorum eſt. Præſtat diſcedere à vita, quàm pelli: locum libenter expediamus naſcituris. Vitam non æſtimes cauſa ſui, ſed operum: maximum autem opus vitæ, bona mors eſt. At, ſi pro bono opere perdenda vita eſt, quis hærebit mortem lucrari perditione vitæ? Nec eſt, cur timeamus inſtantem tyrannum, imminentem gladium. Vbique natura

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

natura minatur, quotidie imminet. Cur contemnet hodie bene mori, qui male poteſt cras? Cur ferrum potius times, quàm cartilagines, quam venas, quam præcordia, quàm molliſſimas carnes. Inſtrumenta ferrea, poſt decimum, aut vigeſimum annum, nullius vſus, aut conſumpta ſunt: tu debilibus artubus & cartilaginibus polliceris ſæculum. Ne promittas tibi vitam caducam, vbi morti tuæ promittitur gloria æterna.

Cap. 82. Demus autem, nullam honorificam mortem, nullam bonam eſſe, omnem malam: cur, quam timemus, non curamus? cur, quam non contemnimus, negligimus? cur non præmunimur, ſi mala eſt? Prouidemus pericula contingentia, præuenimus damna fortuita, præſtruimur ad caſus; cur ad neceſſaria non præparamur? Multùm intereſt inter contemnere mortem, & negligere: nulli magis curant, quàm qui contemnunt: nulli magis timent, quàm qui negligunt: &, quod mireris, non ideò timent, quia neglexerunt, ſed cùm timeant, negligunt. O ignauiam noſtram! ad id, quod malum dicimus, non tantùm imparati venimus, ſed inopinantes. Quid agimus, quid vacamus, ſolicita fortuna, ignaua natura noſtra? Reſtauremus mentem, reſtringamus cupiditatem, probemus vera, complectamur bona, figamus nobis gaudium, ſecuritatem vitæ, mortis.

*FINIS.*

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IOANNIS EVSEBII

# NIEREMBERGII,

SOCIETATIS IESV,

# HISTORIA PANEGYRICA,

*DE TRIBVS GLORIOSIS Martyribus, ex eadem Societate IESV, nuper in Vrugaï pro fide occiſis; quorum Martyrij gloriam multa prodigia ſignificarunt.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DOMINO

# IOANNI VARONÆ, ET GVDIELI,

DOMINO

# DVMVS VARONÆ, AMICO MEO, SALVTEM.

PROVOCAVIT pudorem meum beneuolentia tua, Amicorum optime, cùm veteris amicitiæ auſu, & quadam ſubtilitate fidei infidus mihi, Sigalio-



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

nem prodidiſti meum, cùm
non ſeruaſti tibi, cùm dediſti
omnibus. Me inuito, emiſiſti
in lucem Fabulam: tibi inui-
to mitto Hiſtoriam. Verecun-
diam meam reſecraſti: talio-
ni obnoxius es: ecce modeſtia
tua tantumdem ſuſtinebit: ſic
vlciſci ſcit amor, vbi fides lu-
dere. Iam exterſo pudore, quid
non auſim? Opprimebam Si-
galionem; tu publicaſti illum;
ille me. Placuit aliis, quod diſ-
plicebat Authori, cùm arbiter
ſuæ cauſæ blandiſſimus quiſ-
que ſit. Quare, quod mihi mi-
nùs diſplicuit, iam auſus exhi-
bere publico iudicio. Illuſtriſ-
ſimo, ac Reuerendiſſimo D.

D. Ioan



D. Ioanni Peredæ, Epiſcopo
Ouetenſi, Auunculo tuo, Ar-
tem Voluntatis mitto; & tibi,
optimo Amico, iſtud monu-
mentum amicitiæ. Idem in-
tereſt inter meum Sigalio-
nem, & Voluntatis Artem,
quod inter feſtiua, & ſeria;
quod inter Βατραχομυομαχίαν, &
Iliadem; quod inter Clari-
mũdum Luſitanij Liuij Ioan-
nis Barros, & Aſiæ Decades.
Proluſi in Sigalione philoſo-
phica; in Voluntatis Arte di-
geſſi. Quemadmodum Ho-
merus, dum ſcripturiret Ilia-
dem, erudiuit iocis calamum;
& noſter Barros per Fabu-
lam apparauit Hiſtoriam: ſic

 ego

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ego Philoſophiæ ſeueritatem Fabella illa initiaui; hac Hiſtoria coronaui. Humilis Philoſophia ſine vſu eſt; rudis ſine norma. Conſtantiæ præcepta dedi, hîc informo exẽplo, altera doctrinæ, ſed prima parte. Videas, quo iure amicis vtar. Ioannem del Caſtillo defunctum commendo; te ſuperſtitem condemno, dum amoris irati, & vindicantis ſe munuſculum tibi dico. A te didici amicum offendere: tu à me diſce amicum pati. Vale.

*Tuus,*

IOANNES EVSEBIVS NIEREMBERGIVS.



IOANNIS EVSEBII
# NIEREMBERGII, SOCIETATIS IESV,

## HISTORIA PANEGYRICA,

*De tribus glorioſis Martyribus ex eadem Societate* IESV *nuper in Vrugai pro fide occiſis; quorum Martyrij gloriam multa prodigia ſignificarunt.*

MOrs excellentium Virorum tantò acerbior ſuperſtitibus eſt, quãtò vita iucundior, & vtilior fuit; nec compenſari alio ſolatio poteſt, quàm licentia laudis: commendatio enim, tutus, & proprius cenſus defunctorum eſt; cùm iam per inuidiæ fas, & immunitatem verecundiæ, liceat promulgare virtutes innocentes; quæ nec inuidum cædant, nec inuiſum bonorum meritò cruentent arcana pudoris

 plaga,

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

plaga. Etenim, licèt verba omnia in anfractu ſint, & quodam cum periculo; maximè laudatio anceps eſt, & præceps, & vix tuta, & innocẽs etiam digno, etiam ab almo pectore, niſi cùm omnem liuorem in reuerentiam transformauit abſentia. Virus inuidiæ, licèt valentiſſimum, non ſe vibrat, non magnum interuallum pergit, nec vltra vicinos, & pares: quare non tranſcendit mundum, & fato ſibi libentiſſimè litat, cùm defúnctos diſtantes videat, & quadã mortis veneratione, & priuilegio immunes mortalitatis conditione, in hoc iam ſuperiores, & penè vereatur diuinos. Itaque nulla præſtantiſſimorum Virorum geſta egregia pretium ſui exigunt numerata pecunia; ſed ad condictum diem, cùm miteſcit liuor aliorũ, & pudor abeſt proprius. Vtrumque impetrat funus. Vnum ſolum præſentiſſimæ commendationis opus eſt, egregiè mori. Non excellentia vitæ, ſed mortis, priuilegium habet impigræ, & inſtantis laudis; vbi modeſtia digniſſimi vulnerari nequit, & inuidia decedit mortis reuerentiæ; vel ſi perſtat, innocentiſſima eſt, & inuidẽda fortaſſe. Votum moriendi non ita eſt, aut vile, aut facile; nec cùm eſt, fit iniquum; nec perfidum vouenti erit abſinthiũ enim inuidentiæ, penuria rerum eſt, & ſuperfluitas cupiditatum, cùm cupiditates, aut cupientes excedunt cupita, quæ, cùm non ſufficiant omnibus, acerbant carentes. Hac arte bonum alienum in damnum effigiatur proprium, & mordet plura pectora, quod mulcet vnum. Mors verò ampliſſimum bonum, ſed



ſed inops vouentibus, hanc teſſeram maximorum bonorum, ſcilicet, votorum, habet, patere cunctis. Quare bonum puto feliciſſimum, licèt infametur maiorum cenſu, & titulo: ſine inuidia vtrique eſt, aut cum Regia, id eſt, ſine aculeo, cum quadam æmulatione manſueta, auguſta, atque laudationum prodiga: purpurat enim æmulus, dum exaggerat, ſuæ ſpei ſimulacrũ, & votorum imaginem inaugurat: nemo autem ſibi parcus eſt. Aliquod huius periculum ſuauiſſima quadam, & expiata inuidentia fortunatiſſimè feci, cùm renunciata fuit feliciſſima mors diuini Viri, Ioannis del Caſtillo, qui nuper in dorſo mundi, cum aliis duobus ſanctiſſimis Chriſti Militibus, fidem obſignauit ſui cruoris purpura, auguſtorum ritu. Tactus ſtatim ſui de cælo, quaſi propitio fulgure, vt incenſus nouo inuidiæ ingenio, pereuperem fortunam eius, quem non ceſſabam laudare: ampliauit affectum contubernium priſtinum: coæui fuimus, commilitones in tyrocinio Societatis, in ſtudiorum: eodem anno, eodem menſe in militiam IESV adſcripti: conuiximus Matriti, conuiximus Optæ: inde auulſus ille, & dimidium animæ, vt candens ſanctitatis ſuæ iubar virgineo rubricaret ſanguine. Verùm, quia ſpes, & mors, publica bona ſunt, & extra iuriſdictionem fortunæ, non irritabant æmulationem mihi: (nemo, quæ certò ſperat, inuidet; nemo, quæ habet: ſpes autem vicaria poſſeſſionis eſt, & præcox dominium:) ſed egregiè mori, quod rarum, quod felix, me

 perculit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

perculit. Mori commune omnibus eſt; viliſſimum multis: at, eleganter mori pro Deo, pro lege, pro bonis, pro bono, feliciſſimi, id eſt rari, ideſt magni. Hoc mirum, & neſcio, an dicam, iniurioſum vitæ, quòd tanta felicitas opus mortis ſit: quòd alienum ſit, non proprium: cuius nec optimis aliud liceat, quàm aridum votum. Huius ſolius fortunæ nemo ſibi fabrum licet eſſe. Excogitaui propterea artificium, vt emendato arbitrio felicitatis tantumdem penè gloriæ adornarem mihi, dum alienam prædicarem per quandam æmulationis comitatem. Quodam pacto affectat laudis ſocietatem, qui dictat; & optimis, quæ non fecit, dicendo fungitur. Ticirius Capito, cùm ſtatuam erexit L. Sillani, immortalitati quoque ſuæ proſpexit, nec reputatum fuit magis decorum, & inſigne, ſtatuam habere, quàm locare. Certè glorioſum eſt gloriam amare alienam, glorioſiſſimum facere. Quapropter hanc narrationem honori Ioannis del Caſtillo, olim amici, & ſocij mei, nunc Patroni deſtinaui, quæ profeſſione quondam amicitiæ, modò reuerentiæ, & innocentia ſanctæ inuidiæ, laudata, aut excuſata erit. Commendatione me ille non egebat, qui, nec vita egebat ad gloriam, nec gloria ad vitam; &, quod non minùs mirificum, nec ad gloriam morte, licèt glorioſiſſima fuiſſet: tam glorioſa, tam felix, tam ſibi ſubſiſtens virtus illius vita & morte fuit, vt nec gloria egeret: tanta illi gloria vitæ, vt nec indigeret gloria mortis: tanta illi gloria mortis,



mortis, vt nec indigeret gloria vitæ: glorioſiſſimum quemque, aut mors, aut vita illius faceret. Mihi ſolùm glorioſum, & iucundum, gloriam ſuam dicere. Expiationem fortaſſe inertiæ meæ merebitur alienæ virtutis amor. Exordiar, ne Hiſtoriæ corpus truncem, à paſſione duorum aliorum Chriſti Militum veteranorum, P. Rochi Gonzalez, & Alphonſi Roderici. Trinitati laudem dicant hi tres ſancti Viri, atque eos laudaturo ſimilitudo Trinitatis congruebat, vt pro tribus conſtaret. Hæc maxima diuinæ naturæ maieſtas, vt pro tribus ſit, tribus ſatis ampla perſonis: adeò eſt Trinitas honos, & nobilitas Diuinitatis. Vnus Deus noſter, triplex perſona eſt; nec tantùm pro tribus eſt, ſed pro mille Diis. Hanc excellentiam æmulantur Deifici Viri, vt vnus pro tribus ſit, vnus pro multis: vnus homo triplex calculatur. Tanti, & tot erant hi Patres: vnuſquiſque tantumdem trium, vicarius plurium: non vno labore, & penſo conſtricti, ſed ad plurima ſpatiati, ad omnia charitatis, & frugis ampliſſimi munera. Qui vnus ipſe adæquabo laudes trium triplicatorum, hoc eſt, diuinorum Virorum? At, mihi non eſt animus excuſato commendare ſermone omnes virtutes, quàm vnam patientiæ memorare: nam ſatis

*Laus eſt ardua, dura ſuſtinere:*
*Ignauis, timidis, & improbatis,*
*Multùm fingitur otioſa virtus.*

Nolim, & lector non poſſe, obnubere laciniosa eloquen-

eloquentia frontem ſinceræ virtutis, nec exaggerantis imagine minuere laudes. Laus eſt quædam honoris exactio: honorem propria opera impetrant, non aliena dicta: nemo honeſtior eſt, quòd alius dixerit benè; ſed, quòd ipſe fecerit: quare maximè laudatus eſt, qui maximus eſt, cuius facta neſciunt eſſe minora dictis; quorum honori ſatis eſt ſciri; nec ampliùs conſtent auditu, quàm obtutu; quorum narratio ſimplex exaggeratio ſit. Quædam iniuria eſt maximorum Virorum affectata hiſtoria, cùm argumentum minoris virtutis videatur, procuratis magnificari verbis. Haud credi poteſt maxima facta eſſe, quæ adduntur dictis: nec optima eſſe opera, quæ emendat ſermo. Nullum debet virtus magna laborem faceſſere Oratoribus: ab illo, quem exhibuit operanti, laudantem redimit: cum negligentia ſermonis per ſe extollitur. Hæc cauſata velim; nam parcus videbor verbis, & coloribus. Opus non erat laudi, niſi narratione. Si liberalior aliquando nonnulli iudicabor, vereor iniuriam feciſſe ampliſſimæ virtuti. Hanc potiùs eſt animus, & fas narrare, quàm æſtimare. Accedo iam ad propoſitum opus.

SOCIETATIS IESV Vniuerſum charitate complexæ tantùm patent labores, quantùm Orbis, affectus vltrà. Nec tot eſt auſa cæca auri cupido ſuperare Oceanos, tot mundi proſcindere noualia pro interitu hominum, quot illa pro ſalute. Inter alios mundi angulos nondum pollutos auaritia, niſi votis, quò antecurrit



rit Europæa arma, latiſſimam Vrugaï Prouinciam prægreſſa eſt. Vltra Braſiliam protenditur hæc regio ad mare auſtrale: nullus adhuc ibi Hiſpanus, nec inde niſi fama excluſa vberem barbariem dictabat. Impatiens ardor noſtrorum maioris moræ in tot nationes exiliuit, non expectato Hiſpanorum præſidio. Solitarij, & exermes barbaros adierunt felici temeritate. Sicubi magnus labor promulgandi Euangelium, hic fuit. Priùs neceſſe erat facere homines, deinde Chriſtianos. Vagantur rupices illi per agros, per nemora, ferarum inſtar, moribus, furore, toruitate: cogendi erant in aliquem humanitatis decorem, & erudiendi priùs ad vitam, quàm ad fidem. Prior illarum regionum Apoſtolus, P. Rochus Gonzales, auſus pedes, exermis, ſolus, vbi nec Hiſpana legio irrupit armata, experiri feritatem hominum, num beneficiis, num manſuetudine, & humilitate flecti ſineret. Feliciſſimè obtinuit. Non omnia poteſt potentia, potentior patientia eſt. Maiora ſæpe impetrauit diſſimulatio, quàm ſtrepitus. Breui mitefecit Barbaros, attraxit feras diuinus hic Orpheus, & in Reipublicæ digeſſit honorem, quinque oppidis conſtructis: docuit homines priùs viuere, deinde benè viuere. Vitæ ſuæ prima victoria fuit, (maxima exempli vis eſt,) mox beneficentiæ, deinde patientiæ, & laboris. Caſas Barbarorum manu ſua faciebat, eaſdem docuit facere. Primam fabricam domuum contemptio cæli excogitauit. Primus patricida Caïn, & ſceleratorum Patriarcha, primus mundi ciuis,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

ciuis, (non hoſpitem putauit ſe,) prior omnium ædificauit ciuitatem, peſſimorum more, ſtabile huius ſæculi domicilium putantium. Eiuſdem poſteri, hæredes incogitantiæ mortis, artes, inuenerunt ad ampliandas opes, malorum armamenta, ſcelerum pignora. Ferè plurimus apparatus vitæ inuentum fuit indigniſſimorum ipſa. Expiauit P. Rochus hanc infamiam, & ſemel amore cæli tractauit terrena. Plurimos Barbaros iam homines, iam Angelos lætiſſimus videns, ſingulis præfecit oppidis Viros noſtræ Societatis feruidos, & maturos; ipſe reliqua ſe mole onerauit, ſolo laborum arbitrio iniuſtiſſimus, auidus quadam benefaciendi auaritia, nouas quærebat prædas, noua Regna, non vt regnaret ipſe, ſed vt regnarent cum Chriſto victi humilitate, & patientia ſua. Acuit ſancti Viri cupidinem nouus ſociorum ex Hiſpania aduentus, quibus adornare voluit, pluribus reductis Barbaris, & fide imbutis, oppida, (Reductiones appellantur,) quibus reficerent laborum ſitim, quæ illos ex patria, ex late pepulit ad ignotos Orbes. Facilè contraxit (fortiſſimus hominum magnes beneficentia cum patientia eſt) plures Indos, & ad politiam, & fidem pleroſque domitos ardori, & diligentię mandauit eximij adoleſcentis, P. Ioannis del Caſtillo, cuius ſanctimonia, & pudor obtinuerunt præeligi ad laborem, & pericula. Multi adhuc erant infideles, & incertæ fidei. Progreſſus ipſe P. Rochus cum ſocio Alfonſo Roderico ad aliam conciliandam Reductionem eodem



eodem anno, qui fuit 1628. Iam Dæmon inſtantem ſuperſtitionis ruinam non leuibus ſignificationibus, & damnis doctus, obeſſe omni molitione parat; timuit P. Rochum indefeſſa pertinacia vlteriùs molientis; timuit ſocios, quos in ditionem ſuam introduxerat amor Chriſti; timuit nouos, quos Hiſpania mittebat, cuius non tantùm coloniæ ſunt Orbes, ſed Eccleſiæ. Nec vnde plùs ampliata Dei domus, nec vnde plures fundatæ Eccleſiæ in Oriente, in Occidente, in Orbibus integris: multò plùs dedit Religioni, quam eſt. Armis, & impenſis Hiſpanorum Euangelij ſonus in omnem terram iterum exiuit. Xauerium diuinum, Andream Ouiedum, Thaumaturgum illum Ioſephum Anchietam, feruidum Gonzalum Sylueiram, innumeros alios ex noſtra Societate, expugnatores mundorum Hiſpania ablegauit. Hiſpanica arma pacem Chriſti introduxerunt. Referamus oculos in priſcorum tempora; num aliqua ſit natio, vnde plùs fides ſpatiata?

Eo ipſo tempore, quo Vliſſipone ſoluerant Viri Societatis, per cadauer allocutus Dæmon Myſtas ſuos, & idololatriæ Proceres, nouos aduentaturos Patres ex Europa, vt illos licentia laſciuiæ, & grege pellicum interdicerent, à crapula auerterent, à voluptatibus, à legibus auorum, à moribus priſcis; propterea arcendos omnes Euangelij nuncios: tentauit ſæpè irrito conatu; diuina cauſa fuit illis prouidiſſe, donec ager Chriſti expoſceret pluuiam, vt cruore Sanctorum,

rum, riguus vberior exultaret meſſe. Cunctatus
Deus coronam Patris Rochi, donec maturis
meritis radicatam Religionem figeret. Interim
ſatisfecit illi vicariis Martyrij laboribus, & peri-
culis. Incredibile eſt, quanta tolerauit, famem,
ſitim, nuditatem, æſtum, terram, cælum, feras,
homines: non minus potuit dolere, quam time-
re; non minus paſſus, quam periclitatus eſt, à Dæ-
mone, ab hominibus, à feris, quarum non leuis
iis regionibus noxa. Vix tutò licet dormire. E tu-
guriis, & caſis raptant, & diripiunt homines: no-
ſtri hactenus diuinitùs tuti. Accidit, vt caſam,
vbi vnum è noſtris labore feſſum ſopor mulce-
bat, ingreſſa tigris luſtraret quacumque: inta-
ctum illum dimiſit ſigno periculi relicto: Bre-
uiarij enim tabellas, & omnia folia vngue pene-
trauit; præterea innocentiſſima abiit famelica
hæc pernicies. Sæpè Deus ſeruum ſuum Ro-
chum eripuit feris, noluit ſemper hominibus.
Hæc conditio rerum, vt ſæuior homo homini
pernicies ſit, quàm homini fera, quàm ignis.
Quoties elementa, flamma, & pelagus peperce-
runt ſanctis Martyribus? quoties leo, tigris, vr-
ſus? Humana tandem manu oppreſſi. Quos Deus
excepit omni naturæ violentiâ, noluit humanâ.
Igitur irritatus Dæmon timore noui auxilij, vi-
res valentiùs reſumpſit, vt, deſperatorum more,
omnes vltima periclitaretur fiducia: ſæpè enim
felix fuit ſpei alea. Delegauit ad hanc Prouin-
tiam inſtructiſſimum ambitione, & maleficiis
magicis hominem eius plagæ Caziquum, Ñe-
za illi nomen fuit, authoritate dolis quæſita,
poten



potentiáque præcipuum: timebant cæteri: ma-
gnam ſui venerationem maleficiis redemerat.
Ex conſortio Dæmonis mores eius hauſerãt ſu-
perbiæ virus, & Diuinitatis appetentiam. Deum
ſe prædicabat, Conditorem rerum omnium, im-
perantem Soli, Lunæ, aſtris, cui tigrides & feræ
obtemperarent. Reuerentiam, quam damnis
meruit, minis alebat: interminabat facturum
Solis defectionem, immiſſurum procellas, ele-
mentorum diſſidia, vaſtationem tigridum, niſi
parerent omnes. Negotiata formidine quidquid
libuit perſuaſus: metus enim facillimus creduli-
tatis eſt proxeneta. Iuuit illam Dæmon: nam,
licèt ſuperbiſſimus, ſuperbos amat, & iuuat con-
tra ritum vitij. Nihil ægriùs tolerat ſuperbia
noſtra quàm collegam: non aliud magis odit
quàm aliam. Societas cupiditatis diſſociat, &
concurſus votorum facit æmulos: non ſe ſuſti-
nent, ne ſe impediant: verùm, ſi ſe oderunt ſu-
perbi, nihil execrabilius alterutri vouere poſ-
ſent, quàm ſimilitudinem ſui. Ad hanc ſæpe in-
ſtigant Dæmones, nocentius nobis rati vitium
ſuum, quàm pœnam, ſi nos videant cum meri-
to ſuæ noxiæ. Poſt repulſam primi voti, inuidia,
quæ infelix ſuperbia eſt, ſecundum alit. Prima
ſuperbi cupido eſt, maiorem eſſe, id eſt, diſpli-
centia ſui: oportet enim ſe exuere, vt aliud ſit,
quàm eſt. Secunda auaritia eſt, alium minorem
eſſe, ne ſit id, quod eſt. Sic prius Dæmonis vo-
tum fuit, Deum eſſe; alterum, ne Deus eſſet. Per-
dere maieſtatem, quam non inuenit; nolle alium



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

habere, quod non potuit ipſe. Ideò vt reuerentia Diuinitatem ſibi impoſſibilem multaret, non magni fecit, quòd alius Diuinitatem ſimularet.

Fictum itaque Numen, Ñezu, (in eo erat oppido, ſiue Reductione, quæ fide, & diligentia P. Ioannis del Caſtillo procurabatur,) in animum diu exaſperatum induxit ſibi, ipſum Patrem arcere etiam è vita, quòd prædicatione IESV Chriſti, veri Dei, & hominis, obſtaret Diuinitati, quā ipſe flagitiis poſtulabat: eaſdem inſidias molitus in omnes Vrugai Prædicatores, deinde in reliquos Patres Paranæ, quæ alia Prouincia eſt latior: at, ſæpè ampliora vota, & vltra felicitatem infelicia ſunt. Miſit nuncium ad Garupen, (ſic dicebatur Caziquus nobilior nouæ Reductionis, quam tunc temporis P. Rochus Gonzales cum P. Alfonſo Roderico conſtruebat,) iubens obtruncari duos illos Prædicatores IESV: quo facto, renunciaret ſibi, vt tantumdem ſæuiret in P. Ioannem del Caſtillo. Adiecit, (quod falſum fides Indorum exhibuit,) in cæteris oppidis idem ſupplicium ſuſtinendum, ſic penitus abolendum Chriſti nomen. Garupes inductus, aut deceptus, nunciis Ñezu obtemperauit: facillima eſt diſciplina malorum. Condixerat P. Rochus conuenturis Indis decimam quintam Nouembris diem, vt ſolemniis eleuaret campanam, cuius pulſu explicaret horam declarandæ Chriſtianæ doctrinæ: hunc diem obſeruauit Garupes homicidio commodum, poſtquam feciſſet Sacra P. Rochus, commodior ipſi Patri opportunitas exhibendæ





exhibendæ animæ, cùm Corpus ſibi Chriſtus ſuum exhibuit: Corpore & Sanguine IESV ſaginatus, optima Chriſti hoſtia fuit. An dubitaret hauſto Dei cruore auarū ſui eſſe? Nutritus Sanguine Chriſti degener eſſe non potuit, vt illiberalis proprij eſſet. An, oblato IESV Corpore, ſuum negaret? Neceſſarius ſacerdotij honos, amor IESV eſt: neceſſaria amoris ſupellex, patientia. Æmulantur Sacerdotes Chriſti, felicitatem MARIÆ Matris, cuius amores naturæ & gratiæ in idem conſpirarunt. Idem erat genitus à ſe, & factor ſui: idem filius, & Deus. Similis fortuna Sacerdotum amando IESV: conficiunt Corpus Factoris ſui: ſi nullibi Chriſtus fuiſſet, (liceat hoc comminiſci,) ſi nullus Chriſtus exiſteret, ad ſacerdotalia adeſſet verba mirifica productione; per repræſentationem ſuæ mortis præſentaretur ad vitam. IESVM diligere tenemur quaſi iure patrio, quaſi opus & chariſſimum pignus noſtrum: tanti veritas Sacerdotum Deo eſt; tanti Deus facit, ne mendaces eſſemus, nullis parceret omnipotentiæ opibus. Quis non probat, quod fecit? Quis non ſuorum operum cupido ſui eſt? Hoc nomine diligendus nobis Chriſtus, feliciſſimo confluxu amorum, connaturali affectu quaſi noſtri operis, ſupernaturali quoque, quia & Opificis. Quis author artificia ſua non exaggerat? quis pater hominem à ſe genitum non diligit? quis non pendet in opus ſuum? quis contra non oppignorat factorum charitatem? quis non obæratur genitori vita? Duplici hoc



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nexu obſtringimur amando IESV; vno inclinationis, altero iuſtitiæ; vno crediti, altero debiti: fortaſſe ex illo capite dulcior. Plùs benefactor amat, quàm amatur à debitore. Plùs parens diligit natum, quàm diligitur. Fetæ amant catulos cum experimento animæ. Ne ſit ſtupidior Sacerdos Felix ſpiritus ſui periculum pro IESV, cuius Corpus conficit, vt diuinus Vir Ambroſius inquit, ſubire libentiſſime, & lætiſſimè debet, adhuc illo amoris titulo, quo non videtur debere; quia noſter Chriſtus eſt, non tantùm, quia nos ſumus Chriſti. Noſcebat hoc digniſſimus IESV miniſter, P. Rochus; & quoties Chriſti Sacra faciebat, ſe quoque ſacrificabat, millies quidem affectu, qui remedium impoſſibilitatis eſt, & vicarius deſperati meriti: tandem acceptare voluit Deus, & euentu vno innumera coronare vota, obſignando opere multas voluntates. Exiit enim lætiſſimus P. Rochus, peracto ſacrificio, actis deuotiſſimè gratiis, ad Indos, & campanam adornandam, inclinauit ſe, vt funem obligaret lingulæ ad aptitudinem pulſus; dicebat: Filij, breuiſſimè audietis citari vos ad doctrinam cæli. Ad hæc charitatis verba, cùm percommodum ſummiſſo capiti ictum aduertiſſet Barbarus, cui præſertim facinus mandarat Garupes, efferens lapideam clauam, hoc eſt, ſaxo capitatam, impulit omni niſu in cerebrum ſancti Viri, & vno ictu excuſſit medullas è cranio, & ſpiritum è pectore. Diffractum caput, & velut friatum proximus alius, repetita clauæ vibratione,



tione, totum diſſoluit. Strepitu audito gratulantium ſibi ſcelus, & mutuo redimentium plauſu conſcientiam mali, ſocius Alfonſus Rodericus, qui ſe ad Sacra præparabat, prodiit. Iuſſit ſtatim voce intenta Tyrannus Garupes inuadi etiam, occidi, laniari: ille exemplo alieno inſtantem vitæ exitum videns, cupidus illum coram IESV reſecrare, cuius amore plures, & vltimum hunc pertulit laborem, procedebat ad Eccleſiam. Præuenêre Barbari, duo præſertim, qui pilas ſaxeas fune alligatas exonerantes in ſanctum Virum, paucis ictibus diligentiſſimè exanimarunt. O par Deo dignum! ô purpuratæ nubes, qui veſtri cruoris imbre agrum Chriſti fœcundaſtis! ô verè Chriſti diſcipuli, quia patientes, qui naturæ tributum feciſtis meritum gratiæ, qui ſoluendo obligaſtis, qui gloriam per gloriam obtinuiſtis, qui felicitatem æternæ vitæ per felicitatem mortis impetraſtis! Quid felicius quàm mors, quæ cæteris eſt pœna, quòd vobis ſuffiet merces? Quòd non ſolùm iniuriis hominum glorioſiſſimi ſitis, ſed naturæ? Quid glorioſius quàm ſupplicium, & ignominiam ſceleris naturæ imputari, gloriæ virtutis? quòd nõ tantùm meruiſtis vita, ſed morte: non tantùm voluntate, ſed neceſſitate? Anne parua merita veſtra tot votis, tot operibus, tot laboribus, tot periculis? Cur opus erat, ita vos cumulare? Non tantùm voluntariè, ſed quaſi neceſſariò placidiores ſibi Chriſtus vos amplexari voluit. Veſter ardor non contentus vita, progreſſus eſt, vt vellet morte etiam place-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

re: non contentus fuit, quibus potuiſtis facere, ſed quibus pati. Parum dixi; plùs optaſtis pati pro IESV, quàm potuiſtis; non ſolùm quàm potuiſtis pati, ſed eſſe. Magnus amor non ſatisfit facultate: cùm ſit potentiſſimus omnium rerum, nunquam eſt potentia ſua lætus, in eo potentior, quòd ſemper ſe doleat infirmum; quòd velit poſſe plùs, quàm omnia; poſſe auarorum ritu; locupletiores plùs habere cupiunt. Nihil plùs poſſe deſiderat, quàm quia omnia poteſt, amor ardor eius non poſſibilitate pacatur, quantò minùs euentu? Non eſt eximia charitas, quæ compar vitæ ſit, cui non ſuperfluant deſideria, quam poſthuma vota non protrahant; quæ legata cupiditatum non relinquat, quemadmodum his ſanctiſſimis Viris ſuperſtes ſibi patiendi auaritia ſatiata fuit. Etenim largiter ſæuitum in cadauera; nudata ſunt, vulnerata, dilacerata, tracta, ignominioſo circum Eccleſiam protraxerunt ambitu. Reliquit Alfonſus Rodericus in loco martyrij fruſtum ſui crus, ſciſſis lumbos ictu immani:

*Namque in corpore fortium Virorum*
*Laus eſt amplior, amplior cicatrix.*

Corpus votum Martyris explicauit. Non ſatis erat cupiditati ſuæ patientiæ corpus vnum; multas eſſe voluit, vt multorum paſſio corporum explanaret particulam amoris; multiplicari optauit, vt pro multis diligeret, vt pro multis crucia-retur. Mira ſtirps amor eſt; ſterilis, & fœcunda; duo facit vnum, & ſingulos mille: circa patientiam



tiam hanc fertilitatem habet; in tot germinat, quot vota habet experiundæ fidei, exhibendæ conſtantiæ. In cælum denique, & Deum ipſum afflixit Barbarorum inſania; ſpoliauerunt Eccleſiam, exturbarunt Crucem, violarunt veſtes ſacras, contriuerunt aram, perfregerunt calicem, diripuerunt ſacros libros, atque in mille conciderunt fruſta eximiam, & venerandam intemeratæ Virginis Matris Dei effigiem, quam Patres Expugnatricem vocarunt. Præferebat ſecum P.Rochus hanc Deiparæ imaginem, quotieſcumque nouam Reductionem cogebat, illa inaugurabat; gloriam omnem illi deferens, cuius ope præſumebat omnia. Nec ſegnior expugnatrix eſt contra Poteſtates tenebrarum alma Dei Parens, quàm contra potentiam humanam. Sanctus noſter Rex Ferdinandus ad omnes expeditiones quocumque copias deſtinaret, conferebat ſecum Genitricis Dei effigiem: omnes illi victorias imputabat, omnem gloriam. *Capta Hiſpali eandem triumphantis ſpecie ornatiſſimo ferculo impoſitam ad templum, quod eius nomine dicandū erat, deferri iubet. Hac celebritate triumphi eadem ſacratiſſima Virginis imago cum ſplendida Epiſcoporum proceſſione, ſignis ac legionibus præcedentibus, ſequente poſtremum Rege, & Procerum comitatu, in vrbem delata, & in templo collocata eſt.* Hæc ex monumentis Eccleſiæ Hiſpalenſis. Mox Pientiſſimus Rex Auguſta Familia B.Virginis cultum ampliauit, Regiis ſtipendiis ſplendida, cum iiſdem officiis, ac in Imperatri-

 cis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cis Aulæ: perſeuerant hactenus officia Regia. Sed & Michael Palæologus indiuiduam comitem, effigiem Deiparæ, habuit, quam ſolam triumphantem de Hungaris introduxit Conſtantinopolim mira maieſtate, & pompa auguſta. Narrat triumphum Nicetas: *Imperatorem quadrigâ argenteâ auratâ cum equis niue candidioribus præcedebant, quibus impoſita erat imago inuictæ adiutricis, & inſuperabilis commilitonis, Matris Dei. Nec vero axis magnum ſonuit, quia non vehebat acrem Deam Mineruam, quæ falsò virgo dicitur, ſed veram Virginem, quæ Verbum inexplicabili ratione per verbum peperit. Eum currum Imperatoris propinqui, atque amici Senatus, viri dignitatibus inſignes penè ſequebantur. Deinde ipſe Imperator prodiit, equo feroci, ornamentis illuſtribus inſignis, & templum ingreſſus,* &c. Scio etiam Alexium Commenum, cùm nouam Romam pauco expugnaſſet milite, noluiſſe in vrbem pompam emittere, niſi triumphus B. Virginis præcederet, quam ipſe Imperator pedes & humilis ſecutus eſt. Priſci Cæſares aureæ Fortunæ ſimulacrum ſecum conferebant ad fideiuſſionem felicitatis rerum omnium perfidiſſimæ: veram & tutiſſimam piorum votorum fortunam, Matrem Dei, colant Chriſtiani Principes. Sic Ferdinandus noſter, ſic Manuël, ſic Alexus. Ergo, quemadmodum iſti Auguſti abnuerunt ſibi triumphum, præcipua gloria diſtributa cõmilitoni MARIÆ; pari iure non ſolus P. Rochus ignominiæ, & martyrij triumphum occupauit: particeps quo-

que



quæ fuit B. Virgo, ſortita ſuam paſſionis gloriam in vicaria effigie: triumphus fidei, patientia eſt, contemptio eſt, dilaniatio eſt.

Poſt vulnera, poſt cruciatus, poſt necem, poſt opprobria explicuit ſe diuina virtus. Patientiæ ſunt appendices miracula: ipſa namque maximum, & velut miraculorum corpus eſt. Hic ſacroſanctus ritus prouidentiæ, commentari diuina in humanis. Hæc lex ſalutaris omnibus, maieſtatem virtutis celare patientiæ opportunitate, vt optimi mereantur; promulgare mox gloriâ, ad eruditionem peſſimorum, vt vereantur, quos damnant, & rediment conſcientiam pudore. Poſtquàm enim omni iracundiæ laſciuia in ſancta, & ſanctos Viros ſæuitum fuit, geſtiunt cremare cadauera, & Eccleſiam: incenditur pyra, conijciuntur corpora: ſapiens tamen ille ignis, reueritus mortuos immortalitatis meritiſſimos, & naturæ oblitus, miro ieiunio periit, cùm pabulum intra ſe concluderet. Redeunt altero die Barbari, integra cadauera mirantur, cætero in cineres rogo reſoluto. Nec ſtetit hic admiratio: ecce attonitos alloquitur cadauer diuini Patris Rochi: cor vocem edidit, nullum illi caput erat; ſed è pectore ſentita verba iaculari. Prodigioſa concione inquit: *Cur occidiſtis me, qui vos dilexi, qui vos quæſiui, qui ſolùm veſtræ ſalutis cauſa huc vſque peregrinatus ſum, qui veſtras animas quæſiui, amaui? Corpus meum duntaxat occidiſtis, non ſpiritum, qui viuit, & viuet: inter Beatos regnat, &* [illegible] *Mariæ vobis ſuperuenient*



cala

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*calamitates, & ſupplicia digna ob iſtud facinus.* Vnanimes hoc aſſeuerarunt oculari teſtes ex Tyrannis quinquaginta & tres, qui poſteà capti fuerunt. O admirandam charitatem tanti Viri, non vſque ad mortem, ſed poſt mortem etiam! In quos? In occiſores. Sanguis Abelis extincti locutus eſt ad vindictæ expoſtulationem, & contra fratrem: non cruor Rochi eloquitur, ſed cor; non exquirit vltionem, etiam inimicorum; amat Tyrannos, & affectus blandus ſuperſtes illi fuit ad humanitatem; vindictam nolebat, dum admonuit. Amor fertur ſagittator ſine oculis; id certiùs eloquens eſt ſine ore: affectus verba ſunt, ſed muta; magnus tamen metus erudiuit aliquando mutos ad garrulitatem. Crœſi filius nouit conſternatus eloqui. Quod potuit abiecta, & viliſſima timoris affectio, nónne poterit nobiliſſima amoris? Sinceriſſimus ille Vrugai Apoſtolus fidem, & ſinceritatem ſuæ charitatis patefecit enarratione cordis: non aliud lingua, aliud corde elocutus: vtrinque amorem publicat, vtrinque probat: ſcriptam amoris legem in corde geſtabat, cur non aliquando diceret? Qui valuit ſcribere, cur non loqui? Quod amor inſculpſit, amor dictauit. Pectus Sacerdotis Euãgelium animatum æſtimatur, concluditur illic Scriptura ſacra. In ſolemnibus iuribus iurandis alij manu ſuper Euangelium, aut ſacrum librum intenta iuuant fidem: ſat eſt Sacerdoti ſupra pectus reclinare. Cur hoc? Quia auguſtius Euangelium latet ſacerdotali corde, quàm charta. In

pectore



pectore ſanctiſſimi Rochi Euangelium pacis, & amoris, & ſcriptum erat, & dictum.

*----Eadem dixiſſe, eadem ſenſiſſe fatetur:*
*Non alios fundunt linguaue, corue ſonos.*
*Cor loquitur Chriſtum, teſtantur viſcera legem.*
*In medio cordis lex erat illa ſui.*

Solet Deus ſuis armis cædere æmulum: non aliter quàm inuento ſuo Carthago periit; ariete tentauit diruere Romam, ſed ſua machina à Romanis diruta eſt. Aman ipſa trabe ſuſpenſus eſt, quam Mardocheo dicauerat. Per cadauera loquacia ſolitus Dæmon fallere Indos, eadem ſua aſtutia intercipitur. Per cadauer diuinus Spiritus locutus aliquando veritatem. Barbaros irritauit miraculi excellentia, & more peſſimorum, tantæ charitatis ſignificationem torsêre ad alimenta inuidiæ. Adhuc (vnus audacior inquit) loquitur præſtigiator iſte. Et diſſecto medio pectore eripuit cor. Quid eripuit, dico? Accepit, quod dedit Rochus, quod pridem dederat, quod millies. Veriſſimè imitator I E S V, qui poſt crucistus immaniſſimi patibuli voluit omnem experiri patientiam. Vulnus lateris admiſit, vt patefacto pectore præſentaret plenìſſimum cor. Rochus etiam extinctus pro Chriſto ſuſtinuit plagam viſcerum; reſeratur pectus; tradit præcordia. Chriſtus patefecit cor, Rochus exhibuit. Traiecit mox Barbarus ſagitta ſuauiſſimum illud Rochi membrum. Vulnus hoc antiquum habuit: tranſuerberatum cor gerebat diuini amoris telo. Coniecit denique Tyrannus penetratum

cor

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cor ſagitta, in reflagrantem pyram: iterum admiratio, iterum miraculum: nulla diligentia exuri potuit. Cuſpis ardere potuit; illæſa tamen perſtitit caruncula illa mollis. Quæ de cœlo tacta fuerant, quæ fulmen inflammarat, non cremabantur: ignis cæleſtis ignierat cor Rochi, exuri non debuit noſtro. Oportebat mirabiliora in hoc Patre exhiberi, vt certiſſima conſtaret martyrij gloria aliis duobus Patribus communis, fortaſſe glorioſior: agnouêre periculum, viderunt mortem, pertulerunt lætiſſimi pro Chriſto: ſolus Rochus non priùs ſenſit diſcrimen, quàm ſalutem, inopino homicidio correptus; vt argumentum laudis eſſet aliis, qui minori mortis pompa enituit. Contumax Barbarorum furor contra lenitatem elementi, naturæ aliàs inimici, recreauit pyram, ampliauit ſtruem, vt locupletiſſima annona exacerbarent flammam, & in cineres cadauera ſancta diſſiparent: at neque validior præualuit ignis. Ferè integra corpora noſtri recuperarunt.

Tanta ſcelerum felicitate lætiſſimus Garupes Tyrannus miſit nuncios ad Nñezu, qui narrarent mandata pro votis exacta, in vtrumque animaduertiſſe Patrem ſæuitate omni. Ille ingenti exultatione affuſus, niſi quòd puderet priùs alium ſceleſtiſſimum fuiſſe, accinxit ſe ad homicidium vicini Patris, redempturus moram eminentia atrocitatis. Illa ipſa nocte oracula à Dæmone requirit horrendis adiurato ritibus. Deinde exornatus pro more pulcherrimis auium pennis,



nis, horribili voce, immani pedum conculcatione implet minis Indos, ni mactarent Ioannem del Caſtillo, quem apud ſe habebant, euolaturum in cælum, relicturum illos, nullum alium Deum maiorem ſeillum propterea, qui dicebat contrà, blaſphemum, & de medio dira tollendum cruce. Arbitrio ſuo maieſtatem ſibi mendaciis fabrefecerat: tantò metuebatur, quantò fallebat. Timor perſuaſit Barbaros, & decima ſeptima Nouembris die, cùm canonicas recitabat Horas Ioannes; ecce turba Indorum conceſſit ad illum: cauſati ſunt plures alios contraxiſſe è rupibus, & nemoribus, vt ſecum conuiuerent humaniùs, & politicè: petebant aliqua muniſcula; ferrum enim, & hamos magni faciunt. Totus ille Pater in lætitiam, & charitatem compoſitus, viſcera etiam daret. Dum largiter remunerabat, inuadunt benefactorem feliciſſima liberalitate, non ſolùm excellente gratiam, ſed deſperante. Solent maxima beneficia iniuriis dũtaxat referri. Eadẽ fortuna eſt maximæ charitatis odiis frequenter redemptæ. Vnus fortiſſimis lacertis Patrem complectitur. Iam Chriſti paſſionem imitari cœpit: Chriſtus oſculo traditus eſt, Ioannes amplexu; nec fidelior iſte, quàm illud. Dum Barbarus brachiis ſuis ligabat corpus, alter colligauit fune manus ſancti adoleſcentis: cæditur mox colaphis, cæditur etiam verbis, mille alapas in illum exonerarunt, mille contumelias expectorarunt; ſtultum, fatuum compellabant. Dignitatem in illis gehennæ; cæleſtem in Ioanne

ne ſapientiam ſuo titulo agnoſco. Stultitia gentibus eſtat titulus ſapientiæ honorificentiſſimus eſt, non videri pluribus; mens enim ad pauciſſimos contrahitur, & conſilium raro conſtat ſenſu. Mox alius raptans è pede Ioannem proſtrauit. Tum ille blandiſſime dixit: Filij, ſi hæc facitis ob ea munuſcula, quæ mecum habeo, accipite cunctæ mea omnia, & ego veſter ſum, imò mancipij inſtar vobis famulabor. Ad hæc mitiſſima Tyranni reddiderunt ſæuiſſima verba. Immedicabilis ira eſt, quam lenitas acerbat. Nolle referunt niſi exitium eius, dilaniandum omninò, quemadmodum alij duo Patres; eo ſublato, perrecturos ad occidendum Patrem Alfonſum Aragonium in proximam Reductionem dictam S. Nicolaï à noſtris, Piratini ab Indis. Martyr poſtulauit conferri, vt coram & conſortio eius mactaretur Chriſto; abnuerunt impij. Quid inhumanius, quàm in inhumanitate ipſa, cùm electionem mortis negarent? Quid crudelius, quàm vbi miſeris ipſa eripitur grata miſeria, nec arbitrium adhuc damni relinquitur? Phalaris grandius didicit ſæuire, quàm tauro, cùm multabat arbitrio etiam ſecuros vitæ. Rabie inſtincti Barbari tartarea, ſtatim excruciarunt liberalibus innocentem ſæuitiis. Non ſegniter innocentia pati ſolet: vt frontem ſuam fallat, largiter oportet affligi: præſumptionem facinoris celant iniqui immanitate, vt credatur potiùs patiens deliquiſſe, quàm ipſi. Humanius quoduis creditur, quàm inhumanitas. Primò

mò



mò ſagittis perforarunt: vndique hirſutus telis pulcherrimus Angelis videbatur. Similis ardor fidei ſimilem eximij IESV Militis Sebaſtiani patientiam impetrauit. Mox alio religatus collum, & medium corpus fune atrociſſimè pertrahitur, crebris interim maceratus ictibus. Fluxit præcipuè è vulnere ſagittæ ilia penetrantis riuus cruoris. Oportuit locum illum fœcundari, vt Chriſtianos germinaret. Iam germinant, iam florent, iam agnoſcitur cæli fauor, & riſus. Et ne inſolens alicuius Apoſtoli paſſio noſtro apoſtolico Martyri deeſſet, cutem eius abraſère ſaxa, & trunci; per ſalebroſiſſima prolatus, ſolùm penè nudus euertit tres leucæ quadrantes. Raptim expedierunt veſtibus per duo nemora, & arduos montes illatum, per duos torrentes immerſum. In crucis deinde effigiem decorum repetitis ictibus vexant. Honorem mortis Chriſti imitatio vitæ meruit. Poſt tot paſſiones reſtabat Martyri patientia, & ipſarum amor, cupido, guſtus; nec ſatiare ſua vota Barbari potuerunt. Vnus præualuit multis; nec innumeri illi tot iris armati ſuperare potuerunt vnius Ioannis manſuetudinem: corpori Tyrannis tradito animum ſuffurabatur, vt reſeruaret Deo. Potiùs potuerunt explodere ſpiritum è pectore, quàm Deum; potiùs eripere animum ex artubus, quàm ex Deo. Intimior illi Deus, quàm ſuo ipſe corpori. Suauiſſimis inter cruciatus colloquiis affabatur Chriſtum, gratificatus mortem, cruciatus, opprobria. Non onera damna

iſta

iſta corporis, ſed beneficia computanda ſunt; nec ſolùm patientia non repudianda, ſed gratulatione ſunt amplectenda. Virtutis decor conſtantiam in damnis flagitat, gloriæ expectatio lætitiam. Neſcio, quæ iniuria fidei ſit, pignore ſalutis non exultari. Latinam,& Hiſpanam orationem Indi non intelligebant, atque vt exhiberet ipſis patientiæ ſuæ authoramentum, charitatem Dei, & fidem Chriſti, vernicule ipſorum ſermone repetebat, *Tu pa re*, quod ſignificat, Fit propter amorem Dei. His verbis, hac conſtantia expectorabat mille plagis vitam, quadam auiditate plus patiendi pertinacem. Extrudit demum validum ſaxum fronti illiſum. Iam video, feliciſſime Ioannes, coronæ tuæ inaugurationem. O ſacrum caput adamantibus, & vnionibus redimiendum! ô dulce voti mei exẽplum? Quis mihi hæc narraret, cùm mecum colloquebaris, vt ſacrum tuum pectus millies complexarer, ſacrum venerarer caput, & repudiarem tuæ humilitatis excellentiam? Contremiſco ſuauiſsima hac memoria, cùm pro religioſæ vitæ officio exoſculabaris pedes meos, & tam humillimè declinabas frontem tuam ad plantas meas indigna labia mea agnoſco ſpecioſos tuos tetigiſſe pedes, qui euangelizaſti pacem; tu ſacro ore Chriſtum teſtaturo meos mulcebas: tunc me acriter prouocabas pudore; nunc dulciter inuidia punis, Miles Chriſti fortiſsime, qui ignauum, & degenerem commilitonem reliquiſti, & ad triumphum maturaſti; meam ſemper inertiam

ſuffun



ſuffundens, ob humilitatem pridem tuam, nunc ob gloriam. At pudor non obſtabit, vt venerabundus tuum caſtiſſimum exoſculatus cadauer, fraternitatis iure, & charitatis noſtræ priuilegio glorier cũ D. Ambroſio in Satyri fratris morte: *In iſto corpore, quod nunc exanime iacet, præſtantior vitæ meæ functio, quia in hoc quoque, quod gero, corpore, vberior tui portio. Atque vtinam vt memoriæ, vt gratiæ, ita etiam vitæ tuæ hoc, quidquid eſt, quod ſpiramus, ſpirare poſſemus, dimidiúmque meorum decideret temporum, quod ad tuorum proficeret vſum.* Cæterùm, extincto Martyri ſuperſtes furor ictus continuauit: mox recluſis euiſcerarunt Barbari præcordiis illum, qui viſcera charitatis parentis habebat, & exhibita cunctis. Traditur tandem igni. Theatrum vitæ mors edidit. Continuò ardens, continuò effuſus in omnes, non ſolùm vulneratus, ſed velut euiſceratus charitate vixit. Omnem tyrannidem, etiam naturæ, oportuit periclitari, vt ſatisfieret ſuis votis, vt non tantùm per aquam, ſed per ignem ad æternam quietem, cum totius patientiæ commendatione pergeret. Eadem hebdomadæ die, eadem diei hora, qua Chriſtus ſpiritum in manus Patris, commendauit ſuum in amplexu Chriſti. Imagine IESV patientis amor eius digniſſimus fuit; tempus vitæ idem quod Chriſtò, trigeſimus tertius annus.

Felicitas huius Martyris multis inuidenda eſt nominibus. Primò, prolixitate cruciatuum. Non diminuti animi laciniosa illa patientia fuit, &



vltra

vitta fata affluens, & diues. Minimus ætate erat
Ioannes,& Tyro Chriſti:quare,vt exæquaret ve-
teranos illos,& ſenes Patres,oportebat grandio-
ri ſæuitia redimere annos, & merita denſare pa-
tientia,quæ panegyris quędam,& nundinatio eſt
virtutum. Laurentio quoque reſeruata eſt maxi-
ma patientiæ portio, ne minor eſſet adoleſcens
ſancto ſene Sixto. Ad hæc, gloriam maioris
ignominiæ nactus Ioannes; non fuit pluribus
percuſus ictibus,quàm contumeliis. Tum à prin-
cipe hoſte tortus,falſo illo Numine Nñezu,præ-
cipuo Chriſti oſore. Authoramentum quoddam
gloriæ eſt ardentior æmulus. Sublato Martyre,
ad contemptionem ſuæ fidei induit ſe Tyrannus
planeta,& ſacris aliis veſtibus; contriuit cruces,
incendit Eccleſiam; contulit omnem ſacram ſu-
pellectilem, vt diabolicis attaminaret ritibus,
imitatione perfidi Balthaſaris. Ad ignominiam
Baptiſmi,& noſtri Martyris, qui illum miniſtra-
bat, iuſſit cinctos ſacra aqua acciri; multos illos
cæremonia irridens exauthorauit:calido lauabat
capita humore, vt ſanctum Chriſma elueret:
abradebat linguam luto aſpero, & concha, ſalis
benedicti guſtū,ſic ille dicebat, extincturus. His
exauthoratos ritibus fœda lotione reſecrabat
ſibi, pro more Dæmonis, non ſine æmulatione
noſtrorum myſteriorum,ſed cum contrarietate:
baptizabat,ſed pedes,non capita,turpiſſima aqua
viſus. Clandeſtino artificio è cruribus manabat,
forte ſtringendo vtriculum, aut cucurbitam la-
tentem,è ſuo corpore dicebat fluxiſſe: hoc ob-
ſcœno



ſcœno humore tingebat,ita gloriatus:Nónne vo-
bis videor Diuinitate digniſſimus, cùm miro
vos baptizem ritu?Omnia hæc exornarunt coro-
nam noſtri Martyris,cuius vitam non minor ap-
paratus mortis decebat. Præſumptio quædam
mortis vita eſt. Vita omnium virtutum pompa
exornatiſſima mortem exigebat omnium cru-
ciatuum, & ignominiarum honore auguſtum.
Ingenitus ille Ioannis pudor, & decor oris cum
tot improperiis committi debuit: nec enim va-
lidus æmulus cum infirmo componendus eſt.
Irrideri,nudari debuit verecundus,& caſtiſſimus
Pater: aliquando ab Ægyptia inuaſus, velut Io-
ſeph,relicto pallio, fugax ſe victor eripuit. Can-
dorem hunc albiſſimorum morum rubor pa-
tientiæ debuit purpurare. Guſtus ille laborum,
tantæ patientiæ erudiebatur. Noui illum,cùm in
tyrocinio eramus, ſunarium pro religioſi im-
perij ſorte,atque in æſtate,ardore cæli, & ignis
vicini anhelum,ſudore,laboréque defectum,no-
uis teuireſcere ſponte ſua pœnis, perpetua ſibi
ſuæ cupiditatis iteratione infenſum. In rigidiſ-
ſimis hyemis noctibus ſeminabat per pauimen-
ta veſtes, procul illas amandans: mane conſur-
gens quæritabat nudus, aſſuetus rigori. In-
genium illud amoris, quem pictum in facie
exprimebat, tot odiis dignum erat. Quem-
admodum affabilis ſui oris flos, & fidiſſimus
interpres cordis, vultus, contrahebat ad ſe
omnes optimos; ſic verberabat peſſimos.
Amorem non tantùm magnes ſimulat, quòd



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

trahat; ſed quòd auertat: vna parte ſollicitat ferrum, altera faſtidit, cùm diſcordibus componuntur angulis: ſic amor ſimiles coniugat, idem & diuerſos arcet. Sed affabilitas Ioannis, conſortio beneficentiæ potentiſſima, aduertebat etiam auerſos. Tanta aliquando maieſtas morum eſt, vt conciliet etiam iniquos, quos cædit: ſed ad periculum patientiæ ſuæ damnis illuſtrandæ neceſſe fuit obcæcari æmulos. At humilitas ſua maximo honori dicata per omnem deſpicientiam ad illum prouehenda erat; nihil de ſe magnum cogitabat: ſed magna. Quod noluit videri, volebat facere; & fecit magna, dum humilia; dum fecit, dum tulit. Omnia viliora inter noſtros munera ambiebat: hoc maius, quòd honoratioribus dignior. Cupidus humilioribus occupari, plures annos pueros docuit: ab hac humilitate ad laborem reuectus, ad prædicandum inter Barbaros, & inter mortes Euangelium vitæ. Sanctus Pater puer ſibi, inter pueros viſus, multis antelatus eſt viris: & merito prudentiæ & fidei præficitur Reductioni nouæ multis difficillimæ periculis: maior ætate ſua Prouinciæ: ſed compenſabat grande æuum virtus mentis, & integritas morum: viuidæ hinc virtutes frondeſcebant, quarum humilitas radix eſt: latet ipſa, cætera velut ramos alit, & fœcundat. Multis pariter laboribus adornarat ſe ad labores, perinde ad glorias; à magnis ad maiores. Nec humilitas gratis ſemper eſt, nec ſuo caret pretio laboris. Quemadmodum gloriæ iter patientia eſt, eſt & abſti-



nentia gloriæ. Collegæ libentiſſimè ſunt diſſimulatio, & modeſtia. Non leue fuit, quòd acerbæ Barbarorum dialecto triennio dediſſet pertinacem operam. Doctus illam in omnium corda Chriſtum inſinuabat publicis concionibus, priuatis ſermonibus. Ab illo labore, ab illa humilitate impetratus poſteà maximæ ſuæ patientiæ honos. Iam commemorata humilitate, quæ virtutum coagulum, & veluti complexus eſt, nil ampliùs enarrare erat opus. Cæterùm, poſtulatio exilij ſui, non à patria modò, ſed à mundo noſtro; non ambitu honorum, & diuitiarum, ſed auiditate laborum, quorum ſemper candidatus fuit atque paupertatis, & contemptionis; magnum aliquid præſumebat, & diuinare videbatur. Aliquando, ſi egregia, ſi conſtantia vota, vaticinia ſunt. Nam, quemadmodum indoles; ſic gratiæ ſpiritus per cupiditates auguratur. Multa & importuna prece ſupplex ſuæ patientiæ fuit, donec obtinuit ablegari in difficillimam, & acerbiorem noui Orbis Prouinciam Paraguay, quam propter opportunitatem martyrij, & neceſſitatem patiendi importunis non flagitabat modò, ſed extorquebat votis. Teſtis ſum lætitiæ, qua reliquit parentes flentes, notos dolentes, ſpe tantùm dolendi pro IESV. Admirabar ego, & inuidebam illi, cùm vltimis brachiorum nexibus colligabamus, & vrgebamus nos, vt diſtingueremur nunquam ampliùs viſuri: perculit cor meum, & neſcio quid venerandum in illo concepi, quaſi ſuæ fortunam præſagiens paſſio-

nis. Hac præſumptione hactenus vixi, iam vidi, iam gratulor illi, gratulor mihi. O me felicem, qui tantæ virtutis teſtis olim fui; qui tantæ patientiæ nunc narrator; qui tanti Martyris ſocius; qui quondam tanti amici Dei amicus! Nunc ſupplicem me accepiet, quem accepto Patronum; cuius ſpero amplexus, & oſcula pacis; quem precor cum S. Ambroſio: *Præcede ad illam communem omnibus & debitam, ſed iam mihi præ cæteris deſiderabilem domum. Para hoſpiti conſortium: & quemadmodum hic omnia nobis fuêre communia, ita illic quoque ius diuiduum neſciamus. Ne, quæſo, cupientem tui diu deſeras, properantem expecta, feſtinantem adiuua; & ſi diutiùs morari tibi videor, accerſi.*

Poſt paſſionem S. Martyris Ioannis, ea ipſa nocte, ne refrigeraretur furor cunctatione, conſulto priùs Dæmone, iuſſit Nñezu ſuos producere ſeditionem, omnes Chriſti miniſtros tollere: haud contentos præſenti facinore, procedere in vicinam Reductionem S. Nicolaï, ſiue Piratini, vt ſubito adorirentur incurſu P. Alfonſum Aragonium; amandare procul metum; ſe tenebris implicaturum Solem aduerſus contrarios, ſi qui ad vindictam, aut defenſionem auderent, vt incolumes, extinctis Patribus, recederent. Huius ſpe promiſſi Barbari incenſi altera die propero penetrarunt curſu nouem milliaria. Furor illos extimulabat. Non homines, rabidæ videbantur tigrides. Repentè adoriuntur oppidum. Vix admoneri potuit à puerulo Alfonſus, vt ſe ſurripere



ret diſcrimini. Ne fides ſuorum periclitaretur, rogatur ſua fuga liberare omnes; ne auiditas patiendi pro Chriſto, ipſum Chriſtum multi perderent. Irriti Tyranni præda optata, omnem inſaniam, & bilem in Eccleſiam reſundunt. Tentant illam diruere incendio; tectum omne è paleis: iactant tædas ardentes, congerunt inflammata ligna. Ingens miraculum! diſtabebantur per paleas, non aliter quàm per niuem, cùm aridiſſimæ eſſent, & æſtu Solis ſub meridiem idoneæ inflammationi, & in æſtate media, quam iis plagis ſortitur Nouember. Neque vnica conflagrauit ſtipula. Inſolentia miraculi non placauit malignitate cæcos: alienis potiùs ſe peſſimi interpretamentis irritant: vt ſunt, ſic iudicant; immedicabiles ſæpe, cùm fomentis exaſperentur. Exornati erant chartis codicum & librorum benedicti Martyris, quibus ſe pro criſtis compserant: tollunt illas, incenſas applicant paleis. Mirum dictu! illæſi calami perſeuerant, & intaminati igni: illa ipſa omnipotens Dei manus, quæ vim flammæ interdixit tribus innocẽtibus pueris; nunc quoque continuit auidi naturam ignis, vt abſtineret ſtipulis. Interim conſpirant (nam viri ruſticatum abierant) nonnulli pueri eius oppidi à decimo vſque ad decimum octauum annum, arcubus, & ſagittis inſtructi, pro cauſa Dei, & defendendo P. Aragonio, ac ſocio ſuo prodituri vitas: arctiùs enim ſpirituales amplectebantur Patres, quàm naturæ. Placuit Deo pia temeritas: ſeditioſos inuadunt: trucidant è veſtigio vnum:

c 4 admo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

admonentur ab impiis, non aduersùs illos, ſed aduersùs Patres duntaxat illuc conceſſiſſe. Acerbantur plùs, occidunt decem & ſex, plurimos vulnerant, omnes fugant. E pueris nullus concidit.

Poſt triduum alter Tyrannus Garupes, qui in Patres, Rochum, & Alfonſum Rodericum, ſæuierat, trecentorum hominum inſtructus acie, (inquieta, & timida perfidia eſt; nec ſui ſecura,) in aliud proceſſit oppidum, ſeu Reductionem, quam vocant Candelariæ, vt tantumdem animaduerteret in P. Petrum Romerum. Nihil excipitur odio. Conſpecti hoſtes ſtatim publicantur; aberant etiam viri: octo tamen, aut decem pueri cum ſene duce obiecti, vltrò continuerunt nonnihil turbam. Impij vociferabantur, non eorum inuidia, ſed odio ſuæ Auæ, (ſic Patrem contemptionis cauſa compellabant,) veniſſe; illius ſolùm fata negotiaturos. Adoleſcentes tela ſtrenuè denſabant feruidiores pro Chriſto ſuo. P. Romerus partim voluptate quadam moriendi pro IESV arreptus, partim perfidentia, & ſpe diuina, eques prodiit ad excipiendos Tyrannos. Mirabile euentu! vt primùm conſpectus Pater, omnis è veſtigio conſtitit exercitus, ac ſi maximæ aggreſſæ copiæ fugiendi deliberationem compellerent. Puberes hinc audaciores vrgebant plus hoſtes: confluebant iam municipes Reductionis: ſic breui arcuerant turpi infideles fuga, niſi qui ceciderunt; ex pueris tamen, & iis, qui pro Patre erant, nullus interfectus. O magnum facinus

gratiæ!



gratiæ! armaſſe recentes, & penè infantes, ſuos alumnos aduersùs cognatos, aduersùs amicos, & pro extraneo homine! Tot miraculis inaugurabat Deus fidem IESV, quam primùm humilitate, deinde potentia ſuæ manus illuſtrauit, ne infirmitati oppreſſio Patrum verteretur, ſed myſterio virtutis, & prouidentiæ. Deuotio oppidanorum Candelariæ non ſe conſtrinxit defenſioni ſui Patris viui: extra ſuos effuſa fines, mortuos exquiſiuit; etiam cum pretio vitæ. Conſpirarunt ad hoc centum probatæ fidei Indi, quibus tam liberali ope aſſiſtit cælum, vt indemnes ſancta reportarent cadauera. Excepit illa deuotiſſimè plebs. Lacrymæ, fletus, clamores diſſimulabant ſanctum pectoris gaudium; ſpecie tamen miſeranda, ac ſi cuiuſque parentum complod erentur fata.

Reſtat demonſtratio ſpiritus prophetici, qui è præcordiis ſancti Patris Rochi loquax ſupplicium Tyrannis promiſit. Prouecta facinoris fama ad Reductionem Conceptionis, Caziquus quidam Chriſtianus ardentiſſimi zeli, & excellentis indolis, Nicolaüs Neengirus vocabatur, vt vinceret opinionem, quam Nnezu conſtruxerat, omnes Caziquos conſpiraſſe in ſuos Patres, legit ducentos milites, pollicitus nunquam domum reuiſurum, nunquam filios, nunquam vxorem, niſi vlta ſanctorum Virorum tyrannide. Acceſſere plures, ampliata acie, vſque ad ſeptingentos: quærit hoſtes: inuenit: primus inuadit. Acerbo confligitur prælio: cadunt centum ex

impiis, totidem comprehenduntur: cæterorum ſpolia capit Nicolaus: tres dumtaxat deſiderant è ſuis ad pignus patientiæ trium Martyrum. Aliunde quoque adornata Tyrannis vltio: nam Franciſcani Patres è ſuis Reductionibus (tres habent) ſollicitabãt auxiliares. Magno charitatis ardore, & placida concordia ſancti hi Viri cum noſtris laborant in illo Euangelij nouali. Vbertas meſſis, & ingens laborum eius Prouinciæ vis noſtro illos prouocarunt ſubſidio. Miles quoque Hiſpanus, Manuël Cabral nomine, propriis impenſis conduxit Europæos aliquos; accreuit illi magna Indorum fidelium manus, non concurrebant, ſed conuolabant, vt pro cauſa recentis fidei iam periclitantis mille animas funderent: ſic potuit numeroſa Cabral acie iniquos inſequi. Cum inuenit, in duas diſtincti hoſtes turmas fortiſſimè muniuntur: inuaſit Cabral vnam, occidit plurimos, comprehendit occiſores Patris Rochi Gonzales, & Alfonſi Roderici, incolumi ſua manu: nullus deſideratus fuit. Alteram ſeditioſorum aciem aſtu cepit Caziquus Nicolaüs, tempeſtiuo nactus aduentu multos ex homicidis Patris Ioannis del Caſtillo. Iuſſit Cabral animaduertere ſuſpendio in reos, mox ſagittis confodi. Merita ſanctorum Martyrum impetrarunt omnibus, vno dempto, ſalutem. Reuocata (placata iam ira, quæ parentheſis quædam mentis eſt) memoria vitæ Sanctorum, patientiæ ſuæ in morte, prodigiorum poſt mortem, exprompſit veritatem noſtræ fidei: ſic noſtra myſteria docti,

&



& abluti Baptiſmo IESV, ſupplicio addicuntur. Garupes Tyrannus, Princeps facinoris, idem fuit & pœnitentiæ. Elapſus tamen Ññezu cum paucis ignobilioribus reis, opportunior fuit ſaluti multorum: natio enim Nanaiguararum merito fidelitatis, & demonſtratione voti ſui impetrant priùs ad ſe mitti Prædicatores: polliciti ſunt perquirere Tyrannum, & reliquos ſontes, qui fuga eripuerunt ſe ſupplicio, imò ſaluti, & vinctos ad Hiſpanum arbitrum mitti pro facinoris dignitate plectendos: arrhas fidelitatis dederunt, miſſis iam nonnullis, miſſuri breui ipſum Ññezu. Ex captis quoque duo ex præcipuis emiſſi conciliant cæteros, promiſſa venia ad Euangelium audiendum. Vanitatem ſuorum Caziquorum agnoſcũt, atque impoſturas fictitij Numinis Ññezu, cùm contra ſpem omnia accidiſſent, & contra promiſſa. Multi capti ex deceptis cædebant veteratores. Vbi, dicebant, Sol ferali contabuit caligine? vbi efferocientes tigrides? vbi potentia veſtra? Nec vos, nec nos his malis eripere valuiſtis. Sic fauſtè res fidei agitur, ſic ſubtiliter. Hæc diuina prouidentiæ aſtutia, ex malis fœcundare bona. Quemadmodum agricola ex ſtercore, quod ſine vſu ſibi domi eſt, & impedimento potiùs, nouit agros præparare ad vbertatem meſſis: ſic Deus ſapientiſſima parcimonia non negligit abſque vſu commiſſa mala; ſed ex ipſis negotiatur fertilitatem bonorum, & quandoque ex ſceleribus ſubtiliſſimè fabricat ſalutem. Cæterùm, & hic mundi angulus publicatus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

catus eſt, & inſignitus rubrica, vt euocet ad ſe plures zelatores Dei, ne penuria prædicationis tot animas emptas Iesv Chriſti Sanguine defraudet. Tanta meſſis eſt, vt diceret P. Rochus vniuerſis Sacerdotibus Hiſpaniæ, daturum ſe ſatis negotij, ſi diſtribueret per illas gentes.

Quanta porrò gloria Societatis eſt, vtroque mundum complexam latere, conſpiſſe extrema Orbis ſuorū Martyrum purpura! Rubet Oriens, rubet Occidens Martyribus noſtris. Iapon tingitur noſtrorum cruore: & ne peccaret elegantia mundi, altero nunc latere Vrugaï pingitur.

Fideles ciuitatis Aſſumptionis, quam coloniam ibi proximam habent Hiſpani, gloriam Martyrum agnouerunt, venerabundi celebrarunt, ſolennes inſtituerunt gratiarum actiones. Prior Eccleſia Cathedralis lætitiam ſignificauit feſtiuo campanarum pulſu, reliquæ ſecutæ. Miſſam Trinitatis cantauit Canonicus: concionatus eſt Rector noſtri Collegij: adfuerunt Clerus, Patritiorum ordo, & omnes Religioſi cœtus: ſic inaugurata eſt gloria iſtorum Martyrum; ab omni Eccleſia, ab omnibus concelebranda. Quorum patientiæ fama & decor virtutis narratæ infideles contrahunt iam ad fidem, fideles ad gloriam impetratio eleuabit, exemplum excitabit excellentis vitæ, excellentis mortis.

R. P.

# *R.P. PROVINCIALIS Societatis IESV in Prouincia Toletana, Facultas.*

EGO FRANCISCVS AGVADO, Societatis IESV, in Prouincia Toletana Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad hoc mihi data à Reuerendo admodum Patre noſtro, MVTIO VITELLESCHO, eiuſdem Societatis Generali Præpoſito, facultatem concedo, vt *Hiſtoriam panegyricam de tribus Martyribus Societatis* IESV, *in Vrugaï pro fide occiſis, à Patre* IOANNE EVSEBIO NIEREMBERGIO, *Societatis noſtræ,* compoſitam, quæ grauium Theologorum eiuſdem Societatis iudicio examinata, & approbata eſt, typis euulgetur, in cuius rei fidem has Litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Matriti die 26. Iunij, anno 1630.

FRANCISCVS AGVADO.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Jose Rafael Martinez

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# INDEX
## RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM.

A

Abel inuentor patientiæ. fol.135
Abrahamus victor contra infideles. 149
Abrahami ſacrificium. 98. & ſeq.
Abſtinentia. 244
Abſtinentia cupiditatis, nutrix patientiæ. 121
Actiones honeſtæ ad lætitiam. 164
Adam repertor laborum. 115
Adulatio qualis ſit. 106
Ædeſius mercaturæ cauſâ miſſus in Græciam, Philoſophiæ operam dedit. 148
Ægritudo, vide *Triſtitia.*
Ægyptiorum Deus. 32
Aerij genitrix. 472
Æſtimatio rerum ab exiſtimatione, iniqua. 218. & ſeqq.
Affectionum inſtitutio. 508
Affectuum vſus. 293
Afranius. 68
Agatha. 43
Ageſilaus rex. 353
Alexander, 54
timore flammæ exanimatur. 279
Alexandri annulus. 58
Alexius opprobrijs hilaris. 27
Alfonſi Neapolitani regis carbonariorum inter venandum offendentis hiſtoria. 378
Aman. 82
Amandus quis. 329. & 332
Amans ſeipſum negligit. 327
Amans amens, ſed prudenter. 364
Amantis mors pretioſa & felix. 323
Amantes vitæ prodigi. 361
Amantium præſtas quis. 352
Ambientium ſeruitus. 525
Ambitio. 58. & 183

Ambitionis immortale vitium. 528
Amentia. 441
Amentia, de amante. 564
Ammonius. 43
Amor. 298
Amor immutabilium, & mutabilium. 91
Amor & tyrannus differunt. 526
Amor amati, amantis redemptio. 329
Amor dilecti, libertatis chirographum. ibid.
Amor ſui, auctoramentũ quoddam ſeruitutis. ibid.
Amor Dei. 332
Amor Dei, veritatis ſpiritus. 162
Amor Dei, amorum pater, ex Hierotheo. 351
Amor omnibus æquiualet. 345
Amor conglobatus, Hierotheo. 352
Amor inuincibilis. 360
Amor omnium voluptatum fortiſſimus. 361
Amor Philoſophus dictus à Diotima. 362
Amor ſophiſta, Platoni. ibid.
Amor teſtamentum amantis. 374
Amor magus. 376
Amor echo. 383
Amor à cupiditate differt. 386
Amor, lætitiæ pater, & ſummæ, puriſſimæque voluptatis cuſtos, & arbiter. 387
Amoris, pacisque exemplum Paulus Apoſt. 39
Amoris ingenium & conditio. 313
natura. 322
Amoris cum morte comparatio, ibid.
Amoris vſura mortem ſuperat. 325
Amoris indoles. 335
Amoris humani zelus. 336. & ſeq.
Amoris diuini zelus. ibid.
Amoris cruciatus. 337. & ſeqq.
vis vnifica. 348. & ſeqq.
Amoris indoles collata cum lege naturæ. 349. & ſeq.
Amoris mores. 358
ſagittæ iuſtiſſimæ. 359
pretium. 361
temperantia. ibid.
verba. 375
Amoris ſeruitutum conditio. 378
Amoris tela, beneficia. 381
Amoris legitimi ars. 383
Amoris dotes quæ, ſecundum Agathonem. 385
Anaxagoras. 370
Anaxarchi pila. 26
Andrœcidas miles. 242
Animatum conſideratio. 541. & ſeqq.
Animas eſſe mortales rebantur Stoici. 485
Animus. 188
ſibi ſufficit. 1. & 41
protegit omnia. 9
omnia habet ſua, &c. 43
Animi perſona, frons eſt. 108
Animi vis. 508
Annales Alexandri. 38
Gygis. ibid.
Annibal. 508.
Annibalis hiſtoria. 216
Antigonus. 43
Antiochus. 47
Antiochi error. 485
Antipater Cyrenaïcus. 42
Antiſthenes. 69
Apicius helluo. 75
Apiculæ vtilitas. 196
Apis Deus Ægyptiorum. 31
Apprehenſio, vide *Opinio*.
Aqua gratiſſimè decedit ſede ſua, & ſidet. 450
Aræ Buſiridis. 156
Arbor Malacenſis. 557
Archimedes Geometra. 201
Archytas. 514
Ariſtippus. 38
aurum in mare abjicit. 98
Ariſtoteles reprehenditur. 4
Arneas. 12
Arſenio mundana amicitia oſtenſa. 526
Artemon infelix ex inanium periculorum formidine. 279
Artemonis crudeliſſima, periculoſiſſimaque prouidentia. 450
Aſdrubal. 49
Aſdrubalis ſeruus homicida. 381
Aſſuefactio, vide *Conſuetudo*.
Aſſyria gloria ſpiritum inter pocula emiſit. 509
Aſtidamas, vnus omnium conuiuarum vicarius. 76
Aſylum. 158
Athaliæ hiſtoria. 186
Attalus rex. 67
Auarus. 497
Auarus prodigus. 324
Auaritia. 58. & 189
Auaritia fortunam ſuperat. 55
Auaritia diuitis. 271. & ſeq.
Auaritiæ inuentum, poſt omnia poſſe optare aliquid. 55
Auaritiæ non fouet prodigalitas. 513
Auaritiæ & ambitionis monſtra. 516.
Audacia. 188. & 199
Audentius. 69
Auiditas. 528
Aulæ ars. 195
Automedon, nihil debere, ſupremum fortunæ gradum poſuit. 42
Aurum in mare abjectum ab Ariſtippo. 98
Auri damnum. 495


B


BABYLON per gulam prodita. 309
Barbarus quidam Arabiæ ſemper hilaris. 78
Barbari Guaycuri. 395
Barlaam ruſticus. 42
Barnabas Anachoreta. 45
Beatitudo quid. 492
Bellum mortis pictor. 415
Beneficia, tela amoris. 381
Beneuolentiæ lingua, de manu. 375
Bonitas commendatur. 365. & 371. & ſeqq.
Bonitas diuina. 366
Bonitas ſe communicandi auida. 374
Bonitas res pacifica, & ſocialis. 512
Bonum omne, refuga. 81
Bonum continuandum. 196
Bonum idem quod integrum. 467
Boni ſumma vtilitas. 466
Bonorum & malorum differentia. 464. & ſeqq.
Bonorum ignominia. 476
Bonorum genera ex Sexto. 482
Bos Phalaris. 156
Brachium dextrum, amorem di-


d 2 uinum

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

vinum, lænum, terrenum, Platonicum. 361
Buſtridis aræ. 156

C

CÆDITIVS. 156
Cæſaris & Pompeij inuidia. 302
Cæſaris apud Alexandriam hiſtoria. 413
Canis faber in Apologis Locmani. 195
Caput ſolum inter humanos artus natura protexit. 9
Carcer Sylla. 156
in Caſibus alienis diſſimulanda conſtantia. 101
Cato. 138.
Cautes Scironis. 156
Cautio. Prius eſt tibi cauiſſe, quam aliis. 104.
Cenſura Cæſilij. ibid.
Cenſura vulgi contemnenda. 526
Cerebrum ſolum, capitque inter humanos artus natura induit, & cur. 9
Ceruí pernicitas. 21
Character prudentis. 182
Chariberti regis laus. 58
Charitas parentum. 334
Charitas, veritatis ſpiritus. 362
Charitas Philoſophorum. ibid.
Charitatis vis. 332
Vide *Amor*.
Cicadæ otium. 193
Cicuta Socratis. 16
Cicuta Æſculapio ſacra. 540
Cimbri. 187.
Cincinnatus honorem annuum voluit, continuum noluit. 68
Clidemus. 562
Clodius. 75
Cogitationes paralyticæ apud Alchuinum quæ. 262
Cognitionum regula. 286
Collimatio vitæ, de deſiderio. 417
Comparatio temporum. 252
Comparationis diſparium commodum. 247
Comparationum vſus, & exempla. 2.. & ſeq.
Conatus & impetus ad bonum. 127
Conradi abſtinentia. 27
Conſcientia pro ſupplicio parricidij apud Pelaſios. 156
Conſcientiæ vis. ibid.
Conſtantia in caſibus alienis diſſimulanda eſt. 101
Conſtantia, fructus innocentiæ. 161. Vide *Patientia*.
Conſuetudo & aſſuefactio. 101.
Conſuetudinis vis. 309. & ſeqq.
Contemptio humilem, & ſuperbum facit. 514
Contentioſi vt mitigandi ſint. 280
Contentus nemo miſer eſt. 67
Contingentia. 248
Contractus Glauci & Diomedis. 328
Coquus Ducis Mediolanenſis. 321
Cor Democriti. 108
Cordis humani duplex quies. 63
Corruptionem ſequitur interitus. 311
Crudelitas Diomedæa. 85
Crux. 518
Cuniculi latebræ. 22
Culpa pœnæ conterminа. 138
Cupiditas. 298 & 406
Cupiditas gloriæ Macedonicæ. 308







Cupiditas & amor differunt. 386
Cupiditas gloriæ. 527
Cupiditatis cum annulo Gygis comparatio. 59
Cupiditatis immenſus terminus. 66
Cupiditatis malum. 179
Cupiditatis cum volucribus quibuſdam Indiæ comparatio. 420
comparatio cum numeris. 55
Vide *Deſiderium*.
Cupido Paridis. 308
Cyrus. 12
eius memoria. 557

D

DAMNVM turpi lucro præferendum. 163
Daramis Martia felicitas. 192
Deciorum ferrum. 26
Delitiæ, vide *Voluptas*.
Democritus. 108
Deſiderium quid. 417
Deſiderij vſus. 416. & ſeqq.
Deſideria animam extrudunt è corde. 412
Deſidia ſapientis. 174
Deus Ægyptiorum quis. 31
Deus ſibi ſufficit, ſed non ſuperest. 41
Deum redamandi cauſa. 384. & ſeq.
Dij Ethnicorum. 207
Diagoras. 562
Didymi hiſtoria. 10
Dies mortis, quam natiuitatis eſt melior. 547
Dignitate dignus quis. 48
Dilectio, vide *Amor*.
Diligentia de bono. 193
Diligentiæ omnia ſunt mancipia, ex Antiphane. 154
Diogenes. 54
Diomedes. 328
Diomedis equi. 156
Diomedæa crudelitas. 85
Dionyſius. 393
Diſciplinæ caput, ſilentium. 208
Diſſimulare licitum. 101
Diuerſorium Fannii. 156
Diues quis, ex Euſebio. 117
Diuitiæ auaritia. 173. & ſeq.
Diuitiæ. 25
non arca, ſed corde metiendæ ſunt. 89
Diuitiæ pauperis quæ. 562
Diuitiarum idea, paupertas. 16
Diuitiarum & inopis collatio. 491
Diuitiarum inſufficientia. 494
opprobrium. 495
Diuina bonitas. 366
Diuinorum cognitio intellectum maxime perficit. 286
Dolor. 307. & 517
Dolor, & tormentum. 16
Dotes amoris quæ. 388

E

ECHO, de amore. 383
Egenus & pauper differunt. 497
Egeſtas. 7
Elegantia nuditatis. 395
Elementa ſe inuicem diligunt. 450
Emanus. 27
aquâ falsâ vſus eſt. ibid.
Endymion. 372
Epictetus fortunam prouocat. 39. & 42
Epicurus. 44. 512. & 521
Equi Diomedis. 156
Error gloriæ. 530. & ſeq.
honoris. 532




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

Ethnicorum Dij. 107
Exemplorum commemorationis vſus. 253
Exilium æternum Genucius regno anteposuit. 56
Exitus ante omnia conſiderandus eſt. 251
Exſpectatio malorum. 174. & ſeqq.
Exultatio occidit Diagoram. 562.

F

FACIES rerum labentium circulus dicitur ab Elia Cretenſi. 94
Factitia propria manu laudantur. 36
Fauna edentula. 110
Fauni diuerſorium. 156
Fauuus, ſyluarum, & montium ciuis. 10
Federici Imp. importuno petitori facetum reſponſum. 76
Felix quis. 72
Felicitas. ibid. & 188.
Felicitas optima quæ. 16
Felicitas laruata. 110
Felicitas Datamis. 194
Felicitatis ars omnium difficillima. 182
Ferrum Deciorum. 26
Ferula literaria Getæ. 75
ex Filio Dei inſtructa patientia. 137
Finis. 250
caput eſt. 251
Vide *Exitus*.
Fletus proborum, riſus animæ. 105.
Formarum diſſidium. 468
Formicæ ſolertia. 195
Formido. 279
Fortuna. 2
quo nomine ſit iniqua. 3
quo impia. ibid.
Fortuna humana. 4
prouocatur ab Epicteto. 39.42
Fortuna cæca. 119
lubrica. 146.
triplex. 223
Fortunæ indulgentis ordo. 2
Fortunæ meretricium ingenium. 5
Fortunæ neceſſitas, magnum infortunium. 57
Fortunæ cum pupillo comparatio. 83
Fortunæ rota. 93
mediocritas laudata. 94
Fortunæ nomen Chriſtiano reijciendum, & diuina oſculanda manus. 119
Fortunā opus ſummo operi. 206
Fortunatus quis. 89
Franciſcus Lupius. 69
pallium in partes pauperibus diuidit. 70
Fraus, de perſona animi. 208
Frons Heracliti. ibid.
Fugæ inuentor quis. 138
Furor, otij portiuncula. 436
Furoris ars & dementia. 440. & ſeqq.

G

GAVDIVM. 25
eius patria. ibid.
ſedes. 50
Gaudium factitium. 48
Gaudium Iacobi Patriarchæ ex nuntio viuentis Ioſeph. 57
Gaudium in quo ſit. 62
quid ſit. ibid.
eius opificium. 63
differt à lætitia. 189
Gaudij patria. 25. & ſeqq.
ſedes, animus. 50
Gaudiorum comes vndique dolor eſt. 512
Vide *Lætitia*.
Gelimeres, Vandalorum rex. 50
Gemmæ. 212
Genitrix Aërij. 471
Genucius æternum exilium regno anteposuit. 56
Getæ literaria ferula. 75
Gigantes à nocte in manè natos, adultos, viros, Deorum inimicos, vulgus iactat. 439
Gladius Alexandri illudit nodum Gordij. 330
Glaucus. 328
Gloria, res ruinoſa. 110
Gloria mortalium mortuis mortalior. ibid.
Gloriæ Macedonicæ cupiditas. 308
Gloriæ humanæ futilitas. 522
cauſas ſui iuris habet. 54
Gloriæ cupiditas. 527
periculum. 528
error. 530. & ſeq.
Gonia rupes. 27
Gordianus purpuram niſi coactus accipere noluit. 56
ſecundum rerum malum putauit imperium. ibid.
ſecundam poſt mortem, ſecundam fortunam duxit. ibid.
inter purpuram & necem dubius fuit. ibid.
Gordij nodus. 330
Græci. 187
Granum vuæ Anacreontis expectorauit animam. 561
Gratia Dei hominibus officioſiſſima, & velut in eorum iurata obſequium, ex Hildeberto. 167
Gulæ crimen. 514
Guſtus. 394
Gygis annulus. 58. & ſeq.

H

HABIS, Hiſpaniarum rex. 12
Habraham, vide *Abraam*.
Hannibal, vide *Annibal*.
Heraclitus. 108
Herodes Sophiſta. 113
Hierocles Philoſophus. 60
Hilaris barbarus quidam Arabiæ. 78
Hippias Sophiſta nobilis. 11
eius laus. 12
Homo nec fortuna, nec maiori arte naturæ indiget. 1
quomodo ſibi ſufficiat. 41
ex conoribus compoſitus. 44
rudis naſcitur ad omnia, niſi ad lacrymas. 124
cui beatitudini vnicè deſtinatus naſcatur ad labores. 125. & 275
Hominis præſtantia, & valor. 7. & 77.
conſideratio. 374
Hominem ex duobus carnificibus compactum, Charidemi dictum. 475
Honos. 524
Honos alieniſſimus, & nos alienat. 37
Honos virtutis appendix eſt. 532
Charidemum occidit. 562
Honoris error. 531
via. 532
Vide *Gloria*.
Honoratus. 47



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hominum conditio ferarum miſerabilior. 22
Humilitatis laus. 508

*I*

IACOBI Patriarchæ gaudium ex nuntio viuentis Ioſeph. 37
Ignis optimum condimentum olim dictus. 28
cœli ſuburbium. 177
Ignis omnium acerrimus vltro, ne pungnet, exulat. 430
Ignominia. 26
Ignominia bonorum. 476
Vide *Hones*, & *Gloria*.
Imaginatio. 280
Imago voluptatis quæ. 513
Impatientia. 132
Impetus. 424
Impotentia mortalium. 436
Indoles. 321
Indoles amoris collata cum lege naturali. 349. & ſeq.
Infantes excepti ab animalibus, & aliri. 11
Infelix nullus ſenſu aliorum. 67
Ingenium amoris. 313
Innocentiæ inuentum quod. 135
fructus, conſtantia. 161
Inopia. 7. & 16
Inopiæ cum diuitiis collatio. 491
Inopiæ deſiderium. 492
Intellectus donum. 241
eius ſalutaris vſus. 237
Vide *Mens*.
Intemperantia. 295
Inuentum auaritiæ, poſt omnia poſſe optare aliquid. 53
Inuidia Cæſaris & Pompeij. 508
Ioan Fernandius. 149
Iobi miſeria. 95. & 107
patientia. 136
Ionas procellæ cauſa jactatur in pelagus. 495
Ioſephi innocentia commendatur. 369
Ira, furor breuis. 438
initium inſaniæ apud Ennium. 439
naturæ telum Diodocho. 448
Iræ motus. 456
Irati hominis aſpectus Galenum terruit. 438
Iupiter. 21

*L*

LABOR nullus acerbus patientibus, ſed nolentibus. 67
Labor aſſiduus quanti ſit. 129
Labor triplex. 213
Laboris commendatio. 145. & ſeq. 518. & ſeqq.
Laboris præuiſi commoda. 269
Laboris priuilegium quod. 520
Labores voluntarij. 127
neceſſarij. ibid. & 134
Laborum inuentor quis. 133
Laborum ingenium gratiſſimum. 514
Laboribus aſſueſcere aduerſus ipſos præſtat. 129
Lacrymæ. 104. & 546
Lacrymæ Solonis. 104
Lacrymæ primi flores hominis. 124
gratiſſima cęremonia amoris. 452
Vide *Iuſtitia*.
Lætitia. 164. & 298
Lætitia ex factitiis. 72. & ſeq.
Lætitia ruit tempore. 390
componitur cum natura. 408
Lætitiæ auctor ſibi quiſque fuſſit. 35
Lætitiæ radix quæ. 55
eius innocentia. 389
definitio. ibid.
Lætitiâ Sophocles, & Dionyſius extincti. 395
Laqueus triſtitiæ, de lætitia quæ ruit tempore. 390
Laurentius martyr. 27
Laus quibuſdam ad ignominiam fuit. 445
Leandri dictum de patientia. 149 & 151
Leo Iconomachus Imper. naſci tributarium fecit: morti onus nemo impoſuit. 563
Leonis robur. 21
Lex tranquillitatis. 77
Sinarum quoad peregrinos. 85
Leges moriendi omnes reſpubl. ſanciunt. 560
Liberalis quis. 3
Libertas. 188
Libertas quæ, juxta Periandr. 161
Libertatis duplex membrum. 116
Libidini ſatisfit non ſatisfaciendo. 76
Lingua beneuolentiæ quæ. 375
Locmannus, vetuſtus Perſarum ſapiens. 549
Lucrum turpe damno poſtponendum. 163
Lucrum ſecurum, detrimentum nullum. 331
Luctus, vide *Triſtitia*.
Luxuriæ exempla. 509
Lycaſtus. 11
Lyſimachus ſe voluptati vendidit. 510

*M*

MACEDO miles. 54
MacedoniZator. 40
Magus, de amore. 376
Mala, inuentum peccati. 135
Mala quæ, ab opinione. 228
Malorum præmeditatio. 267
expectatio. 267
formido. 279
Malacenſis arbor. 557
Mancipiorum ſeruitium parum tutum. 79
Manus, inſtrumentum inſtrumentorum. 21
organum ante organa, Ariſtot. ibid.
accepta cœlo victima. 164
lingua beneuolentiæ. 375
Martini pallij fruſtrum coram Angelis oſtentatum. 70
Mater pia minus dat omnibus, vt det omnibus. 2
Maximinus. 75
Medicamentum præueniens, & ſiniens. 267
Melancomæ laus. 130
Memoria miſeriæ ac mortis noſtræ omnium præſtantiſſima. 357
Memoria Mithridatis viginti-duarum linguarum tenax. ib.
Memoria Themiſtoclis, Senecæ, & Cyri. ibid.
Memoriæ vſus, & vtilitas. 281. & 283
Mendacium. 160
Mens. 212
Mens & ſenſus cōponuntur. 404
Mentis inutilitas & curioſitas prohibenda. 283
Mentis intemperantia. 284
Menſura opulentiæ quæ. 492
Mercurius. 513
Meretricum amor. 5
Metus. 294
quid ſit. 450





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Metus temporalium aliquando innocens, & ſalutaris. 456
Metus panicus. 280
Vide *Timor*.
Midas Phrygiæ rex. 54
Midæ cum voluntate comparatio. 54
Milites lucis defectura perterriti. 278
Mitogenes. 45
Miſer nemo, ſua contentus miſeria. 67
Miſeria. 72
non fallit. 56
Miſeria neceſſaria, felicitate felicior eſt. ibid.
Miſeria Iob. 96.& 107
Miſeriæ facillimum remedium, cupiditatis mutatio. 53
Miſeriæ quodammodo blandiendum vt repugnet. 103
Mithridates aſſidua ciborum venenatorumque innocens ſibi omne virus fecit. 129
Mithridatis admiranda memoria. 557
Mœror rei perditæ, & timor perituræ differunt. 90
Vide *Triſtitia*.
Molpadiæ, & Parthenie fabula. 430
Momi verbum. 8
Monſtra ambitionis & auaritiæ. 516
Moriendi libertas. 563
Mors. 26
Mors æſtimatione fœdata. 289
Mors amantis pretioſa. 523
Mors cum vita confertur. 545
ex quibus abducit, & quò conducit penſanda eſt. 548
Mors, vitæ pretium. 552
optimæ vitæ norma eſt. ibid.
Mors in regendis hominibus clauus præcipuus. 560
vndique propinqua eſt. 562
diuinitatis argumentum eſt. 563
Mors quælibet tempeſtiua. ibid.
vnica & ſimplex eſt. 565.& ſeqq.
Mortis & amoris comparatio. 522
Mortis pictor, de bello. 455
Mortis cum vita comparatio. 535.& 545
Mortis conſideratio. 540. & ſeq.
præſtantia. 545
reuerentia. 555
bonitas. 556
Mortis diuinum inuentum. 559
facilitas. 561
Mortis cum ſomno comparatio. 566
Mortis anticipata ſolutio. 568 & ſeq.
violentia. 570
violentæ maximorum exempla. ibid.
Mortis pretium ex contemptu. ibid.
gloria. 571
Morti nemo onus impoſuit. 565
Mortem edicendam publica authoritate Zaleucus cenſuit. 550.& 519
Mortuos deflendi modus. 106
Mortalium impudentia. 456
Mores amoris. 358
Morum infelicia tentamenta vitanda. 205
Morum remedium. 236
Motois. 150
Mundus quid. 187
Mundus pro carcere. 43
Muſica. 171
Mutabilitatis & immutabilium amor. 91

N

NATVRA. 1
quælibet in charitate fundata eſt. 431
Naturæ ſolicitudo. 2
pietas in genus humanum. 7
beneficium. 8
Natus ſeptennio dontaxat omnibus humanitatis officiis functus eſt. 459
Nati & mortui contraria conditio. 547
Nemo ſui aſylum habet. 158
Neronis hiſtoria. 55
Senecæ dictum. ibid.
Ninives per luxuriam periit. 509
Nodus Gordij illuditur. 330
Nuditas amara. 10
Nuditatis elegantia. 595

O

ODIVM. 299
aduerſus malum. 452
Simonis. ibid.
Odij vtilitas. 429.& ſeq.
vſus. 451
Opes cur inuentæ. 492
Opinio. 280
multiplicat mala per ipſa bona. 214.& ſeq.
Opinionis illudentis exemplum. 218.& ſeqq.
Opinionis mala. 228
remedium. 231
Opinionis onera præcipuè alleuianda. 234
Galeni exemplum. 235
Opinionis ſalutaris vſus. 237
eius præcepta topica. 245
alia contra eandem. 267
Opinionis diſtractio. 255
Opulentia. 26
vera quæ. 85
Opulentia & frugalitas. 492
Opulentiæ norma. 16
faſtidium. 292
menſura. 492
vtilitas. 496
Otium cicadæ. 195
Ouiedus Patriarcha. 479.& ſeq.

P

PACHONIS fabula. 10
Pallium Martini. 70
Franciſci Lupij. ibid.
Panacea mors Socrati. 540
Paraſitus. 12
Paratus iuuat eſſe in omnibus. 204
Pardulphus. 42
Parentum charitas. 554
Paridis cupiditas. 308
Parricidij ſupplicium apud Perſios. 156
Paſtoris pennæ. 22
Paſſio paſſione non eluenda. 180
Pater amorum, amor Dei. 532
Patientia alia erga Deum, alia erga dæmonem, alia erga homines, erga ſe alia. 122
rurſus alia aliorum, alia ſui. ibid.
Patientia Iob. 136
Tobiæ. ibid.
Poſſidonij. 148
Solonis. 149
Leandri dictum de patientia. ibid.& 151
Patientiæ inuentor quis. 115
Patientiæ vis. 144.& ſeqq.
virtus. 301
Patientiæ duplex beneficium. 152

Pati

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Patrimonium opulentum quod. 77
Paulus Apoſt. typus amoris, pacique. 59
Paulus ciues Theſſalonicæ ſemper gaudere hortatur. 59
Pauo glorioſus. 196
Pauperi quis. 89
Pauper & egenus differunt. 497
Pauperis diuinæ quæ. 500
Paupertas. 7. & 16
Paupertas militaris loco adorata. 11
Paupertas idea diuitiarum. 16
Pauper as leta Aglao. 231
Felix Tello. ibid.
affectata Diogeni. ibid.
quæſita Crateti. ibid.
perennis Demonaci. ibid.
glorioſa Epaminondæ. ibid.
ſtudioſa Horatio. ibid.
iuſta Ariſtidi. ibid.
ſecura cunctis. ibid.
res cæleſtis eſt. 499
diues eſt. 500
ſecura eſt. ibid.
Paupertatis remedium. 544
laus. 457. & ſeqq.
dignitas. 501. & ſeqq.
Pax mentis pretioſiſſima. 17
Pax Dei quæ. 54
Pacis, amoriſque idea Paulus Apoſt. 59
Peccaſſe ineluctabilis tyrannis animi. 158
Peccati inuentum quod. 151
Pecunia cunctis æquiualet. 16
Pelagius. 166
Periculum gloriæ. 528
Perſona animi, de fronte. 108
Peruigilij peſſimum inſomnium. 137
Phalaris. 605. 156
Phantaſiæ ſtultitia. 280
Pharmacopolium vectile apud quoſdam barbaros Medicos. 211
Phidias ſtatuarius. 60
Philemon. 562
Philippus. 43
Philopœmenes. 43
Philoſophia. 5
quid ſit. 552
Philoſophiæ fructus. ibid.
artificium. 553
Philoſophus, de amore. 362
Phœnix. 513
Pictor mortis, de bello. 435
Pila Anaxarchi. 26
Pilus ſpiritum Fabij extrudit. 561
Pimenij ſalutare meritum. 150
Pinus Iſthmiaca Sinarum. 156
Plato ſæuit in ſeruum. 443
Pœmenis fabula. 20
Pœnitendorum præcantio. 154
Pœnitentia longæua eſt. 520
Polycrates. 82
Poſſidonij patientia. 148
Præcantio pœnitendorum. 154
Præcepta topica in vſu opinionis:
comparatio fortunæ. 245
contingentiæ. 248
reſpectus finis. 250
comparatio temporum. 252
exemplum. 253
ratio prouidentiæ. 254
Præcepta alia contra opinionem
præmeditari mala. 267
mala exſpectare. 274
timenda non confingere. 279
Prædictio veraciſſima. 442
Præmeditationis vſus. 267. & ſeq.
Prænotionis vſus. 271
Præuiſio, vide *Pœnitentia*.
Pretium amoris. 361
Pretium humanum aliunde. 77
Prienenſis Philoſophus. 32
Primitiæ vitæ humanæ fletus & lacrymæ. 124
Priuilegium laboris quod. 520
Procraſtinatio, modeſta repulſa. 193
Prouidentia. 269
Prouidentiæ ratio. 254
Prudentis character. 282
Pupilli cum fortuna comparatio. 83

Q

QVæſtus amantium. 332
Quies. 395
Quies humani cordis duplex. 165
Quies Platonem occidit. 562
Q. Mutius. 42

R

RAdices malaceuſi arboris 557
Refuga, de bono terreno. 81
Res nulla perpetua; rara diuturna. 84
Res nobis duplici capite mortales. 96
Rerum neceſſitas. 28
Rerum labentium facies circulus dictus ab Elia Cretenſi 94
Rerum tolerantia, & temperantia. 113
Reuilius vno die Conſul. 82
Riſus Philemonem occidit. 562
Ritus funeralis apud Tebitenſes. 547
Rota fortunæ. 93
Ruſticus quidã fatigatus ex aratione, in villam regreditur. 120

S

SAcra, de maioribus. 515
Sacrificium Abrahami. 98. & ſeq.
Sallubius quidam accenſum carbonem nudo imponit femori. 118
Salutis iter liberum, & expeditum. 496
Samius tyrannus. 36
Sapientis deſidia. 174
Sapientem graues manus habere, Iudæorum legiſlatorum dictum. 103
Sapientiæ laus. 185. & ſeq.
Sardenſis quidam elapſus à parentibus in ſyluas ſe recipit. 201
Scironeæ cautes. 156
Semiramis. 11
Senſus & mens conferuntur. 404
Serapion Sindonita paupertate lætus. 26
ſeipſum vendidit. 27
pretium ſeruitutis ibid.
Serui ſeruorum terrenorum cupidi. 81
Seruitium mancipiorum parum tutum. 79
Seruitus ambientium. 525
Seuerus Imp. 69
eius auguſta ſectatio. 52
Siculus tyrannus. 193
Siculi cuiuſdam naufragantis hiſtoria. 52
Silentium, diſciplinæ caput. 108
Silentij laus. ibid.
Simij cuiuſdam hiſtoria. 433
Simplicitas, norma opulentiæ. 16
Sinarum lex quã peregrinæ 55
Socrates pauper forum ingreditur. 59

Socrates vnde ſapiens. 362
  calicem cicutæ haurit. 391
Solertia formicæ. 395
Solicitudo, vide *Diligentia.*
Solon. 69
  lacrymans reprehenditur. 104
  eius patientia. 149
Somnus. 195. & 545
  mortis quædam effigies. 566
Somni cum morte comparatio. ibid.
Sophiſta, de amore. 262
Sophocles. 393
Spartæ indumenta & alimenta negabant filiis, & cur? 7
Spes. 87. & 298
Spes bona futuri aliquando fallax. 175
Spes & expectatio. 410. & ſeqq.
  nec ſperandum, nec timendum. 87
Speuſippus Philoſophus. 44
Stanislaus Polonus cuidam vitæ, aut mortis optionem dat. 541
Stephanus Libys. 45
Stilpo Philoſophus. 38
Stoicorum error de mortalitate animarum. 485
Stratonicus Citharœdus. 119
Suburbia cœli, de igne. 177
Suſtine, & abſtine, Epicteti dictum. 174
Syllæ carcer. 256

T

TACTVS. 565
  Tantalea auiditas. 421
Tela amoris, beneficia. 385
Telephus. 11
Temperantia. 114.
Temperantia amoris. 361
Temperantiæ immoderatus vſus. 118
Tempus. 170
Temporis computatio. 252
  commodum. ibid. & ſeq.
Terra loco gaudet humillimo. 439
Themiſtoclis memoria. 557
Thraſylli, Æxonei hiſtoria. 230
Timonis odium. 432
Timor. 87. & 279
  nec timendum, nec ſperandum eſt 87
Timor ſolers, inuentor fugæ. 138
Timor malis inutilis. 451
  ad quid timor datus. 453
Timor Dei. 456
Timoris vſus & vtilitas. 449. & ſeqq.
  remedium. 456
Timores, dentes acutiores miſeriæ. 128
Tobias idea patientiæ. 136
Tolerantia. 114. & 269
  inuentum innocentiæ. 115
  laudatur. 149. & ſeq.
Tolerantiæ vſus. 118
  ſepes, & vtilitas. 126
Tranquillitatis lex. 77
Triſtitia. 25. & 457. & ſeqq.
  aliena, non leue remedium eſt damni proprij. 462
Triſtitiæ laus & vtilitas. 457. & ſeqq. & 461

V

VALOR hominis. 77
  Venus depilis priſcis Romanis ſacra. 516
Verba amoris, opera ſunt. 375
Verecundia, virtutis infantia. 161.
Veri languor, & ſegnities. 262. & ſeqq.
Veritatis laus, & obſeruantia. 257
Veritatis ſenſus attingendus. 261
Via honoris. 532
Vigilia, vide *Diligentia.*
Vindictæ malum. 441
Vindictæ ſumendæ ordo. 443
  laudatum genus. ibid.
Vir bonus, moleſta ſarcina. 101
Virgula diuina. 51
Virtus vna non accipitur mutuò. 167
Virtus Muſicæ ſimilis. 171
  res eſt viſualis. 172
Virtus quàm fortuna liberalior. 243
Virtus vna parens, reliqua nugæ. 482
Virtus iniuſtè difficilis dicitur. 490
Virtus in quo pretioſa. 519
Virtutis ingenium, poſt nihil habere omnia. 55
Virtutis prædicatio. 129. & 227
Vis. 188
Vita humana, militia & prælium. 20.
Vita eſt peregrinatio ſine errore termini. 562
Vitæ humanæ primitiæ, fletus & lacrymæ. 124
Vitæ collimatio, de deſiderio. 417
Vitæ & mortis comparatio. 535. & 545
Vitæ conſideratio. 536. & ſeq.
  præſtantia. ibid.
  pretium. 552. & 564
  caduca poſſeſſio. 562
Vitam auferre quiuis poteſt, mortem nemo. 565
Viuere illud eſt, non ſibi ſoli viuere. 101
Vitium, vide *Virtus.*
Vltio, vide *Vindicta.*
Vnitas laudata. 197
Voluntas 18
  optimum condimentum dicitur. 28
Voluntas felix quę. 35
Voluntas, compendium gaudiorum. 58
  diuinis efformata typis. 64
  facultati adæquanda. 72
  perturbationibus moderanda. 177
  ingenio iuuanda eſt. 209
Voluntatis gloria. 21
  immunitas. 28
Voluntatis, & Midæ comparatio. 14
Voluntatis modus oſtenditur. 177
Voluntatis vſus quis. ibid.
Voluntatis inſtrumenti vſus quis. 187
Voluptas. 16. & 507
Voluptas in abſtinentia. 244
Voluptas licita, & illicita. 282
Voluptas quęlibet occidua. 510
  pretioſa quę. ibid.
Voluptas cœleſtis ab impetu fluminis demonſtratur. 512
  Epicuri circa voluptatem ſuffragium. ibid.
Voluptas humana. 517
  ferarum quę. 518
  corporalis. ibid.
Voluptatis vox ęquiuoca. 509
Voluptatis flagitia. ibid.
  cauſa. 510
  mala. 514
  morbus. 525
  imago. ibid.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
IDAD AUTÓNOMA DE NUE
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTE